UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

urn:nbn:de:hbz:466:1-67878

Visual Library

Th. 5778

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITA DISCALCEATO, OLIM S. THEOLOGIÆ AC SS. CANONUM LECTORE CONTINUATA.

CONTINUATIONIS TOMUS SEXAGESIMUS PRIMUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS LXXVI.
Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740.



Cum Approbatione Rmi Ordinariatus Augustani.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
MDCCLXXXVI.



CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CCXXXI.

§. 1. *Nova Janseniſtarum molimina contra S. Vincentii Canoniſationem.* Pag. 1

§. 2. *Pariſini Parlamenti decretum contra Canoniſationis Bullam.* 7

§. 3. *Quorumdam rebellium Parochorum Pariſienſium oppoſitio contra eandem Pontificis Conſtitutionem.* 10

§. 4. *Parisiensis Parlamenti edictum a Ludovico XV. Galliarum Rege, ejusque Senatu annullatum.* 15

§. 5. *Ulteriores conatus Parlamenti contra hoc Regis edictum.* 16

§. 6. *Ludovici XV. Galliarum Regis pietas erga B. V. Mariam.* 19

§. 7. *Caroli Vintimiliæ Comitis de Luc Parisiensis Archiepiscopi mandatum hac super re.* 28

§. 8. *Cujusdam Sancti Martyris Corpus Franciæ Regi dono datum.* 35

§. 9. *Collisio inter Papam & Neapolitanum Regem tandem sublata.* 37

§. 10. *Quoddam dissidium in ipsa hac solemnitate exortum.* 41

§. 11. *Pontificium investituræ diploma Carolo Borbonio Neapolis Regi concessum.* 44

§. 12. *Equestris Ordo S. Januarii a Carolo Neapolis Rege institutus & a Papa confirmatus.* 69

§. 13. *Status Ecclesiasticus in Galliis* 78

§. 14. *Duo Cardinales a Clemente XII. Papa inaugurati.* 78

§. 15. *Fabii Oliverii Cardinalis obitus & elogium.* 81

§. 16. *Wolfgangi Hannibalis de Schrattenbach Cardinalis merita & decessus.* 86

§. 17. *Francisci Barberini Junioris Cardinalis mors & elogium.* 94

§. 18. *Josephi Pereiræ Cardinalis laus & fatum.* 100

§. 19. *Uscovienses Ecclesiæ interdicto Ecclesiastico subjectæ.* 101

§. 20. *Levis contentio inter Electorem Archiepiscopum Colonienſem & Leodienſem Episcopum.* 112

§. 21. *Conſcientiæ libertas Catholicis a Fœderatis Belgii Ordinibus reſtricta.* 114

§. 22. *Varia pro Religionis Catholicæ incremento.* 117

§. 23. *Gravis Turcarum vexatio in Catholicos.* 125

§. 24. *Joſephus Ragotſius Princeps a Papa anathemate perculſus.* 129

§. 25. *Diverſæ Clementis XII. ſummi Pontificis Conſtitutiones.* 141

§. 26. *Variæ rituum &c. immutationes in Eccleſiis Acatholicorum.* 143

§. 27. *Continuati motus contra ritus in Boruſſia eliminatos.* 157

§. 28. *Altercatio inter Lutheranos Prædicones ob choreas concitata.* 166

§. 29. *Lutheranorum motus contra PP. Capuccinos.* 171

§. 30. *Ludricum ſpectaculum a quodam Prædicante exhibitum.* 175

§. 31.

§. 31. *Libri a S. Romana Inquisitionis Congregatione recens proscripti* 180

§. 32. *Catholicorum vexatio in Sinensi Imperio,* 219

§. 33. *Catholici in Tunchinensi Regno dire vexati.* 232

§. 34. *Principum atque illustrium obitus.* 243

§. 35. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & decessus.* 253

§. 36. *Acatholicorum Scriptorum lucubrationes & fata.* 262

LIBER CCXXXII.

§. 1. *Universitatis Parisinæ fata.* 266

§. 2. *Constitutio* Unigenitus *in solemni ejusdem Parisinæ Universitatis Conventu recepta, & appellationes revocatæ.* 268

§. 3. *Parisini Parlamenti motus contra hoc Universitatis decretum.* 273

§. 4. *Monialium Congregationis de Calvaria fata.* 277

§. 5. *Constitutio* Unigenitus *Leodii solemniter ab universo Clero recepta.* 281

§. 6. *Ulteriores Jansenistarum motus contra quosdam Franciæ Præsules.* 282

§. 7. *Cajetanus Stampa, & Petrus de Tencin a summo Pontifice Romana Purpura decorati.* 285

§. 8. *Alii tres Præsules ab eodem Pontifice ad S. Collegium assumpti.* 295

§. 9.

§. 9. *Georgii Spinolæ Cardinalis obitus.* 296

§. 10. *Caroli Columnæ Cardinalis deceſſus.* 301

§. 11. *Alvari Cardinalis de Cienfuegos fata.* 304

§. 12. *Multa a Clemente XII. Pontifice præclare geſta.* 312

§. 13. *Larga pecuniarum ſubſidia ad bellum Turcicum Cæſari ſubmiſſa.* 316

§. 14. *Miſſionis Apoſtolicæ a Salisburgenſi Archiepiſcopo fundatæ initia.* 321

§. 15. *Novæ hæ Miſſiones, earumque ſtatuta a Clemente XII. Pontifice confirmata.* 379

§. 16. *Gravis tumultus in S. Marini Republica concitatus.* 385

§. 17. *Eadem Respublica per ſummum Pontificem ſuæ libertati reſtituta.* 392

§. 18. *Controverſia circa jejunium primo in Galliis excitata & poſtmodum per Italiam propagata.* 400

§. 19. *Instructio Pastoralis Episcopi Posnaniensis pro suo Clero & populo.* 709

§. 20. *Molestiæ Basileensi Episcopo ab ejus subditis irrogatæ.* 428

§. 21. *Leves controversiæ inter quosdam Germaniæ Præsules.* 433

§. 22. *Status Religionis Catholicæ in remotioribus Regnis.* 438

§. 23. *Clementis XII sollicitudo in frangenda pertinacia illorum, qui prohibitos ritus Malabaricos propugnant.* 441

§. 24. *Severius ejusdem Papæ mandatum contra eorumdem rituum prohibitorum fautores.* 462

§. 25. *Missio Apostolica a Stanislao Lotharingiæ Duce fundata.* 425

§. 26. *Status Missionis in Persida sub novo Rege Kulicano seu Schach Nadir.* 479

§. 27. *Varii libri publica auctoritate proscripti.* 489

§. 28. *Historia de secta Inspiratorum.* 496

§. 29.

§. 29. *Hiſtoricum ſpecimen de incertitudine vocationis Divinæ Prædicantium.* 507

§. 30. *Cronebergenſium Lutheranorum querelæ contra Moguntinum Electorem.* 576

§. 31. *Infauſta Cæſareorum expeditio adverſus Turcas in Hungaria.* 530

§. 32. *Belgradum intempeſtiva deditione amiſſum.* 533

§. 33. *Caroli VI. Imperatoris querulæ literæ ad exterorum Principum Legatos.* 537

§. 34. *Præliminares hujus tractatus articuli a Carolo VI. Imperatore rati habiti.* 544

§. 35. *Imperatoris Caroli VI. Epiſtola ad Ruſſiæ Imperatricem hac ſuper re.* 550

§. 36. *Articuli pacis Belgradenſis a Cæſare & Turcis confirmati.* 556

§. 37. *Galli in Corſicam a Genuenſibus evocati.* 586

§. 38.

§. 38. *Diversæ Clementis XII. Papæ decisiones & decreta.* 591

§. 39. *Petri Meindarti electio in Ultrajectensem Pseudo-Archiepiscopum a summo Pontifice irritata.* 597

§. 40. *Principum atque Illustrium obitus.* 602

§. 41. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & decessus.* 608

§. 42. *Opera & decessus quorumdam scriptorum Acatholicorum.* 616

§. 43. *Status Ecclesiæ in Galliis.* 620

§. 44. *Montpessulani Episcopi Zelus contra Jansenistas.* 627

§. 45. *Benefica Clementis XII. Sollicitudo pro populo Romano.* 630

§. 46. *Dissidium Sardiniæ Regis cum Papa feliciter compositum.* 633

§. 47. *Postrema Clementis XII. Papæ infirmitas.*

§. 48. *Defuncti Pontificis gesta in suo Apostolatu.* 638

§. 49. *Cardinales pro eligendo novo Pontifice Conclave ingressi.* 647

§. 50.

§. 50. *Præliminaria ad Scrutationes.* 653
§. 51. *Primæ Suffragiorum ſcrutationes.* 659
§. 52. *Proſper Lambertinus Cardinalis Archiepiſcopus Bononienſis in Papam electus.* 664
§. 53. *Neo - electi Pontificis Benedicti XIV. genus & idoles.* 668
§. 54. *Novi hujus Pontificatus auſpicia.* 681
§. 55. *Jubilæum univerſale initio Pontificatus indictum.* 689
§. 56. *Diſſenſionum reliquiæ ab eodem Papa penitus ſublatæ.* 691
§. 57. *Levis contentio inter Papæ Nuntium, & Oratorem Gallicum.* 696.
§. 58. *Wirtenbergenſium Ordinum Lutheranorum frivola cavillatio contra Duciſſam Viduam.* 701
§. 59. *Ordinum Provincialium proteſtatio contra Suffraganei Conſtantienſis actum.* 704
§. 60. *Contraria Duciſſæ declaratio ad Ordinum proteſtationem.* 707

§. 61.

§. 61. *Caroli Alexandri defuncti Ducis Wirtenbergenſis teſtamentum vindicatum.* 711

§. 62. *Diſſidium inter Strandiæ ſeptentrionalis Parochos exortum.* 731

§. 63. *Hæc lis ad Daniæ Regis tribunal delata.* 741

§. 64. *Patrum Oratorii vindiciæ contra Participantium querelas.* 745

§. 65. *Species facti & juris a Patribus Oratorii typis vulgata.* 749

§. 66. *Reſponſum P. Düringki ad deductionem Participantium.* 757

§. 67. *Hujus Controverſiæ exitus.* 758



HISTO-



Rubrum Biretum Schrattenbachio Card. a Carolo VI. Imp. impositum.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXXI.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Nova Janseniſtarum molimina contra S. Vincentii Canoniſationem.

Annum hujus ſæculi trigeſimum octavum auſpicamur a novo hucusque inter Catholicos non viſo Janſenianæ Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A.C. 1738. temeritatis monſtro. Rem omnem, ut geſta eſt, exponam. Anni prioris die decima ſexta Junii Clemens XII. ut retulimus, Vincentium a Paulo Fundatorem Congregationis Presbyterorum Miſſionis Sanctorum Albo inſeruit, edita deſuper Conſtitutione Apoſtolica: Publicus hic tantusque honor ſudes erat in oculis Janſeniſtarum, qui ægerrime ferebant, Virum illum, qui ſeſe novis Janſenismi erroribus, ac præcipuo primoque eorum Patrono Joanni Vergerio Abbati San-Cyrano tota virium contentione oppoſuit, Apoſtolico ſanæ doctrinæ, ac ſanctitatis teſtimonio ab univerſa Eccleſia inſigniri: Inficiari equidem haud poterant, quod Sanctus hic Vir, quamprimum Janſenii doctrinam Pontificia cenſura perſtrictam noverat, nec linguam ad contradicendum, nec animum ad argutandum, ſed duntaxat aures ad auſcultandum, & cor ad ſinceram, perfectamque ſubjectionem habuiſſet, & Eccleſiæ doctrinam contra Abbatis fallacias ſtrenue ac conſtanter propugnaſſet. Hujus ergo Viri meritis, & doctrinis publico univerſæ Eccleſiæ judicio comprobatis, ſuos errores, ſuamque pervicaciam luculenter damnari, probe cognoverant Janſeniſtæ; nec id impune tolerandum cenſebant, quid ergo conſilii? Viris in arte fingendi exercita-

citatiſſimis & ad quævis audenda projectis varia inciderant factionis ſuæ honorem vindicandi media, præplacuit tamen, ut per Ludovici Abellii Rutenorum Epiſcopi, qui vitam S. Vincentii deſcripſerat, latus peteretur ipſemet hic Sanctus, purgaretur Abbas San-Cyranus, ac in vulgus ſpargeretur, hunc biographum, ut S. Vincentii vitam ad ipſorum genium vulgaret, a Jeſuitis fuiſſe impulſum, eos Abellio ad calamum dictaſſe, & præter quatuor illas impietates atque errores, quos jam dudum Jeſuitæ San-Cyranno imputaſſent, eidem quoque ampliſſimas Societatis laudes, laxasque Jeſuitarum doctrinas in hunc librum intrudendas eo fine ſuggeſſiſſe, ut non modo hujus Epiſcopi auctoritate, ſed ipſo etiam ſancti teſtimonio & exemplo laxiores eorum ſententiæ ſtabilirentur, eorumque Societatem ab hoc Sancto maximi habitam, ſummisque elogiis, quæ ibidem accumulatæ legerentur, celebratam fuiſſe, male credulis perſuaderent. Ita comminiſcebantur Janſeniſtæ, idque eorum aptiſſimo ad fallendum calamo ſtrenue executus eſt Porturegienſis Theologus Martinus de Barcos digniſſimus San-Cyrani Nepos, qui contra Abellium *vindicias defuncti Domini Vincentii a Paulo edidit*, atque in iis, dum Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

(ut ait ipse) S. Cyrani innocentiam vindicaret, ipsum etiam S. Vincentii læsum honorem purgaret adversus minus sinceram Abellii, vel sub ejus nomine latentium Jesuitarum relationem. Cum autem ipsemet Abellius fraudem detegeret, & in sui defensionem librum ederet, cui titulus: *Veræ vindiciæ opinionum Venerabilis Servi Dei Vincentii & circa quasdam doctrinas Abbatis San-Cyrani contra injurias cujusdam libelli falso inscripti:* VINDICIÆ &c. mox idem Barcos *responsum ad Abellii vindicias* edidit, quod tamen Abellius nequidem confutatione dignum reputabat. Præterea Montpessulanus Episcopus, famosus ille Jansenistarum Fautor in sua epistola die tertia Julii anno hujus sæculi trigesimo ad Massilienſem Episcopum data totus in eo erat, ut colloquia inter S. Vincentium & San-Cyranum habita, & ab Abellio relata nonnisi a malevolis ficta fuisse ostenderet, sicque utriusque honorem Jansenisno more vindicaret.

Attamen hæc omnia ad sanandum vulnus Jansenianæ factioni per hanc Beatificationem inflictum nimis infirma esse videbantur: postquam ergo Jansenistæ linguis & calamis summos Pontifices ab antiqua auctoritatis suæ divinitus collatæ possessione dejicere præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

præsumpserant, aucta temeritate os in cælum posuere, ipsosque Sanctos e cælo proturbare aggressi sunt, forte, ut novis suis Thaumaturgis, utrique Parisio, San-Cyrano, Davoleo, de Russe, &c. locum in cælis vacuum assignarent. Igitur editis pluribus libellis in vulgus spargunt, quod Lazaristæ, seu Congregationis hujus Presbyteri varias artes, dolos, & versutias adhibuerint, ut ex suo Fundatore Sanctum fabricarent, præcipue vero Joannes Bonnetus supremus hujus Congregationis Præpositus nullum non moverit lapidem, ut Vincentii Canonisationem non sine veritatis, & solidissimæ Instituti sui obligationis præjudicio impetraret, utque suos ab impacta Jansenismi labe purgaret, simulque sibi Romanam Curiam devinciret, jam anno hujus sæculi vigesimo quarto die prima Augusti in generalibus comitiis Bullam *Unigenitus* ab omnibus suis subditis acceptari procurarit (*). Nec his contenti, ipsam quoque Canonisationis Bullam mordaci suo calamo proscindere non erubuerunt;

(*) Id jam tum male habuit Jansenistas, quocirca die quinta ejusdem Mensis mox publicis typis vulgarunt *libellum ad Presbyteros Congregationis Missionis circa ea, quæ occasione Bullæ* Unigenitus *in generalibus eorum comitiis gesta sunt.*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

singula enim pene ejus verba livido dente corrodunt, siniſtre interpretantur, cachinis, & indignis ſalibus exſibilant, & carpunt præcipue, quod Pontifex ſancti hujus Viri Zelum pro gloria Dei in eo collocarit, quod Catholica fide per Janſenianam labem violata, & *Novatoribus* in Francia *falſis fictisque miraculis* ſuos errores diffundentibus ipſe *contra communes hoſtes* arma fidei arripienda cenſuerit, *Sacros Eccleſiæ Paſtores excitarit* &c. Inde vero perperam concludebant Janſeniſtæ, quod ſi ea, quæ Pontifex in ſua Bulla de Vincentii animoſitate contra Janſeniſtas attulit, vera eſſent, Hic ex *ſancto fieret Calumniator, perſecutor & delator Fratrum, erronea opinione de infallibilitate Pontificis imbutus, & omnibus ſanctis Galliæ libertatibus infenſus hoſtis*, ejusque ſanctitas hac Canoniſatione nonniſi cum veritatis, chriſtianæ ſinceritatis & charitatis diſpendio promulgaretur. Ita nempe præclari hi veritatis Pugiles Viri Sanctorum Albo inſcripti honorem vindicandi artem plane ſingularem adinvenerunt.

§. II.

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

§. II.

Parisini Parlamenti decretum contra hanc Bullam.

Attamen omnibus hisce cavillis & calumniis adhuc deerat publicæ auctoritatis pondus: rejiciebantur enim a sanioribus tanquam famosi libelli, mordaces rapsodiæ, & Jansseniani furoris excrementa: Ut vero, quod privatus adhuc ausus nefasque erat, jam publicum, fasque diceretur, quodque paucorum libido erat, Magistratus lex fieret, & impudentiæ simul auctoritas approbantis, jubentisque accederet, Jansenistæ nil intentatum, inausumque reliquerunt, ut ex Parlamenti Senatoribus quosdam sibi demererentnr, veteres suæ petulantiæ socios: Nec ex his defuere, qui ad omnes auctoritatis Pontificiæ opprimendæ occasiones intenti altum inclamarent, palam rursus Ecclesiæ Gallicanæ libertates, & Regni jura per Canonisationis Bullam labefactari &c. Applausit illis Gilbertus de Voisins Procurator Generalis & Jansenianæ factionis oraculum: Hic ergo in publico Senatu adversus hanc Bullam declamat, ac postulat I. ut hæc Constitutio Pontificia supprimeretur. II. Ut plura Parlamenti edicta

Sæc. XVIII. A.C. 1738. antehac promulgata innoventur, quibus vetitum, ne quis ullam in Francia Bullam, nisi Regiis literis ad Parlamenti acta relatis munita esset, publicare vel exequi præsumat: Nunc vero prosequebatur Procurator, *in vulgus spargitur quoddam scriptum, quo annuntiatur Canonisatio cujusdam sancti*, cujus memoria vel inde huic Regno veneranda est, quia in *Francia ortus fuit, vitamque suam ibi transegit. . . . Attamen quo majus de publico ejus honore lætandi argumentum Gallis obtingit, eo magis inexspectatum eis est, quod Regni jura violandi occasio per latus hujus Beatificationis quæratur. Enim vero æquissimum erat, præter præclaras hujus sancti virtutes fusius relatas etiam mentionem ingerere Zeli illius, quo pro Religione & Ecclesia flagrabat, non minus tamen decuisset hæc omnia nullatenus ad genium Ultramontanarum opinionum enarrare, hacque ratione in Galliis pupillam oculi lædere. Hæc tamen luculentius quam par fuisset, in hac Bulla deprehenduntur; quippe circa hanc materiam ejusmodi adhibentur verba & phrases, quæ sat aperte manifestant spiritum eorum, qui Romanæ Curiæ immodico studio addicti sunt, & in rebus Ecclesiasticis præcipue propugnant doctrinam, qua eidem attribuitur potestatis plenitudo, cæcamque obedientiam Pontificum decretis, quamprimum emanasse*

nasse noscuntur, præstari exigunt, quinimo ita impotenter urgent, ut pro illorum executione severissimas quasque pœnas in refractarios per laicos Judices nunquam sat cito infligi posse existiment. Mea igitur est opinio, nil magis necessarium esse, quam ut ad præcavenda damna, & mala ex ejusmodi ausibus oritura opportunum opponatur remedium: ac præcipue, ut Parlamentum insuper præcipiat, in effectum deduci ea decreta, quæ in diversis occasionibus contra varia Romanæ Curiæ attentata sancivit. Hæc Procuratoris petitio secundis auribus excipiebatur, moxque Parlamentum die quarta Januarii hujus anni edictum promulgari jussit, vi cujus hæc Pontificis Bulla suppressa fuit, inhibitumque, ne ejus exempla typis edantur, vendantur, vel divulgentur. Insuper etiam præceptum, ut Parlamenti edicta Anno 1647. die decima quinta Maij, Anno 1703. die nona Maij, Anno 1716. die decima sexta Decembris, Anno 1718. die tertia Octobris, Anno 1719. die decima sexta Januarii, & Anno 1731. die vigesima octava Septembris edita ad unguem executioni mandentur.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

§. III.

Quorumdam rebellium Parochorum oppositio contra hanc Beatificationis Bullam.

Hæc Parlamenti temeritas, datique exempli pravitas tantum habuit virium, ut Jansenistæ hujus Magistratus patrocinio tuti aperta fronte Pontificiam hanc Bullam impeterent: Ex his præcipue non sine æterno Parisini Status Ecclesiastici dedecore viginti Parisiensis Urbis ac suburbiorum Parochi ore & calamo sese Pontificiæ huic Constitutioni oppossuerunt; postquam enim a Pastorali Senonensis Archiepiscopi Instructione appellaverant, & desuper suum Parlamento libellum supplicem porrexerant, haud temere judicabant, se ex eorum numero esse ac designari, qui in præfata Bulla §. 1. *Novatores* vocantur, & *falsis fictisque* (Parisii & aliorum) *miraculis suos errores diffundere, pacem Catholicæ Ecclesiæ turbare, & simplices ab unitate Romanæ Sedis abducere* redarguuntur: Tam atris, veris tamen coloribus, se in publica hac & Apostolica tabella depingi, iniquissimo animo ferebant Jansenistæ hi Parochi, ac propterea de ultione inter se sedulo consultabant. Omnium tamen

men opinio eo abibat, nullam ab hac Bulla appellationem esse interponendam; recens enim erat memoria infaustæ sortis, quam nupera eorum appellatio Anno 1735. die quinta Maij incassum interjecta subire cogebatur: Alia ergo incedendum erat via, eaque magis expedita, quam illis aperuit nuperum Parlamenti edictum, ex quo, cum omnia priora edicta fuissent innovata, rite inferebant, nec hanc Canonisationis Bullam fore acceptandam, nec in Regno executioni dandam, proin illam utpote publica auctoritate destitutam impune oppugnari posse. Eo fine in consilium adhibuerunt decem Parlamenti Advocatos, quos pari labe infectos facile ad sua vota inclinare poterant. Hi ergo die decima sexta Januarii tumultuario labore Consultationem consarcinant, eamque publicis typis evulgant, sub hoc titulo: *Parisini Parlamenti Advocatorum consultatio circa Bullam SS. D. N. Papæ editam die decima sexta Junii Anno* 1737. *inscriptam:* Canonisatio Beati Vincentii a Paulo *unacum oppositione illorum Parisiensium Parochorum, qui contra Senonensis Archiepiscopi Instructionem occasione miraculorum libellum supplicem Parlamento obtulerunt Anno* MDCCXXXVIII. In hac consultatione Advocati hanc discutiebant quæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738

quæstionem: „An hi Parochi contra „præfatam Bullam jure reclamare pos- „sint, & quam viam hac in re ingredi „expediat? ad hoc responderunt, hos „Parochos in hac Bulla diffamari, dif- „famationem autem esse legitimum ti- „tulum appellandi contra omnes Bullas; „cuicunque enim civi suum honorem „& famam contra iniquos aggressores „defendendi jus competere, & Regni „leges nunquam permittere, ut cujus- „cunque fama sub prætextu exercendi „muneris Ecclesiastici libere & impune „impetatur: minus vero licere, per „Bullam, quæ quo solemnior, magis- „que publica esset, & defunctum Ca- „nonisatum in exemplum omnibus fi- „delibus proponeret, eo graviorem, ma- „gisque notoriam diffamationem fieri „viventium Regis subditorum & quidem „intra Ecclesiæ sinum singulari digni- „tate insignium; id quoque periculo- „sius adhuc esse, eoquod in ejusmodi „Bulla diffamationem contineri, tam „facile non credatur, hac ergo ratione „Viros, quorum honor ac famæ integri- „tas Ecclesiæ, Statui & Religioni op- „pido utilis est, in Canonisationum „Bullis impune diffamandi via Ro- „manæ Curiæ aperiretur.„ His præ- „missis, Parisiensium Parochorum ho- norem & famam inique lacerari per

hæc

hæc Bullæ verba! *Novatores, falsis* &c. Advocati inferebant; dolendum tamen vel maxime, quod hi Oratores conductitii in exclamationes & querelas effusi comprobare neglexerint, eos non fuisse *Novatores*, falsa fictaque miracula non divulgasse, non turbasse pacem Ecclesiæ, &c. quod tamen, sicut facti evidentia constat, ita contrarium sole clarioribus argumentis ostendere debuissent. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Postea Advocati ipsam Bullam insectantur, eoquod Canonisationem quidem obtenderet, reipsa tamen per illam sacratissima Franciæ jura impetere, eisque opposita inculcare, & Ecclesiæ Gallicanæ libertates labefactare intenderet: Inter hæc jura referebant I. quod caussæ & controversiæ in Regno enatæ, cujuscunque sint conditionis, primo intra Regnum examinandæ & dijudicandæ sint, priusquam ad S. Sedis Tribunal deferantur. II. Quod Pontifex etiam *ex Cathedra* loquens non sit infallibilis, proin ejus decisio examini subjecta sit, nec definitio censeatur, *nisi Ecclesiæ assensus accesserit.* Primum hoc principium per Bullam everti arguebant Advocati ex eo, quod tanquam virtus vel maxime heroica, fides viva, Zelus, & magnanimitas deprædicetur, quia S. Vincentius hortatus

sit

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

sit *octoginta quinque Galliarum Episcopos, ut clam irrepentem morbum & latentem pestem ad culmen Apostolatus, ad Cathedram Petri referrent, missis ad Innocentium X. literis* §. 32. Cetera, quæ in hac Constitutione continentur, nil aliud sunt, nisi antiquæ Jansenistarum næniæ, exaggerationes, vana suorum elogia, & de eversis Regni juribus, ac Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus ad nauseam usque recocta lamenta, ac denique non minus atroces calumniæ in S. Vincentii gesta effusæ, ac Genevæ Pontificum facta protervo dente vellicari & arrodi solent. Nihilominus tamen hi Parochi de hoc scripto tam secunda Minerva elaborato mirifice ovantes nondum quidem contra hanc Bullam *appellationem ab abusu* interponere audebant, interim tamen velut mitiore via incedentes coram Procuratore Generali declararunt, quod sese una omnes *opponant*, ne ullæ Regiæ literæ aut mandata in favorem hujus Bullæ extorta aut extorquenda ad acta referantur, salva tamen semper, si opus fuerit, ipsam hanc appellationem interponendi libertate. *Hanc oppositionem* præfati Parochi die vigesima secunda Januarii suo chirographo & sigillo firmarunt.

§. IV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

§. IV.

Parisiensis Parlamenti edictum a Regis Senatu annullatum.

Non sine maximo animi mærore Franciæ Præsules nuperum Parisini Parlamenti decretum percipiebant, dolentes, quod illud eo jam temeritatis devenerit, ut spreto iterato Regis interdicto sibi eandem, imo majorem in res Ecclesiasticas potestatem, quam ipsimet Episcopi, arrogaret, auctoritatemque, quam summo Pontifici denegaret, sibi soli vendicare præsumeret. Eapropter consultatione inter se habita Præsules ac præcipue Fleuryus Cardinalis Ludovicum XV. Franciæ Regem supplices adibant, ut Parlamenti arrogantiam cohiberet, & ipsius Religionis, cujus fundamenta subruere illud moliretur, ruinam præverteret: Eodem consilio Lazaristæ seu præfatæ Congregationis Superiores libellum supplicem Regi offerebant, efflagitantes, ut probrosum hoc Parlamenti decretum supprimeretur, eoquod *agatur de Bulla, quam ipsamet sua Majestas expediri petiisset, & per quam cujusdam sancti fidelium veneratione dignissimi (prout in ipso Parlamenti decreto declaretur) memoria consecratur, ejusque virtutes manifestantur.* Re igitur matu-

Sæc. XVIII. A. C. 1738. maturius perpensa Rex sanctioris sui Senatus decreto die vigesima secunda Januarii Parlamenti edictum die quarta ejusdem Mensis promulgatum suppressit, annullavit, & acsi nunquam editum fuisset, haberi præcepit, quoad ea, quibus Parlamentum, hanc Bullam typis edi, vendi ac distrahi inhibuit, quin tamen dicta editio ac venditio ac expressiones in hac Bulla „contentæ directe vel indirecte in præjudicium Regiorum jurium, libertatumque Ecclesiæ Gallicanæ, quas Rex „semper salvas conservari vult, trahi „possint.„

§. V.

Ulteriores conatus Parlamenti contra Regis edictum.

Postrema Januarii die famosus Abbas Puccella in publicis Parlamenti comitiis querebatur, quod ipsius decretum die quarta Januarii promulgatum nullibi in usum deduceretur, sed passim hæc Bulla libere imprimeretur, palamque divenderetur, in hujus igitur rei causſam a Triumviris investigandum esse: Hi ergo desuper interrogati ignorantiam simulabant, se tamen, quid decreti executionem præpediat, sedulo exploraturos spondebant:

bant: Variis tergiverſationibus reſponſum ad quartam usque Martii diem eludebatur, quo tandem Triumviri declarabant, Parlamenti decretum Regii Senatus edicto fuiſſe ſuppreſſum. Hoc reſponſo velut fulmine tactus Portaillius Parlamenti Præſes nil opportunius fore cenſuit, quam ut Patres ſuam agendi rationem ſcripto, quod Regi traderetur, ſolide vindicarent: Eo fine juncta opera libellum confecere ſub hoc titulo: *Parlamenti rationes Regi ſupremo noſtro Domino ac Principi humillime ac demiſſiſſime expoſitæ.* Hunc igitur libellum Præſides die vigeſima nona Junii Ludovico Regi porrexerunt, qui eis reſpondit, ſe curaturum, ut hoc ſcriptum in ſanctiore Senatu examinetur, ſeque poſt ſuum Compendio reditum deſuper ſuam eis mentem manifeſtaturum: Tandem præſtituta die vigeſima quarta Auguſti Rex primo Præſidi & duobus Curiæ Præſidibus eo fine accerſitis repoſuit: Ea, *quæ Vos in veſtro ſcripto expoſuiſtis, jam ipſus præoccupavi, haud minori ipſemet ſollicitudine & vigilantia conſervandis Regni mei legibus, & Status mei quieti ac tranquillitati ſemper intentus ſum.* Hoc Regis reſponſo ſibi omnia, quæ contra Romanos Pontifices validiſſima cenſebant, ſemperque cum magna patrii Zeli jactantia oſtentabant,

Sæc. XVII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738. arma e manibus eripi vel maxime dolebant Parlamenti Senatores, cumque præter jamjam expoſita nil promptum paratumque haberent, biduo poſt decrevere, *Regis reſponſum ad acta quidem eſſe referendum, nihilominus tamen ſe continuato ſtudio obviaturum ac repreſſurum ea omnia, quæ ad ſchisma ſpectare viderentur*, quaſi vero quid propius ad ſchisma tendere poſſet, quam aperta inobedientia ac rebellio?

Ceterum obſervare liceat, quod quamvis Janſeniſtæ ſuam ſectam nonniſi imaginariam hæreſin eſſe, totis viribus contendant, non pauca tamen cum hæreticis communia habeant; proprius enim hæreſis character & genius eſt, legitimis Superioribus reſiſtere, omnem ſubjectionem excutere, tumultus concitare, ſacram & profanam ac publicam pacem perturbare, ſibimetipſis contradicere &c.

Quid antem autiquius fuit Janſeniſtis, quam iteratis Regum ſuorum edictis ac mandatis palam refragari, & quidem ſub ementito falſoque conſervandæ libertatis, conſcientiæ, patriarum legum, & regiæ incolumitatis prætextu? Quot, quæſo, per duo ferme ſæcula Janſeniana labes in Galliis concitavit tumultus, quot colliſiones funeſtas inter Reges & populos, inter

Epi-

Episcopos & Clerum &c? Quam egregie ipsimet Jansenistæ sibi in principiis ultro adoptatis constant? vociferantur, Pontificum etiam ex Cathedra decidentium decreta pro definitionibus non esse habenda, nisi accedat Ecclesiæ assensus, & tamen, cum inficiari nequeant, Pontificiæ definitioni, qua quinque Jansenii & aliæ Quesnellii propositiones damnantur, accessisse Universæ Ecclesiæ, omniumque Christiani Orbis Episcoporum consensum, privatum tamen judicium seu verius ad summum viginti solius Franciæ Præsulum pertinaciam judicio & consensui omnium ceterorum Christianæ Ecclesiæ Episcoporum præponunt. Quid jactantius extollunt tanquam fundamentalem Ecclesiæ Gallicanæ doctrinam, quam Concilium Oecumenicum esse supra Papam? Et tamen, quis credat? Jansseniani Parlamenti Patres hoc etiam anno sese ipsa Oecumenica Synodo superiores esse jactitabant, dum *promulgato edicto* declararunt, se nunquam Concilium Florentinum pro Oecumenico habuisse. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. VI.

Ludovici XV. Galliarum Regis pietas erga B. V. M.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Jam anno Christi milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto, cum Franciæ Regnum non modo quinque civilibus bellis fæde vaſtaretur, ſed etiam Hugonottæ Regem ſuum legitimum Majeſtate & Regno ſæpius exuere molirentur, Ludovicus XIII. ad illam Sidoniæ ſoſpitatricis præſidium confugit, cujus natura eſt, ut quam ſuppetiarum opem creata negarent ſingula, hanc inter turbidas calamitatum procellas multo quam ſaluberrime porrigat illa Patrona velitantium poſt Deum potentiſſima, & præſentiſſima in turbine Cynoſura, B. V. Maria. Igitur Rex Deo in honorem ejusdem Deiparæ Virginis ſolemni ſponſione ſeſe obſtrinxit, ſe pretioſam lampadem argenteam, quæ in Eccleſia Metropolitana Pariſienſi coram prodigioſa Ejusdem imagine ſemper accenſa luceret, oblaturum: id etiam religioſe Rex perſolvit die nona Octobris ejusdem anni, lampademque trecentis viginti argenti marchis gravem per quemdam Canonicum præfatæ Eccleſiæ ſubmiſit. Cum ergo poſtea fauſto Marte pugnaret, & inſuper anno ſexcenteſimo trigeſimo octavo poſt milleſimum Anna Regia ejus Conjux poſt viginti & trium annorum ſteriles nuptias uterum geſtare crederetur, Rex ſuadente P. Joſepho Capuccino, ſe, totum-

totumque ſuum Regnum ſingularis Ejusdem Deiparæ patrocinio ſubjecit, eoque fine die decima Februarii decretum edidit, vi cujus Pariſienſi Archiepiſcopo injunctum, ut præſtiti hujus homagii memoriam quotannis in ſua Parochiali Eccleſia publice recoleret, & ſolemnem ſupplicationem indiceret. Hujus edicti tenor erat ſequens. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Poſtrati ad pedes Divinæ Majeſta-
„tis, quam in tribus Perſonis adora-
„mus, necnon provoluti ad pedes B. Vir-
„ginis & ſanctæ Crucis, (in qua redem-
„ptionis noſtræ per vitam & Chriſti
„mortem in carne noſtra patratæ my-
„ſterium recolimus) Nos Divinæ Maje-
„ſtati per ejus Filium, pro nobis humi-
„liatum, necnon Filio Dei per ejus Ma-
„trem ad ipſum exaltatam nos dica-
„mus & conſecramus, noſtramque Ur-
„bem, ſceptrum & ſubditos horum pa-
„trocinio committimus, ut per Eorum
„interceſſionem tutellam SS. Trinitatis,
„Ejusdemque auctoritate ac exemplo
„totius cæleſtis exercitus opem obtinere
„valeamus. Cum autem manus no-
„ſtræ non adeo puræ ſint, ut Ei, qui
„ipſa eſt puritas, ſacrificium noſtrum
„offerre poſſemus, hinc perſuaſiſſimum
„habemus, manus B. V. Mariæ, quæ
„Dominum Jeſum portare meruit, hanc
„oblationem noſtram Deo acceptam red-

Sæc. XVII. A. C. 1738

„dituras: Quid enim rationi magis consonum est, quam ut Illam, quæ suarum gratiarum mediatrix erat, pariter tanquam gratitudinis nostræ Mediatricem agnoscamus? Eo fine declaravimus, quod Beatam & gloriosam Virginem Mariam tanquam singularem Regni nostri Protectricem selegerimus, Eidemque Nos, nostrum Regnum, coronam & subditos singulari prorsus modo dicaverimus, Eandem rogantes, ut Nobis morum sanctitatem obtinere, Regnumque nostrum ab omnibus inimicis tueri velit, quatenus illud sive belli flagello crucietur, sive pacis pulchritudine (quam ei ex corde ab Ea efflagitamus) fruatur, nunquam tamen a gratiæ semita, quæ ad gloriæ viam deducit, aberret: Ne vero Posteri nostram hac in re voluntatem adimplere unquam negligant, hinc in perenne monumentum ac testimonium Altare majus in Parisiensi Ecclesia Cathedrali recens erigi, ibidemque B. Virginis dilectissimum suum e cruce sublatum in suis brachiis tenentis imaginem collocari nostramque personam, prout nostram quoque coronam ac septrum ad Christi ejusque Matris pedes offerrimus, depingi curabimus.„

„In-

„Insuper hortamur ac præcipimus „Parisiensi nostro Archiepiscopo, ut ad „diem festum B. V. in cælos assumptæ, „durante sacro solemni in Cathedrali „celebrando, hanc nostram declaratio„nem quotannis recolat, & absolutis „ejusdem diei vesperis solemnem ha„beat supplicationem, cui omnes supe„riores Curiæ ea pompa, quæ in ge„neralibus processionibus fieri amat, „interfint: quod idem pariter in aliis „Urbis ac suburbiorum Ecclesiis tam „Parochialibus, quam Regularibus, „imo & in omnibus aliarum Urbium, „pagorum & villarum Parisinæ Diœcesis „Ecclesiis fiat.„ Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Præterea omnes Archiepiscopos ac Regni nostri Episcopos hortamur, eisque præcipimus, ut in suis Cathedralibus, aliisque suarum Diœcesium Ec„clesiis eandem solemnitatem ita festive „celebrent, ut Parlamenta, ceteræque „Curiæ ac Ordines necnon præcipui „Urbium Magistratus huic solemnitati „interfint. Quoniam vero variæ dan„tur Episcopales Ecclesiæ, quæ titulo „B. Virginis non sunt insignitæ, hinc „monemus Archiepiscopos atque Epi„scopos, ut saltem in suis Ecclesiis „quoddam Sacellum in honorem Ejus„dem B. V. sacrent, ibidem Altare de„center exornent, omnesque subditos

Sæc. XVII. A. C. 1738.

„noſtros admoneant, ut illam ſingulari „honore venerentur, Ejusque patroci„nium implorent, quatenus Regnum „noſtrum ſub tutella potentiſſimæ hu„jus Patronæ ab omnibus hoſtium in„curſibus potegatur, diuturna pace frua„tur, in eoque Deus tam ſancte adore„tur, eique tam fideliter ſerviatur, ut „Nos, noſtrique ſubditi ad eam Bea„titudinem, propter quam creati ſu„mus, pertingere valeamus &c.„

Nec præmio caruit hæc Ludovici Regis pietas; quippe eodem adhuc anno die quinta Septembris Rex ſuſcepit filium Ludovicum XIV. quem propterea *a Deo Datum* dici voluit, utpote qui ſingulari Dei dono Domui Borbonicæ datus, ad ſummum gloriæ & potentiæ opicem evehendus eſſet.

Eadem hæc pietas, gratique animi memoria in Succeſſorum cordibus adeo infixa hærebat, ut omni anno innovata usque ad Ludovicum XV. propagaretur, qui inſuper hoc anno, ne temporis diuturnitate aut uſus frequentia devotio vileſceret, & ſenſim tot beneficiorum recordatio deleretur, eam proprio exemplo, novoque fervore innovare ſtatuit, ac die prima Auguſti hunc in finem ad Pariſienſem Archiepiſcopum literas dedit hoc tenore.

Domine

Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

Domine mi Cognate!

„Inter præcipua & prima ſupremo-
„rum Principum officia merito reputa-
„tur ſollicitudo, qua *Dei, per quam*
„*Reges regnant, & Principum terræ im-*
„*perant*, Cultum in ſuis ditionibus pro-
„movere tenentur, eapropter nunquam
„ſatis *publicum ac luculentum plenæ ſuæ*
„*ſubjectionis monumentum coram Divina*
„*Majeſtate* exhibere poſſunt; cum enim
„totius ſuæ poteſtatis ſplendorem a Di-
„vino hoc ſole derivatum habeant, non
„ipſis ſufficiat *privata* illa veneratio,
„quam in ſua perſona Deo exhibent,
„ſed una ſecum ſuos etiam ſubditos
„animare obſtringuntur, ut junctis vi-
„ribus debitas pro infinitis beneficiis
„*a Divina bonitate* receptis grates per-
„ſolvere conentur: His rationibus probe
„convictus, a die, qua ad Regni mei
„ſolium vocatus eram, nil magis cordi
„habui, quam ut religioſas conſuetu-
„dines per Majorum meorum pietatem
„invectas in pleno ſuo vigore conſerva-
„rem; cumque inter alias nulla magis
„ſancta majoriqúe veneratione digna ſit
„quam ſolemne votum a glorioſæ me-
„moriæ Ludovico XIII. Rege præſti-
„tum, quo hic Princeps intimo veræ
„pietatis ſenſu ſtimulatus tam eo tem-

Sæc. XVII. A. C. 1738. „pore, quo ejus Regnum tumultibus „(hæreſis (*) pernicioſæ pediſſequis) „jactabatur, ſed etiam ubi bellis ho- „ſtium

(*) Haud diſſimulanda eſt non minus malitioſa quam ſtupida interpretatio Auctoris Hiſtoriæ Nannatenſis edicti Tom. II. p. 179. Percipiamus ejus verba: *Hæc* Regis *declaratio cum ejusmodi concepta eſſet verbis, quæ reformati juxta ſua dogmata de cultu Religioſo nonniſi pro impietatibus habere poterant, ex hoc ſolo proſpexere, ſe nil boni poſſe ſibi polliceri de tali Principe, quem ſuæ Religionis Zelus ad hanc immoderatam devotionem pertrahit, ut dum ſuum Regnum cujusdam creaturæ, quantumvis ſanctæ & privilegiis ornatæ patrocinio ſubmittit, ſat clare juret, ſe exterminaturum eos, qui juxta ſua principia credunt, quod Rex ad hanc protectionem recurrendo abrenuntiet protectioni Divinæ.* Quid magis impium, quid magis inſulſum, tantoque Regi magis injurium? Hic in eodem loco palam profitetur, quod Reges omnem ſuam poteſtatem Divinæ protectioni ac Majeſtati in acceptis referre teneantur, ac ipſe ut publicum ſuæ erga Deum ſubjectionis monumentum exhiberet, ad Prædeceſſoris exemplum, hoc votum revocare intendat. Et tamen impudenter aſſeritur, Regem hac ratione Divinæ protectioni abrenuntiare. Quid ſentiendum de illius ſectæ principiis, ex quibus tam impiæ, ſeditioſæ, & ſtolidæ inferuntur concluſiones?

„ſtium vicinorum invidia concitatis dire Sæc. XVIII.
„vexabatur, *Dei* opem ſæpius tamque A. C. 1738.
„luculenter expertus eſt, ut ſibi perſua-
„ſum haberet, ſe non poſſe magis cer-
„tum ſuæ gratitudinis ac venerationis
„erga B. Virginem teſtimonium red-
„dere, niſi Regnum ſuum ejus patro-
„cinio committeret. Pariter Ludovi-
„cus XIV. gl. record. Dominus & Avus
„meus pari pietatis ſenſu incenſus, ſin-
„gularia potentiſſimi hujus patrocinii
„ſpecimina toto Regiminis ſui tempore
„experiebatur, cumque glorioſius exem-
„plum, quam illud utriusque tam in-
„clyti Prædeceſſoris mei pro norma ha-
„bere non valeam, hinc præcipio, ut
„hoc anno, qui centeſimus fluit ab eo
„tempore, quo Regnum meum Deipa-
„ram Virginem pro ſpeciali ſua Patro-
„na veneratur, pariter hujus pietatis
„innovatio fiat. Eo fine ad Vos hanc
„Epiſtolam ſcribo, ac ſignifico, meam
„eſſe voluntatem, ut proxima die Do-
„minica pridie ad decimam quintam
„Auguſti Beatæ Virgini ad cælos aſſum-
„ptæ ſacram mane in Metropolitana fi-
„delis Pariſinæ Urbis meæ Eccleſia,
„aliisque Diæceſis veſtræ Eccleſiis Lu-
„dovici XIII. declarationem die decima
„Februarii factam renovari præcipiatis,
„& ipſa Aſſumptionis die poſt veſperas
„omni qua fieri poteſt, pompa ſolem-

„neu

Sæc XVIII A. C. 1738

„nem haberi curetis proceſſionem, cui „omnes Curiæ & Civitatis Primores eo „ritu, quo alias ſolemniſſimæ ſupplica„tiones Generales fieri ſolent, inter„ſint. Hæc igitur noſtra voluntas tam „in Parochialibus quam Regularibus „Regni noſtri Eccleſiis urbium, Pago„rum & villarum eo modo adimplea„tur, ſicut in præfata declaratione, „quæ ad amuſſim effectui detur, ex„preſſum habetur. Sicut ergo hæc „epiſtola duntaxat hunc in finem ſcri„pta eſt, ita Deum exoro, ut Deus „Vos, mi Cognate, in ſua ſancta & „digna protectione conſervare velit &c.

§. VII.

Caroli Vintimiliæ Comitis de Luc Pariſienſis Archiepiſcopi mandatum hac ſuper re.

Piis Ludovici XV. Votis obtemperaturus Pariſienſis Archiepiſcopus, mox die octava Auguſti ad utrumque Clerum encylicas has dedit literas.

„Rex probe perſuaſus, Deum ac „Dominum eſſe, per quem Reges re„gnant, & qui pro ſuo beneplacito ſce„ptra & Regna ædificat & deſtruit, „ſuarum partium eſſe cenſuit, pias fun„dationes illas conſervare, quas ſuo„rum Prædeceſſorum pietas ei inſpi„ravit,

„ravit, & quæ cæli protectionem & „beneficia in ſuum Regnum propagare „poſſent. Eo fine, iisque permotus „rationibus ad exemplum glorioſiſſimi „ſui Avi innovare ſtatuit declaratio- „nem, qua Ludovicus XIII. gl. mem. „Rex ante centum annos omnibus ſuis „ſubditis notum fecerat, quod Beatiſ- „ſimam Virginem in ſpecialem Regni „ſui Patronam ſelegerit, & particula- „riter ſe, ſuum Regum, ſuam coronam, „ſuosque ſubditos Eidem ſubjecerit. „Tam laudabilem, & imitatione di- „gnum Regis Zelum encomiis celebre- „mus, & ad ipſius exemplum teneram „quoque pietatem noſtram erga poten- „tem hanc Protrectricem luculenter ex- „hibeamus: Filiali hac fiducia nobis „a Regum potentiſſimis inſpirata erecti, „omnem Regiminis proſperitatem ab „Eadem nobis polliçemur, eique ad- „ſcribimus, *Deum* per ipſius interceſ- „ſionem implorantes, ut Regem, ejus- „que populum ſingulari ſua gratia cu- „mulare velit: Obteſtemur *Deum*, qua- „tenus Regni tranquillitatem ſemper „magis magisque ſtabilem reddat, & „Gallicanam Eccleſiam ab invaleſcen- „tibus turbis ad priſtinam tranquillita- „tem reducat, & docilitatis ſpiritum, „pacisque amorem omnibus ejus filiis „inſpiret.„ &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Igitur

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Igitur præſtituta die decima quinta Auguſti hæc feſtivitas maxima cum pompa peragebatur, & quidem ipſemet Rex mane ex Verſalienſi Palatio ad Parochialem Eccleſiam unacum Principe de Dombes, Villaregio & Ammontio Ducibus atque Augienſi Principe curru vehebatur, præeuntibus centum Helveticæ gentis ſatellitibus, & ſubſequente cohorte prætoria: Ibi ſacro ſolemni mane, & veſpere feſtivæ ſupplicationi interfuit, qua abſoluta lytaniæ de B. Virgine a Regiis Muſicis decantata eſt: Pariter in Eccleſia, quæ *de Chriſtiana unione* nomen habet, præſente Borbonia Duciſſa Vidua hæc ſolemnitas feſtive peragebatur, ubi etiam Daſcorius Abbas ſupremus Stanislai Regis Eleemoſynarius luculentum peroravit ſermonem, quem his verbis abſolvit: „Ubi in univerſo Orbe populus „aut ditio reperitur, quæ B. V. Mariam „non colat? Ubi datur Urbs vel pagus „in toto Chriſtiano mundo, in quo non „ſuæ per Deum poteſtatis monumenta „exſtent? Reges & Principes ad pedes „hujus Virginis ſuas demittunt coronas „& ſceptra: Reges noſtri & glor. rec. „Rex Ludovicus XIII. ejusque Succeſ„ſor invictus omni ævi Heros ſuæ fi„duciæ, quam in Deo per Mariæ Vir„ginis interceſſionem reponunt, mo-

„nu-

„numenta in hac Metropoli erexere; Sæc. XVIII.
„Rex quoque noſter tantopere a nobis A.C. 1738.
„dilectus ſuorum Prædeceſſorum vota
„pro lege ac norma habet: Horum me-
„moriam non ſine cordis ſui effuſione
„per literas ad omnes Regni ſui Præ-
„ſules datas renovat. Quam vehemens
„pietatis incitamentum hæc declaratio
„manifeſtat, qua tam pro ſe, quam ſuo
„Regno Dei Matrem in ſingularem Pa-
„tronam adoptat? Cernimus modo
„Sereniſſimum Principem utpote pri-
„mogenitum Eccleſiæ Filium, quate-
„nus centenariam hanc ſolemnitatem
„celebrat, maximas feſtivitates ad ex-
„altandum B. Virginis cultum præſcri-
„bit, ſuo exemplo cunctos ad præſtan-
„dam ei debitam fidelitatem & gratitu-
„dinem excitat, & Aſſumptionis ſuæ
„honorem de Templo in Templum pro-
„pagat. Diu igitur Rex noſter ſub
„umbra protectionis Marianæ fructibus
„ſuæ pietatis fruatur, ſoſpes diu ſit ejus
„Conjux omnibus ſceptris digniſſima:
„poſſideat Rex tranquille Avi, & Proa-
„vorum Regna & per totum ſuæ vitæ
„decurſum potiatur pacis dulcedine,
„quam Regius negotiorum Adminiſter
„ſua prudentia procuravit, Regnumque
„extinctis horrendi belli flammis auxit.
„Hic plane Adminiſter Regi charus, &
„populo utilis eſt, cujus proſperitas
„flo-

Sæc. XVII. A. C. 1738. „florentiſſimi hujus Regni felicitatem „divinamque benedictionem ad cente„nos annos protendet &c.„

Ita tota Regia Familia, omnesque Franciæ Præſules, Proceres ac populi hanc ſolemnitatem non ſine intimo cordis ſui jubilo celebrabant, &, quod plane mirum eſt, ex tot doctiſſimis, in Religionis ſuæ ſtudio longe exercitatiſſimis, deque ejus puritate convictiſſimis nec unicus quidem erat, cui in hac devotione ac obſequio B. Virgini præſtito vel leviſſimus ſuperſtitionis fumus ſuboluiſſet; ſoli Proteſtantes (ſed ex his nonniſi magis immodeſti) tam emunctas nares, ſeu verius tam effræ-nem frontis, oris & calami licentiam habent, ut tam pios Reges ac Principes, totasque Nationes improbæ ſuperſtitionis publice in ſuis ſcriptis & dictis inſimulare non erubeſcant: Fors ſuperſtitionis reus eſt ille Comes, qui vivente adhuc Rege Reginæ ejus Matris patrocinio ſe, ſuaque bona commendat? Num propterea Regi injuriam infert, aut eum ſua Majeſtate ſpoliat? Forte B. Virgo Regina & Chriſti Domini Mater in cælis haud amplius tanta pollet apud Filium ſuum auctoritate & gratia, quanta in terris Mater Regina cujusdam Regis? Si unquam B. Virgo hac gratia valuit in terris, quo fato, qua

qua cauſſa, quo Divinæ omnipotentiæ decreto hac gratia excidit in cælis? Quid, quæſo, in hoc actu & cultu per exceſſum pietatis, & quid inordinate in methodo exercitæ religionis geſtum fuit? non delata eſt B. Virgini adoratio, non cultus Deo debitus, ſed omnis veneratio (ut patet ex Verbis ipſorum Franciæ Regum) ad Deum directa fuit, ejusque patrocinium per Sanctiſſimæ Matris ſuæ interceſſionem imploratum. Hæc eſt totius Eccleſiæ ſententia, judicium, dogma, & ſi ex ignorantia, aut paucorum ſimplicitate in cultu Sanctorum anomaliæ acciderunt, vel, rariſſime tamen, accidunt, cum S. Auguſtino (*) intempeſtivos hos Cenſores *admoneo, ut aliquando Eccleſiæ Catholicæ maledicere deſinant, vituperando mores hominum, quos ipſa condemnat*, & ut quæcunque corruptela e gremio ſuo eradicetur, ſummopere deſiderat. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Ceterum in dubio eſt, utrum magis commiſeratione digna ſit inſcitia, vel plus deteſtanda illorum Proteſtantium malitia, qui quamvis B. V. Mariam, Sanctosque a Catholicis adorari, Deumque & Chriſtum illis poſtponi, eorumque cultum latriæ negligi, apertam eſſe falſitatem, manifeſtamque non minus

(*) Lib. I. cap. 34. de morib. Eccl. Cath.

Sæc. XVIII. A. C. 1738

minus atque atrocem ſapere calumniam tot ſolidis Catholicorum ſcriptis, & argumentis, Catecheticis inſtitutionibus & ſymbolicis Catholicorum libris, totque luculentis Principum factis & teſtimoniis luce meridiana clarius demonſtratum ſciant, nihilominus identidem antiquam hanc convitiorum crambem recoquere non erubeſcunt, & ab ipſismet adeo vetulis & pueris Catholicis de mendacio & calumnia convicti, omni tamen occaſione, qua B. Virgini vel Sancto honorem deferri legunt, vident, vel audiunt, ſuperſtitionem & idololatriam fieri, ſtolidiſſime contra ipſam agnitam veritatem exclamant, duntaxat ideo, quia hic calumniandi modus a ſuo Protoparente Luthero vel Calvino adinventus, tum ad fucum faciendum & ſeducendos rudes ipſis olim peropportunus cecidit, eorum vero ſequaces hoc probrum in Catholicos conjicere a ſuis Magiſtris edocti in poſteros, velut ſectæ ſuæ teſſeram transmiſerunt: nunc vero pudet illos fateri, quod eorum primi Doctores calumnioſo mendacio novam Religionem ſuam inædificarint, ſuosque diſcipulos turpiter deceperint, malunt ergo rudem ſuam plebeculam jam ab unguiculis male conſarcinato hoc mendacio lactare & tanquam ſectæ ſuæ palladium inſtillare,

quam

quam hunc errorem propoſita veritate dedocere. Ita nempe remedio deſinit eſſe locus, ubi quæ diu fuerant vitia, fiunt mores & falſæ Religionis capita. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. VIII.

Cujusdam ſancti Martyris Corpus Franciæ Regi dono datum.

Eodem hoc anno Petrus Cardinalis Ottobonius, qui Francici Regni Protector erat, ut pio Ludovici XV. Regis ejusque Conjugis deſiderio ſatisfaceret, apud Clementem XII. Pontificem ſummis precibus inſtitit, ut cujusdam celebris ſancti Corpus pro Eodem Rege obtineret: Adfuit Papa ejus votis, eidemque conceſſit Corpus ſancti Oneſimi, quod Romæ a Cardinale Petro Ottobono Anno 1737. dum in Eccleſia SS. Laurentii & Damaſi novum Sacellum erigere voluit, repertum cupreæ tumbæ affabre elaboratæ, ac variis ornamentis decoratæ includebatur, appenſa in medio lamina pariter cuprea, cui ſcalpro inſcripta legebantur hæc verba: *Oneſymi, ſancti Chriſti Martyris, corpus cum vaſculo ſanguinis & lapide græco idiomate ejus nomine inſculpto, Romæ poſtridie Non. Januar. in cœmeterio Calliſti via Appia repertum.* Quamprimum ſacer hic Theſaurus in Franciam

Sæc. XVIII. A. C. 1738. delatus fuerat, Rex per ipsum Parisiensem Archiepiscopum Tumbam die duodecima Aprilis ad Altare Regii Versallienſis Sacelli cum maxima solemnitate & populi frequentia reponi curavit: Creditur, has esse reliquias illius sancti Onesimi, qui Philemonis servus, ac D. Pauli discipulus erat, & de quo idem Apostolus in suis epist. ad Colos. & ad Philem. mentionem facit: Hunc ergo martyrium suum Romæ consummasse testantur V. Beda, Usuardus, Ado, Notkerus, & præter alios ipsæ Romani Martyrologii tabulæ, ubi ad diem decimam sextam Februarii legitur, hunc Onesimum *post S. Timotheum fuisse Ephesiorum Episcopum vinctumque Romam perductum, ac pro fide Christi lapidatum, primo ibidem sepultum fuisse, indeque ad locum, ubi Episcopus fuerat ordinatus, Corpus ejus fuisse delatum.* Cum ergo cuprea hæc lamina testetur, Corpus S. Onesimi Romæ in Cæmeterio Callisti fuisse repertum, necessario inferendum, hunc sanctum D. Pauli Apostoli discipulum longe alium fuisse ab illo Onesimo, quem antiquissimi Scriptores Tertulli Siciliæ Præsidis jussu captum cum aliis ejus Discipulis *Puteolos* raptum, *ibidemque* inter acerbissimos cruciatus martyrio fuisse coronatum.

§. IX.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. IX.

Colliſio inter Papam & Neapolis Regem tandem ſublata.

Ingenti prorſus cura ac ſollicitudine liberatus erat Clemens Papa, poſtquam ſua prudentia Hiſpaniæ & Luſitaniæ Reges, ut ſupra retulimus, ſibi plene reconciliaverat; nil autem ardentius exoptabat, quam ut diuturnæ controverſiæ cum Carolo utriusque Siciliæ Rege tandem componerentur. Eo fine plures Romæ habentur Cardinalium Congregationes, proponuntur varia utrinque conciliationis media: operam ſuam ſtrenue navant Cardinales Aquaviva & Belluga, necnon Cæleſtinus Gallianus Præſul. quem ipſemet Rex Romam eo fine ablegabat: Conditiones tamen ab his propoſitæ, utpote duriſſimæ reſpuuntur a Pontifice, & quas Papa æquiſſimas cenſuit, rejicit Carolus Rex: Nec tamen propterea Clemens pacis ſtudioſiſſimus animum deſpondit, ſed re ad incudem ſæpius revocata, cum Galliano Præſule frequens habuit colloquium, tandemque de honeſtis concordiæ articulis pactionem iniit, ceteris, quorum intererat, pariter aſſenſu ſuo accedentibus. Hujus ergo transactionis exemplum ipſemet

Vid. ſupra Tom. 75. pag. 475.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Cardinalis Aquaviva Neapolin ad Regem defert; aſt ne huic quidem extremo conatui optatus adfuit ſucceſſus; quantumvis enim Pontifex pejora, novaque diſſidia veritus concordiam tandem ſtabiliri ardentiſſimis votis deſideraret, eoque fine conditiones omnino æquiſſimas non ſine propriæ auctoritatis diſpendio propoſuiſſet, nihilominus eæ in Neapolitana Aula ratæ non habebantur; quippe placuit Carolo Regi de iis conſulere ſuos Adminiſtros, aliosque Jureconſultos, qui tamen illas magna ex parte reſpuendas, & ampliora adhuc privilegia Gallicanis libertatibus haud abſimilia a Pontifice eſſe extorquenda ſuadebant: His ergo dictatoribus nova concordiæ pacta conſcribuntur, eaque Neapoli Romam mittuntur: Habentur itaque deſuper ſingulis ſeptimanis plures Cardinalium conſultationes, excutiuntur omnes apices, complanantur difficultates, ac ſolerter tolluntur ea omnia, quæ tot votis exoptatam reconciliationem aut retardare aut præpedire poſſent. Nec ipſe Cardinalis Aquaviva ullum induſtrii hominis officium prætermiſit, ut tandem Regi ſuo, quantum fas eſſet, ita ſatisfieret, ut ſimul Sedis Apoſtolicæ jura ſarta ſervarentur, ſedulo etiam cuncta, quæ Romæ in Congregationibus hanc in rem hucusque agi-

agitata ac conventa fuiſſent, Neapolin perſcripſit, indeque a Neapolitanis acceptata vel rejecta vel limitata ſummo Pontifici exacte retulit; Ea porro diligentia factum, ut ſaltem circa difficilioris momenti negotium concordia iniretur; nihil enim magis reconciliationis ſucceſſum retardabat, quam Curiæ Romanæ metus, ne Carolus Rex utriusque Siciliæ Regnum beneficiario jure Sedi Apoſtolicæ obnoxium agnoſcere detrectaret: poſtquam igitur jurata Principis fide declaratum erat, ejusmodi cogitationem Regi adeo non in mentem veniſſe, ut potius Regnum hoc duntaxat jure fiduciario ſibi a Papa concedi enixe poſtularet, ſublato hoc obice concordia vix non confecta credebatur: unice de conditionibus futuræ inaugurationis beneficiariæ agebatur, petentibus Neapolitanæ Aulæ Miniſtris, ut præ ceteris diploma eo modo expediretur, quo prioribus Regni Poſſeſſoribus indultum fuiſſet; Romani autem cenſebant, diverſam eſſe adhibendam conceſſionis normam, eoquod Prædeceſſores hoc Regnum per ſucceſſionem, Carolus autem per armorum violentiam occupaſſet. Aſt hanc quoque difficultatem ſuperabat moderatio Clementis Papæ, qui die duodecima Maij publicum, ut vocant, habuit *Conſiſtorium*, Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

rium, in quo diploma ſine ullo diſcrimine eſſe expediendum declaravit, quo facto eadem adhuc die Cardinalis Aquaviva, tanquam Neapolitani Regis Adminiſter plena agendi facultate inſtructus conſuetum fidelitatis juramentum exſolvit, Pontifex vero inveſtituræ diploma eo modo, quo petitum erat, Eidem tradidit; illud ergo a toto Cardinalium Collegio ſubſcriptum Cardinalis nulla mora Neapolin transmiſit: Accepto hoc nuntio Rex inſolita efferebatur lætitia, moxque Principi Columnæ Neapolitani Regni Commeſtabili negotium dedit, ut conſuetum beneficiarii nexus tributum, quod nupero abhinc bello nunquam perſolutum erat, vel ſolita vel alia ex pacto præſtituta die penderet: Hic ergo actutum Romam profectus ad Farneſianum Palatium contendit, Regis juſſa executurus, qui etiam ad Pontificis alloquium admiſſus ab eodem ſingulari paterni affectus teſtificatione exceptus eſt, paulopoſt viciſſim Pontificius Orator, qui interim Nolæ hærebat, Neapolin revocabatur, ſimulque Neapolitanus Archiepiſcopus Joſephus Spinellius & Gallianus primarius Regis Sacellanus, aliique, qui ad conficiendam transactionem Neapoli Romam venerant, inde ad ſuos revertebantur, a Rege non modo perbenigne ex-

excepti, sed etiam ob rem optime gestam & præcipue illi, qui hoc diploma deferebant, amplissimis muneribus aucti. Nil ergo ad plenæ reconciliationis complementum deesse videbatur, quam ipsa illius diei solemnitas, qua pro more tributum publice penderetur: Verum Cæsaris ac Galliæ Regis Oratores palam reclamabant, caussati, Hispaniæ Regem nondum nuperæ paci accessisse, proin investituram tamdiu differendam, donec de Regis assensu certa haberetur notitia: insuperhabita tamen hac protestatione Princeps Columna in pervigilio SS. Apostolorum Petri & Pauli hoc tributum consueta solemnitate exsolvebat, & Clemens Pontifex, ut eo magis voluntatem suam ac studium in Carolum Regem testatum redderet, non modo Mariam Amaliam Augusti III. Poloniæ Regis Filiam præfato Neapolis Regi nuptam magnificentissime ubique locorum per Pontificiam ditionem excipi curavit, sed etiam Cruciatæ, ut vocant, Bullam seu diploma Regi concessit. Sæc. XVII. A. C. 1738.

§. X.

Quoddam dissidium in ipsa hac solemnitate exortum.

Hanc festivitatem Cardinales, Romani Principes, Duces ac Proceres &

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Principum exterorum Oratores equis vecti auguſtiorem reddere ſolent: Ex his aderant quoque Dux de Gravina & Corſinius Princeps, quos inter de præcedendi jure lis oriebatur; Gravina enim ſibi honoratiorem locum deberi contendebat, Corſinius vero dexteram ſibi utpote ſummi Pontificis Nepoti omnino cedi poſtulabat, qui tamen, pertinacius reſiſtente Gravina, domum pacis amore revertebatur: Enim vero prætenſum Gravinæ jus minus fundatum cenſebant Cardinales æque ac Principes, toti tamen in eo erant, ne exinde moleſtior enaſceretur contentio: ſerio igitur de opportunis utramque contendentium partem conciliandi medis actum, ac tandem Clementis Papæ opera, utrinque die quinta Julii conventum eſt, ut Gravinæ Dux agnito errore veniam ſibi dari, a Corſinianis peteret. Igitur præſtituta die curru vectus, comitantibus eum omnibus ſuis Domeſticis ad Corſinianum defertur Palatium, ubi hujus nominis Cardinalis Nerius unacum Pontificiæ Curiæ Prælatis, & viginti aliis Præſulibus, necnon quinquaginta Nobilitatis Romanæ Viris Ducem excipere paratus adſtabat: quamprimum ergo Dux e curru deſcendere parabat, quatuor Corſinianæ Familiæ Nobiles eum excipiunt, atque

atque ad sextum usque scalæ gradum comitantur; tum vero Nerius Cardinalis Duci obviam factus, illum ad peramplum cubile deducit, ejusque deprecationem eo tenore, quo inter eos conventum erat, excipit; Eadem adhuc die Dux ad Pontificis alloquium admissus, pariter inconsiderati sui ausus veniam orabat, qua etiam perbenigne impetrata pristinam stabilemque cum Corsinianis amicitiam prosequebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Levior adhuc quædam controversia ejusdem solemnitatis occasione movebatur; cum enim antiquus mos ferret, ut Neapolitani Regis Orator, cui Tributum pendere incumbit, omnes Cardinales, cunctos Principum Legatos, aliosque primæ classis Nobiles ad festivum hunc actum invitaret, hac tamen vice Princeps Columna Cardinalem Cienfuegos Cæsaris Administrum esse prætereundum censuit, eoquod illos, qui Neapolitani Regis jussu Montis Regalis in Sicilia Episcopatus sui proventus apud sequestrum deposuerant, propria auctoritate sibi arrogata anathemate perstrinxisset, ac investituræ Neapolitano Regi concedendæ vehementius sese opposuisset: Enimvero Cardinalis de prætensa hac injuria acriter querebatur, sed incassum varia reconciliationis media

Sæc. XVIII. A. C. 1738

dia tentabat, donec tandem Pontifex sua prudentia hunc quoque Cardinalem in Regis gratiam reduceret.

§. XI.

Pontificium Investituræ diploma Carolo Borbonio Neapolis Regi concessum.

Insuper de modo, quo Pontifex suum diploma pro inaugurando Carolo Borbonio Hispaniarum Infante instrueret, disceptatum aliquamdiu fuisse, supra meminimus; haud igitur injucundum erit Lectori, ipsum illius tenorem percipere, eoquod in eo exacta totius hujus negotii Historia contineatur.

„Dudum, *ita præfatur Pontifex*, fel. „rec. Julius III. Papa Prædecessor noster „Regnum Siciliæ, & Hierusalem cum „tota Terra, quæ est citra Pharum „usque ad confinia Terrarum S. R. E, „Civitate nostra tum sua Beneventana „cum ejus Territorio, & pertinentiis „duntaxat excepta, ad jus, & proprie„tatem ejusdem Ecclesiæ pertinen. & „tunc ad ipsum Prædecessorem, & „dictam Ecclesiam devolutum, quovis „modo, & ex quavis causa illud ad ean„dem Ecclesiam devolutum esset, aut „alias ejus dispositio ad prædictum præ„decessorem pertineret, cum omnibus „juri-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„juribus, & pertinentiis ſuis claræ mem. „Ferdinando Arragoniæ, & utriusque „Siciliæ, ac Hieruſalem Regi pro ſe, „ſuisque in dicto Regno Arragoniæ Suc„ceſſoribus, & hæredibus tam maſcu„lis, quam fœminis ex eo recta linea „deſcendentibus certo tunc expreſſo „modo natis, & naſcituris in feudum „perpetuum pro annuo cenſu & ſub di„verſis conditionibus, modis, formis, „adjectionibus, promiſſionibus, clau„ſulis, cautelis, voluntatibus, & ordi„nationibus etiam tunc expreſſis, ſine „tamen præjudicio juris ipſi Ferdinando „Regi alias in eodem Regno forſan com„petentis, cui tunc nolu t derogari, de „Fratrum ſuorum Conſilio pariter, & „aſſenſu, & ex certa ſcientia, ac de „Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine con„ceſſit, & elargitus fuit, dictam Civi„tatem Beneventanam cum ejus Ter„ritoriis, diſtrictu, & pertinentiis per „ipſum Prædeceſſorem, ſeu Romanum „Pontificem diſtinctis, ſeu diſtinguen„dis cum eorum Incolis, prout illam „ſibi dudum antea prædicta Eccleſia „retinuerat, & reſervaverat ſibi, & Sedi „Apoſtolicæ ſpecialiter reſervanda, prout „in ipſius Prædeceſſoris deſuper con„fectis literis, in quibus idem Præde„ceſſor inter alia voluit, quod dictus „Ferdinandus Rex, & ſui in dicto Re-

„guo

Sæc. XVIII. A. C. 1738. „gno Siciliæ cum Terra citra Pharum „hæredes, & Succeſſores darent Præ„deceſſori, & Eccleſiæ prædictis eo„rum privilegium aurea Bulla bullatum, „in quo proprio juramento faterentur, „& recognoſcerent expreſſe Regnum „Siciliæ, & Hieruſalem, & totam eo„rum Terram, quæ eſt citra Pharum „usque ad confinia ejusdem Eccleſiæ, „excepta Civitate Beneventana præ„dicta cum Territorio, diſtrictu, & per„tinentiis ſuis ex ſola gratia, & mera „liberalitate Sedis, & Prædeceſſoris „prædictorum ſibi, ſuisque hæredibus, „& Succeſſoribus fuiſſe conceſſum, ac „eos recepiſſe, & tenere Regnum Si„ciliæ, & Terram hujusmodi a Præ„deceſſore, & Eccleſia prædictis ſub „pactis, modis, & conditionibus tunc, „ut præfertur expreſſis prout in Literis „deſuper confectis plenius continetur.„

„Et inde piæ mem. Leo Papa X. „etiam Prædeceſſor noſter Regnum Si„ciliæ cum Terra citra Pharum claræ „mem. Carolo Romanorum Imperatori „ſemper Auguſto tunc Romanorum & „Hiſpaniarum Regi Catholico in Impe„ratorem electo in feudum eisdem modo, „& forma, quibus per prædictum Julium „Prædeceſſorem prædicto Ferdinando „Regi conceſſum fuerat, & ſub præ„dictis, quæ tunc per eandem Sedem „re-

„remissa non apparent, & ceteris illis „tunc expressis conditionibus de novo „concessit, & de eo etiam ipsum Caro- „lum Imperatorem investivit, & dictus „Carolus Imperator per quondam Joan- „nem Emanuelem Aurei Velleris Equi- „tem tunc in humanis agentem, & ipsius „Caroli Imperatoris apud Leonem, & „Sedem prædictam Oratorem, & pro- „curatorem specialem promisit, & se, „& omnes Regnum ipsum Siciliæ vi- „gore illius concessionum tam per Ju- „lium, quam per Leonem Prædeceſſo- „res hujusmodi factarum pro tempore „obtinentes obligavit ad inviolabiliter „observandum, & adimplendum omnia „in literis Julii Prædecessoris contenta, „super quibus de dispensatione, aut il- „lorum remissione per eandem Sedem, „non constaret, seu appareret, & sol- „vendum singulis annis in perpetuum „Cameræ Apostolicæ septem mille du- „catos auri de Camera in Festo B. Pe- „tri ultra solitum censum Paraferni albi „pro recognitione veri, & directi Do- „minii ipsius Regni Siciliæ, & ad Leo- „nis Prædecessoris, & Cameræ præ- „dictorum requisitionem delinquentes „in Terris eidem Ecclesiæ mediate, vel „immediate subjectis ad dictum Regnum, „& illius Civitates, Terras, & loca „confugientes capi, & ad Urbem, vel „alium

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A C. 1738

„alium locum remitti faciendum sub „pœnis in literis Julii Prædecessoris „hujusmodi contentis, dummodo idem „Leo Prædecessor, & Successores sui „Romani Pontifices ac prædicta Ca„mera ad ipsius Caroli Imperatoris & „officialium suorum requisitionem De„linquentes in Terris, & locis dicti „Regni ad Terras, & loca Ecclesiæ „confugientes pariter ad eos remitte„rent, prout in Instrumento publico „desuper confecto, & in ceteris ipsius „Leonis Prædecessoris literis de verbo „ad verbum inserto plenius continetur.

Ac successive fe. me. Julius Papa III. „Prædecessor etiam noster prævia re„nuntiatione dicti Caroli Romanorum „Imperatoris semper Augusti dictum „Regnum Siciliæ, & Hierusalem cum „tota Terra citra Pharum usque ad con„finia Romanæ Ecclesiæ, excepta Ci„vitate Beneventana cum ejusdem Ter„ritorio, & districtu, ut supra inclitæ „me. Philippo II. tunc Angliæ Regi, „& Hispaniarum Principi pro se, suis„que hæredibus, & Successoribus Ara„goniæ Regibus tam masculis quam „fœminis ex eo recta linea descenden„tibus natis, & nascituris, ac aliis „personis in concessionibus Julii, & „Leonis comprehensis, & per eos vo„catis in feudum perpetuum pro solito

„an-

„annuo censu septem mille ducatorum „auri de Camera, & unius Parafreni „albi solvendo, & sub conditionibus, „modis, formis, adjectionibus, pro„missionibus, clausulis, cautelis, volun„tatibus, & ordinationibus in literis „Julii, & concessione Leonis Præde„cessorum hujusmodi contentis, quæ „per eamdem Sedem remissa non ap„parerent, similiter concessit, & de eo „ipsum Philippum Regem investivit, „& dictus Philippus Rex per quondam „Ferdinandum Franciscum Avalos de „Aquino Marchionem Piscariæ tunc „in humanis agentem & ipsius Philippi „Regis apud Julium Prædecessorem, „& Sedem prædictos Procuratorem „specialem obedientiam, homagium, „& Juramentum fidelitatis consuetum „præstitit, prout in ipsius Julii Præde„cessoris literis plenius continetur. „Quæ omnia idem Philippus Rex suc„cessive per Bullam suam auream sub „datum Bruxellis anno Domini millesi„mo quingentesimo quinquagesimo „quinto die prima Octobris, manu sua „subscriptam approbando, & acceptan„do confessus fuit, & recognovit.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Postea vero fel. rec. Clemens „Papa VIII. Prædecessor noster eodem „Philippo II. viam universæ carnis in„gresso, Regnum ipsum Siciliæ, &

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Hieruſalem cum tota Terra prædicta „citra Pharum usque ad confinia Ter„rarum ejusdem Romanæ Eccleſiæ, „excepta Civitate Beneventana cum „ejus Territorio, diſtrictu, & pertinen„tiis, per ſe, ſeu ejus, & noſtros Præ„deceſſores Romanos Pontifices di„ſtinctis, ac eorum Incolis, quam ſibi, „& eidem Eccleſiæ ſpecialiter retinuit, „cl. me. Philippo III. etiam Hiſpania„rum Regi Catholico pro ſe, ſuisque „hæredibus, & Succeſſoribus Aragoniæ „Regibus tam maſculis, quam fœmi„nis ex eo recta linea deſcendentibus „natis, & naſcituris, & aliis perſonis „in conceſſionibus utriusque Julii & „Leonis Prædeceſſorum hujusmodi „comprehenſis, & per eos vocatis in „feudum perpetuum pro ſolito annuo „cenſu ſeptem mille ducatorum ſimi„lium, & unius Parafreni albi ut præ„fertur ſolvendo, & ſub conditionibus, „modis, formis, adjectionibus, pro„miſſionibus, clauſulis, cautelis, vo„luntatibus, & ordinationibus in lite„ris utriusque Julii, & conceſſione Leo„nis Prædeceſſorum hujusmodi con„tentis, quorum remiſſionem per Se„dem prædictam factam fuiſſe non ap„pareret, præſtitis tamen prius eidem „Clementi Prædeceſſori, & Sedi, & „Eccleſiæ prædictis nomine ipſius Phi-

Philippi III. Regis per bo. me Anto- Sæc. XVIII. A. C. 1738.
„nium de Cardona, & Corduba Ducem
„Sueſſæ, & Sornæ, & Vahenæ Co-
„mitem Labræ, & Palamos Vicecomi-
„tem de Ibregar; & ipſius Philippi III.
„Regis Conſanguineum, & Conſilia-
„rium apud eundem Clementem Præ-
„deceſſorem, & Sedem prædictam Ora-
„torem, & Procuratorem ac mandata-
„rium ſuum ſpecialem, & per eundem
„Clementem admiſſis, obedientia, at-
„que homagio, ac Juramento fidelita-
„tis ſub certa tunc expreſſa forma pari-
„ter conceſſit, & elargitus fuit, & Re-
„gnum ipſum Philippo III. Regi modo,
„& forma præmiſſis infeudavit, prout
„in prædicti Clementis Prædeceſſoris ſub
„Plumbo ſub Datum Romæ apud S. Mar-
„cum anno Incarnationis Dominicæ
„milleſimo quingenteſimo nonageſimo
„nono, quinto Idus Septembris, Pon-
„tificatus ſui Anno VIII. expeditis.„

Subinde autem defuncto Philippo III.
„Gregorius XV. Prædeceſſor etiam no-
„ſter idem Regnum Siciliæ, & Hieru-
„ſalem cum tota Terra prædicta citra
„Pharum iisque ad confinia Terrarum
„Eccleſiæ Romanæ, excepta Civitate
„Beneventana cum ejus Territorio,
„diſtrictu, & pertinentiis per ſe, ſeu
„ejus, & noſtros Prædeceſſores Roma-
„nos Pontifices diſtinctis, ac loco Pon-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

„tis Curvi ejusque Territorio, quæ sibi, „& eidem Ecclesia specialiter retinuit, „cl. mem. Philippo IV. etiam Hispania„rum Regi Catholico pro se, suisque „Successoribus Aragoniæ Regibus tam „masculis, quam fœminis ex eo recta „linea descendentibus natis, & nasci„turis, ac aliis personis in concessione „utriusque Julii, & Leonis, ac Cle„mentis Prædecessorum hujusmodi „comprehensis, & per eos vocatis in „feudum perpetuum pro solito annuo „censu septem mille ducatorum simi„lium, & unius Parafreni albi solvendo, „ut supra, & sub conditionibus, mo„dis, formis, adjectionibus, promis„sionibus, clausulis, cautelis, voluntа„tibus, & ordinationibus in literis, „dictorum Julii II. & III. ac Clementis, „quarum remissionem per Sedem Apo„stolicam factam fuisse non appareret, „præstitis tamen prius eidem Gregorio „Prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ „prædictis nomine ipsius Philippi IV. „Regis per quon. Franciscum de la Cueva „Ducem de Alburquerque apud eum, „& Sedem prædictam Oratorem, & „Procuratorem, ac mandatarium suum „specialem, & per eundem Gregorium „admissa obedientia, atque homagio, „& juramento fidelitatis sub certa tunc „expressa forma, concessit, & elargi„tus

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„tus fuit ac Regnum hujusmodi præ-
„dicto Philippo IV. Regi modo, & for-
„ma præmissis infeudavit, prout in
„prædicti Gregorii XV. Prædecessoris
„sub Plumbo sub Datum Romæ apud
„S. Petrum quinto Kalendas Decembris
„millesimo sexcentesimo vigesimo primo
„sui Pontificatus Anno I. expeditis li-
„teris plenius continetur. Quæ omnia
„idem Philippus IV. Rex successive per
„Bullam suam auream sub Datum Ma-
„triti quinta Novembris millesimo sex-
„centesimo vigesimo secundo manu sua
„subscriptam approbando, & ampliando
„confessus fuit, & recognovit.

„Postremo vero dicto Philippo IV.
„Rege ab humanis exempto piæ me-
„moriæ Alexander VII. Prædecessor
„itidem noster prædictum Regnum Si-
„ciliæ, & Hierusalem cum tota Terra
„citra Pharum usque ad confinia Ter-
„rarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ,
„excepta prædicta Civitate Beneven-
„tana cum ejus Territorio, & districtu,
„& pertinentiis per se, seu Romanos
„Pontifices distinctis una cum Terra
„Pontis Curvi, ejusque Territorio, quæ
„sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter re-
„servavit, claræ memoriæ, Carolo II.
„Hispaniarum Regi Catholico tunc in
„minori ætate constituto pro se, suis-
„que hæredibus, & Successoribus Ara-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

„goniæ Regibus tam masculis quam „fœminis ex eo recta linea descenden„tibus natis, & nascituris, ac aliis per„sonis in concessionibus utriusque Julii, „Leonis, Clementis, ac Gregorii Præ„decessorum hujusmodi comprehensis, „& per eos vocatis in feudum perpe„tuum pro solito annuo Censu septem „mille ducatorum similium, & unius „Parafreni albi, ut præfertur solvendo, „& sub conditionibus, modis, & for„mis, adjectionibus, promissionibus, „clausulis, cautelis, & ordinationibus „in literis utriusque Julii, Clementis, „ac Gregorii, & concessione Leonis „Prædecessorum hujusmodi contentis, „quarum remissionem per Sedem præ„dictam factam fuisse non appareret, „concessit, & largitus fuit, ac Regnum „ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, „eumque de illo investivit, & dictus „Carolus Rex mediante claræ memoriæ „Marianna ab Austria Regina Hispania„rum ejus matre, Tutrice, atque Gu„bernatrice per bonæ memoriæ Fride„ricum, dum viveret tituli sancti Petri „ad Vincula Cardinalem Sfortia Pro„curatorem, & mandatarium suum „specialem eidem Alexandro Præde„cessori, ac Sedi, & Ecclesiæ præ„dictis obedientiam, homagium, & „juramentum fidelitatis præstitit, prout

„in

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„in ipsius Alexandri Prædecessoris literis pariter sub plumbo apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnat. Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, decimo tertio Kalen. Junii Pontificatus sui Anno duodecimo emanatis uberius continetur. Quæ omnia idem Carolus II. Rex postmodum tam per suam Bullam auream sub Dat. Matriti vigesimo nono Martii milleſimo sexcentesimo sexagesimo septimo a memorata Marianna Regina ejus Matre Tutrice & Gubernatrice subscriptam, quam per aliam similem Bullam sub Datum pariter Matriti septimo Aprilis millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto propria ipsius Caroli Regis interim majoris, ac sui juris effecti manu signatam approbando, & ampliando confessus fuit, & recognovit.„

„Anno autem millesimo septingentesimo dicto Carolo II. Rege sine liberis e vivis erepto Europa ferme tota inde in partes divisa diuturno bello conflagravit ac fel. re. Clemens Papa Prædecessor etiam noster justis, & gravissimis causis abductus ab Infeudatione, atque Investitura dicti Regni Siciliæ, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum concedenda, tametsi plures oblato etiam censu prædicto

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„ad id requisitus fuisset, inter sævientis „Belli ejusmodi motus supersedendum „esse duxit, salvis tamen, & illæsis re„manentibus juribus sibi, & dictæ Sedi „super eodem Regno competentibus, „qua per plura Chirographa propria „ejus manu signata, in quibus itidem „cautum fuit tempus, & tempora non „currere, luculenter præservavit.„

„Postmodum vero piæ me. Innocen„tius XIII. pariter Prædecessor noster „prædictum Regnum Siciliæ, & Hie„rusalem cum tota Terra citra Pharum „usque ad confinia Terrarum ejusdem „Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate „Beneventana cum ejus Territorio, & „districtu, & pertinentiis per se, seu „Romanos Pontifices distinctis una cum „Terra Pontis Curvi, ejusdem Terri„torio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ „specialiter reservavit, Charissimo in „Christo filio nostro Carolo VI. Hispa„niarum Catholico, & Romanorum „Regi in Imperatorem electo, qui in „eodem Regno Siciliæ, & Hierusalem, „ac tota Terra citra Pharum succes„rat, & pacifice possidebat, pro se suis„que hæredibus, & successoribus tam „masculis, quam fœminis ex eo recta „linea descendentibus natis & nascitu„ris, servata inter ipsos Descendentes „prærogativa sexus, ita quod masculi

„ex

„ex mascúlis omnibus fœminis ea- Sæc. XVIII.
„rumque descendentibus maribus, & A. C. 1738.
„fœminis cujuscumque lineæ essent,
„aut gradus semper præferrentur, in
„Feudum perpetuum pro solito annuo
„censu septem mille ducat. similium, &
„unius Parafreni albi, ut præfertur
„solvendo, & cæteroquin in omnibus,
„& per omnia sub conditionibus, mo-
„dis, & formis, adjectionibus, promis-
„sionibus, clausulis, cautelis, volun-
„tatibus, & Ordinationibus in literis
„utriusque Julii, Clementis, Gregorii,
„ac Alexandri, & concessione Leo-
„nis Prædecessorum hujusmodi con-
„tentis, quarum remissionem per
„per Sedem prædictam factam fuisse
„non appareret, concessit, & elargitus
„fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo
„Regi infeudavit, ipsumque de illo in-
„vestivit, præstitis tamen prius eidem
„Innocentio Prædecessori, & Sedi, &
„Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Ca-
„roli Regis per bon. me. Michaelem Fri-
„dericum dum viveret tituli S. Sabinæ
„Cardinalem de Althan Procuratorem,
„& Mandatarium suum specialem, &
„per eundem Innocentium admissa obe-
„dientia, atque homagio, & Juramento
„fidelitatis, prout in ipsius Innocentii
„literis sub plumbo apud Sanctam Ma-
„riam Majorem Anno Incarnationis Do-

Sæc. XVII A. C. 1738.

„minicæ milleſimo ſeptingenteſimo vi-
„geſimo ſecundo, quinto Idus Junii,
„Pontificatus ſui Anno ſecundo expe-
„ditis plenius continetur. Quæ omnia
„idem Carolus Rex deindè per Bullam
„ſuam auream ſub Datum Luxemburgi
„die vigeſima ſexta menſis Maij anno a
„Nativitate Domini milleſimo ſeptin-
„genteſimo vigeſimo tertio manu ſua
„ſubſcriptam approbando & ampliando
„confeſſus fuit, & recognovit.„

„Verum cum annis proxime elapſis
„inter Catholicos Principes non ſine
„gravi animi noſtri dolore repentinum,
„& luctuoſum in Italia iterum inſur-
„rexerit Bellum longe, lateque etiam
„in aliis Europæ partibus diffuſum, ad-
„deo, ut inter acerbiſſimos Belli motus
„Italia pene tota miſere exarſerit, cum-
„que per hoc Bellum, & inde ſubſe-
„quuta, Dilectus in Chriſto filius noſter
„Carolus Borbonius Hiſpaniarum In-
„fans prædicti Regni noſtri Siciliæ cum
„tota Terra citra Pharum usque ad
„confinia Terrarum Eccleſiæ Armis a
„Patre Philippo Hiſpaniarum Rege ſibi
„traditis, & donatis integram, & pa-
„cificam poſſeſſionem ſuperioribus an-
„nis obtinuerit, & etiam nunc nemine
„contradicente retineat, volens modo
„dictus Carolus debitam obedientiam,
„ac fidelitatis, & homagii Juramentum
„in

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„in manibus noſtris præſtare, & ea „quæ ratione ipſius Feudi tenetur, ad- „implere, dilectum filium noſtrum Tro- „janum tituli S. Ceciliæ Cardinalem de „Acquaviva Procuratorem, & Man- „datarium ſuum ſpecialem fecit, conſti- „tuit, & deputavit ſpecialiter, & ex- „preſſe, ad ſe, nomine prædicti Caroli „quoties opus fuerit coram Nobis hu- „militer, & cum omni reverentia præ- „ſentandum, ac a nobis Inveſtituram „Regni hujusmodi petendam eamque „acceptandam, necnon Nobis nomine „ejusdem Caroli pro prædicto Regno „Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra „citra Pharum debitam obedientiam „exhibendam, ac etiam fidelitatis, & „homagii juramentum ratione Feudi „dicti Regni præſtandum, quod requi- „ſitum neceſſarium, & opportunum fo- „ret ex ipſius Feudi natura, & quem- „admodum illud præſtitum fuerat, a „Carolo Hiſpaniarum, & Romanorum „Rege in Imperatorem electo, atque „ab aliis prædeceſſoribus ſuis eodem „Regno ſolitum fuerat præſtari, & di- „ctus Trojanus Cardinalis de Acqua- „viva Procurator in vim Conſtitutio- „nis & deputationis hujusmodi ad præ- „miſſa omnia, & ſingula nomine præ- „dicti Caroli peragenda, & exequenda „coram Nobis humiliter, & cum omni „reve-

Sæc. XVIII A.C. 1738.

„reverentia sub die quarta mensis Maij „currentis anni se præsentavit, & in „generali venerabilium Fratrum nostro„rum S.R.E. Cardinalium Congrega„tione, quæ sub hac die duodecima „ejusdem mensis Maij coram nobis in „Palatio nostro Apostolico Montis Qui„rinalis ad hoc specialiter convocata, „& habita fuit cum pluribus Archiepi„scopis, Episcopis, aliisque Prælatis „ibi assistentibus nomine ipsius Caroli „Nobis, & Sedi Apostolicæ, ac Ro„manæ Ecclesiæ prædictis obedientiam, „atque homagium, & juramentum fi„delitatis sub forma inferius adnotata „præstiterit.„

„Nos ejusdem Regni Siciliæ quieti, „ac securitati providere volentes, con„siderantesque ipsius Caroli erga nos, „& Romanam Sedem devotionem, ejus„que hæreditariam pietatem, & re„gnandi consuetudinem, quod populos „sibi commissos sciet, & volet pacis „felicitate, & justitiæ cultu confovere, „ac Nos, & Romanam Ecclesiam ipsius „Regni proprietarios, ac directos Do„minos grata devotione, & fide sincera „recognoscere. Nec diutius volentes „a concessione Investituræ, & Infeuda„tionis prædictæ ac directi Dominii no„stri usu, & exercitio abstinere, sed „potius novis, ac justis causis ita sua„den-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„dentibus, præsentique rerum, & tem-
„porum statu accurate perpenso Roma-
„norum Pontificum Prædecessorum no-
„strorum vestigiis inhærendo nostra, &
„ejusdem S. Sedis jura per novam con-
„cessionem hujusmodi asserere, & con-
„servare intendentes, habita super his
„cum Venerabilibus Fratribus nostris
„S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
„prius in Consistorio, & deinde etiam
„in alia simili Congregatione generali
„ad hoc nominatim habita sub die nona
„prædicti mensis Maij in eodem Palatio
„nostro ibique mandato procurationis
„ipsius Caroli publice, & alta voce per-
„lecto, & diligenter inspecto delibera-
„tione matura de ipsorum fratrum con-
„silio pariter, & assensu, & ex certa
„nostra scientia, & de Apostolicæ po-
„testatis plenitudine. In nomine Pa-
„tris, & Filii, & Spiritus sancti obe-
„dientiam ab eodem Card. de Acqua-
„viva Procuratore nomine ipsius Caroli
„nobis, & Sedi, & Cameræ prædictis,
„ut præmittitur præstitam, itemque
„homagium, & juramentum fidelitatis
„hujusmodi læto, atque hilari animo
„admittimus, ac Regnum ipsum Sici-
„liæ, & Hierusalem cum tota Terra
„prædicta citra Pharum usque ad con-
„finia Terrarum ejusdem Ecclesiæ R.
„excepta civitate Beneventana cum ejus
„Ter-

Sæc. XVII. A. C. 1738. „Territorio, & Diſtrictu, & pertinen„tiis per Nos, ſeu Romanos Pontifices „diſtinctis, ac eorum Incolis, quam „nobis prout illam ſibi dudum prædicta „Eccleſia ſpecialiter retinuit, & reſer„vavit, harum ſerie una cum Terra „Pontis Curvi ejusque Territorio nobis, „& eidem Eccleſiæ ſpecialiter reſer„vamus, eidem Carolo Borbonio Hi„ſpaniarum Infanti pro ſe, ſuisque hæ„redibus, & Succeſſoribus maſculis per „lineam maſculinam deſcendentibus in „perpetuum cum hoc, quod inter dictos „deſcendentes maſculos ſervetur ſemper „Primogenituræ ratio, & prævaleat „prærogativa lineæ, iisque deficienti„bus, & ejusdem Caroli lineis maſcu„lis extinctis, ſuccedant ceteri ejus„dem Caroli Fratres ex chariſſimis in „Chriſto Filiis Philippo, & Eliſabetha „Hiſpaniarum Rege, & Regina Catho„licis utrinque conjunctis nati, & na„ſcituri, eorumque deſcendentes ma„ſculi per lineam maſculinam, ſervata „itidem inter ipſos Fratres, eorumque „deſcendentes maſculos ſemper lege „Primogenituræ, & lineæ prærogativa.

„Quibus etiam deficientibus li„neis maſculis prædicti Caroli, ſuo„rumque Fratrum utrimque conjuncto„rum juxta ordinem, & diſpoſitionem „Juris veniant, & ſuccedant, fœminæ, „ſu-

„ſuperſtites, ſervata etiam inter ipſa- Sæc. XVIII.
„rum deſcendentes, & lineas præro- A.C. 1738.
„gativa ſexus, & lineæ cum ordine
„Primogenituræ in Feudum perpetuum
„pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille
„ducatorum ſimilium, & unius Para-
„freni albi, ut præfertur ſolvendo, &
„ceteroquin in omnibus, & per omnia
„ſub conditionibus, modis, formis, ad-
„jectionibus, promiſſionibus, clauſulis,
„voluntatibus, & ordinationibus in li-
„teris utriusque Julii, Clementis;
„Gregorii, Alexandri, & Innocentii,
„atque conceſſione Leonis Prædeceſſo-
„rum hujusmodi contentis, quarum
„remiſſionem per Nos, & Sedem præ-
„dictam factam fuiſſe non apparebit,
„omni meliori, quo poſſumus modo
„concedimus, & elargimur, ac Re-
„gnum ipſum dicto Carolo modo, &
„forma præmiſſis infeudamus, eumque
„de illo per ipſius Trojani Cardin. de
„Acquaviva Procuratoris ad oſculum
„pedum noſtrorum admiſſionem inve-
„ſtimus. „

„Volentes, & intendentes, ut in-
„fra annum a data præſentium com-
„putandum idem Carolus Rex privile-
„gium ſuum Bulla aurea bullatum, in
„quo proprio juramento fateatur, &
„recognoſcat expreſſe Regnum Siciliæ,
„& Hieruſalem, ac totam Terram eo-

„rum,

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„rum, quæ est citra Pharum usque ad „confinia Terrarum ipsius Ecclesiæ Ro„manæ, exceptis Civitate Benevenntana, & loco Pontis Curvi cum illius „Territoriis, Districtibus, & pertinen„tiis, quæ eidem Ecclesiæ remaneant, „prædicto Carolo Regi, suisque hære„dibus, & Successoribus dicti Regni „Siciliæ Regibus ex sola gratia, & mera „liberalitate Sedis Apostolicæ & nostra „fuisse concessa, eosque recepisse, & „tenere Regnum Siciliæ, & Terrarum „hujusmodi a Nobis, & dicta Romana „Ecclesia sub pactis, modis, & con„ditionibus supradictis Nobis, seu Ro„mano Pontifici pro tempore existenti, „dare, & tradere teneantur.

„Per præmissa autem non intendi„mus juribus quibuscumque in aliquo „præjudicare. Demum ut idem Ca„rolus Rex eo magis ad sinceræ illius, „quam in Nos, & hanc sanctam Sedem „profitetur devotionis, & observantiæ „debita argumenta Nobis, & eidem „Sedi exhibenda excitetur, quo Nos, „& Romana Ecclesia in eum propen„siores, & munificentiores invenerit, „scientia, & potestatis plenitudine pa„ribus ipsi Carolo Regi omnes, & sin„gulos census ratione supradicti Regni „hactenus decursos, & non solutos ex „speciali dono gratiæ liberaliter re„mit-

„mittimus, & condonamus, ipsumque „de illis absolvimus, quietamus, & „plenarie liberamus, & ex caussa dicto- „rum censuum hucusque decursorum „a quocumque nullatenus molestari „posse decernimus, dummodo tamen „in proximo Festo S. Petri, & sic suc- „cessive perpetuis futuris temporibus „singulis annis ipse Carolus Rex, ejus- „que hæredes, & Successores, aliique „vocati prædictum censum Nobis, & „Successoribus nostris cum solitis solem- „nitatibus integre persolvere omnino „debeant.„ Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Forma autem juramenti per dictum „Cardinalem præstiti talis est: *Ego Tro- janus Cardinalis de Acquaviva Sereniſſimi Domini Caroli Hiſpaniarum Infantis, & Dei gratia Regis Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum Procurator ad hæc omnia ſpecialiter conſtitutus, ſpe- ciali mandato per dictum Carolum Regem ſub die tertia menſis Maij currentis anni ſubſcripto plenum homagium ligium, & Vaſ- ſallagium nomine dicti Caroli Regis facien- dum vobis Beatiſſimo Domino noſtro Do- mino Clementi Duodecimo, & Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & Hieru- ſalem, ac tota Terra, quæ eſt citra Pha- rum usque ad conſinia Terrarum ipſius Ec- cleſiæ, excepta Civitate Beneventana, & toto Territorio, & omnibus Diſtrictibus, & pertinentiis ſecundum antiquos fines Ter-*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ritorii, & pertinentiarum, & Diſtrictibus Civitatis ejusdem per Romanos Pontifices diſtinctos, & imposterum diſtinguendos in anima dicti Sereniſſimi Regis principalis mei juro, quod idem Sereniſſimus Dominus Carolus ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & Vobis Domino Clementi Duodecimo, veſtrisque Succeſſoribus Romanis Pontificibus Canonice intrantibus, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicæ, non erit in conſilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdatis, ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini, vel capiantur mala captione: Conſilium vero, quod ſibi credituri eſtis per vos, aut Nuntios veſtros, vel per literas ad veſtrum, vel eorum damnum ſcienter nemini pandet, & ſi ſciverit fieri, vel tractari, ſeu procurari aliquid, quod in veſtrum, vel eorum damnum cedat, illud pro poſſe impediet, & ſi hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis ſignificare curabit. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri tam in Regno Siciliæ prædicto, quam alibi conſiſtentia adjutor vobis, vel eis erit ad defendendum, vel retinendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Univerſas, & ſingulas conditiones ſupradictas, & quascumque alias in literis fel. re. Julii Papæ II. ſuper ipſius Regni & Terrarum Infeudatione, ſive Inveſtitura confectis contentas, ac omnia, & ſingula, quæ in eis continentur, plenarie adimplebit & inviolabiliter

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

biliter observabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per se vel alium, seu alios quoquo modo, ut eligatur, vel nominetur in Regem, & Imperatorem Romanum, seu Regem Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, seu Tusciæ, & si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel Regnum Romanum, seu Regnum Teutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, & Tusciæ, aut majoris partis eorundem de eo celebrari continget, nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabit, nec intromittet se modo aliquo de eorum, vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Beneventana, & suis Territoriis, Districtibus, & pertinentiis, seu Campania, neque de Maritima, Ducatu Spoletano, Ducatu Urbini neque Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri in Thuscia, Massa Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, Civitatibus Perusina, Civitatibus Castelli Bononiensi, Ferrariensi, Avenionensi, & Comitatu Venaissino, seu aliis Terris quibuscumque vestris, & Feudis ipsius Ecclesiæ ubilibet constitutis ex successione, vel legato, seu donatione, aut venditione, seu alio quovis titulo, vel contractu, nihil unquam sibi acquiret, seu vindicabit, vel poterit acquirere, seu quomodolibet vindicare, & nihil unquam recipiet, vel habebit, seu retinebit, vel poterit recipere habere vel etiam retinere in illis, nec ullam Potestariam, Capitaniam, vel Rectoriam nullumque aliud Offi-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

cium recipiet, ſeu recipere poterit in eisdem, ſeu ipſorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet, ſeu faciet præmiſſa, vel parte aliqua eorundem neque illam offendet, aut moleſtabit, neque etiam Romanam Eccleſiam quoquo modo ſub cenſuris, pœnisque ſpiritualibus, & temporalibus in conditionibus, & infeudatione prædictis contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice expreſſis, & repetitis ſchismatico, aut hæretico cuicumque, vel a fide devio ab ipſa Eccleſia præciſo, ejusque ſequacibus, & dantibus eis auxilium, conſilium, vel favorem non dabit quovis modo per ſe, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte auxilium, conſilium, vel favorem, nec ab aliis quantum in eo erit, ſi impedire poterit, dari permittet, ſed eos juxta poſſe ſuum donec convertantur, perſequetur, & impugnabit. Et ulterius promitto, quod ipſe Carolus Rex infra annum omnia, & ſingula mediante aurea Bulla ratificabit: ſic dictum Carolum Regem Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia juravit, ut ſupra. Ego Trojanus Card. de Acquaviva.

Pontificio huic diplomati, quod die decima Maij promulgatum erat, præter ipſum Clementem Papam triginta-duo Cardinales, ac inter eos etiam Alvarus Cienfuegos, ſubſcripti legebantur.

§. XII.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XII.

Equestris Ordo S. Januarii a Carolo Neapolis Rege institutus, & a Papa confirmatus.

Postquam Carolus Borbonius utriusque Siciliæ Rex obtento Pontificio inaugurationis diplomate Regnum firmiter sibi assertum habebat, & aliunde cuncta rebus suis prospera fluebant, pro tanto beneficio, debitas Deo grates rependere statuit: Eapropter in honorem S. Januarii, qui specialis totius Neapolitani Regni Patronus erat, die tertia Julii hoc anno Equestrem instituit Ordinem edito desuper diplomateRegio. Rebus itaque omnibus ad hoc rite dispositis, unacum nova Regia Sponsa sua ad Ecclesiam Cathedralem huic Divo sacram magnifico prorsus comitatu ac pompa processit, ubi Cardinalis Spinellius Neapolitanus Archiepiscopus Sacrum solemne peregit, quo absoluto Rex ab eodem Cardinale præfati Ordinis insignia consueto ritu recepit, ac supremus hujus Ordinis Magister dici voluit, præfatamque Magisterii dignitatem Regno ejusque Successoribus perpetuo jure annexam fore, die tertia Augusti declaravit: Postea Mondillam Orsinium Capuæ Episcopum in totius Ordinis Cancellarium elegit. Sexta autem ejusdem Mensis die ritu prorsus

Sæc. XVIII. A. C. 1738

solemni creavit sexaginta Equites, omnes aut Principes aut primæ Nobilitatis Viros, quorum numerum vel augendi vel minuendi libertatem sibi reservavit. Hos inter tum hæreditarius quoque Saxonici Electoris Filius numerabatur. Porro hujus Ordinis leges præcipue hæ erant. I. Equites in hoc præprimis gloriæ summam reponant, ut Religionem Catholicam cum vitæ etiam ac bonorum dispendio defendant. II. Dissidia & inimicitias fors inter suos Confratres exortas pro viribus extinguere satagant. III. Inviolabilem fidelitatem Regi suo etiam jurata fide promittant. IV. Quotidie sancto Missæ Sacrificio interesse studeant. V. Paschali tempore præcepto Ecclesiastico exacte satisfaciant, & die decima nona Septembris Divo Januario sacra Divino etiam Epulo pascantur. VI. Neminem ad duellum provocent, nec provocati quocunque ex prætextu compareant, sed litis suæ decisionem Regi relinquant, ac demum omnem conatum adhibeant, ut pariter eos, qui huic Ordini non sunt adscripti, a duello revocent. VII. Pro quolibet defuncto Fratre solemnes exequias præter alias præscriptas preces celebrari curent: defuncti autem Equitis hæredes intra trimestre magnum Ordinis torquem aureum unacum Cruce remittere, & mortis

tis notitiam Ordinis Secretario denuntiare teneantur, ut hic per literas encyclicas ceteros Equites de illius obitu mox certiores reddere queat. VIII. Omnibus sacris officiis, quæ Rex in honorem sancti Januarii Protectoris publice celebrari jubebit, cuncti intersint, utque Equites assiduam harum legum memoriam ac notitiam conservent, quilibet eorum, illas rite transscriptas secum deferat. IX. Equites magnum Ordinis torquem aureum & Crucem stematis sui insignibus inserere curent. X. Denique in omnibus suis actionibus & verbis virtutis ac honestatis studium præseferant &c. Ceterum hujus Ordinis insigne erat Crux, in cujus quatuor extremitatibus Lilium insculptum visitur, in medio autem imago S. Januarii Pontificali habitu insignis, prout in dextera tenet Pedum Pastorale, in sinistra Evangelii librum, & super hunc sanguinis sui ampullam cum hoc lemmate: *In sanguine fœdus:* Hanc Crucem Equites teniæ sericæ rubri coloris in memoriam hujus sancti Martyris appensam ab humero dextero deorsum sub sinistro brachio corpori circumductam, & in sinistra ad pectus vesti assutam gestare teneantur: Denique nobilissimum horum Equitum institutum Clemens Pontifex hoc item anno Apostolicis literis confirmavit,

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738. & Benedictus XIV. postea Ordinis Officialibus & Militibus plures gratias & privilegia indulsit, uti suo loco memorabimus: supereſt adhuc, ut ipsum Regis diploma hanc in rem editum tanquam luculentum Regiæ pietatis monumentum Historiæ nostræ inferamus: En illius tenorem:

Carolus &c.

„Ex quo per Divinam providen-
„tiam, quæ in Regum ac Principum
„incolumitatem vigilat, utriusque Si-
„ciliæ solium conscendimus, nostram
„exaltationem luculentis fortunæ signis
„præsertim per indubitatum certum-
„que Divi Januarii primi ac potentis-
„simi Protectoris patrocinium promo-
„tam experti sumus. Eapropter om-
„nes Regios nostros conatus ac curas
„eo impendimus, ut populi nostro re-
„gimini ac sollicitudini per Divinam
„Majestatem commissi securitatem pro-
„speritatemque omni, quo possumus
„modo, firmare possemus; postquam
„igitur armorum nostrorum potentia
„terra marique plurimum excrevit, bel-
„licusque apparatus, & quæcunque ab
„eo dependent, optime sint instructa,
„munimenta, urbesque reparatæ, &
„ad necessariam defensionem sint mu-
„nitæ, aliunde etiam efficacissimis tu-
„tissi-

„tiſſimisque mediis proſpectum ſit, ut „non modo Regium noſtrum patrimo- „nium debita fidelitate adminiſtrari, „ſed etiam noſtris ſubditis prompta & „exacta juſtitia impendi queat, eoque „fine irrepentes corruptelas exterminа- „vimus, novos Officiales creavimus, „novamque judicii normam noſtris Cu- „riis præſcripſimus, necnon cuſis pro- „pemodum infinitis novis monetis, ſan- „citisque variis oppido ſalutaribus de- „cretis & ſtatutis Commercium multo „facilius reddidimus, ac denique Uni- „verſitates ad priſtinum ſplendorem, „& Regia Palatia ad decentem magni- „ficentiam reduximus; omnibus igitur „hiſce ſub noſtro Regimine inchoatis, „& per Dei gratiam opemque ad feli- „cem exitum perductis, nihil magis „dignum æquumque fore judicavimus, „niſi ut omnium complementum per „ſingularem pietatis Religionisque „actum addamus, firmiter perſuaſi, „quod ſola Religio ſit unicum, idque „firmiſſimum fundamentum, cui vera „felicitas innitatur, ac conſervetur; „nec inter has felicitates poſtrema ea „ſit, qua nobis Divina Bonitas Regiam „Principem Polonicam Mariam Ama- „liam Walburgim ſolii noſtri ſociam de- „dit, ex qua Nos per Dei Gratiam ta- „les ſperamus Filios, qui Regiam no-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„ſtram proſapiam, noſtrorumque ſubdi-
„torum proſperitatem perennem red-
„dere valeant. Ut ergo pro tot bene-
„ficiis piam noſtram gratitudinem erga
„Deum, noſtrumque dilectiſſimum Pa-
„tronum, Magnum Sanctum Januarium
„publico teſtimonio exhibeamus, ſimul-
„que eos, qui tam in Aulæ ſervitiis,
„quam in caſtris ſuæ fortitudinis ac
„fidelitatis luculenta Nobis dederunt
„ſpecimina, condigno honoremus præ-
„mio, ſtatuimus, Equeſtrem Ordinem
„in honorem S. Januarii erigere atque
„inſtituere, & ex plenitudine noſtræ
„poteſtatis ſub tam glorioſi ſancti pro-
„tectione ac venerando nomine dotare
„& fundare, cujus Equites non aliam
„ſibi præfixam habeant cynoſuram,
„quam veram honeſtatem, veramque
„virtutem, cunctasque ſibi conceſſas
„dotes ac prærogativas non modo ad
„ſanctæ noſtræ fidei defenſionem atque
„incrementum impendant, ſed etiam
„populo noſtro per morum probitatem,
„vitæque integritatem heroica pietatis
„erga Deum, & fidelitatis erga ſuum
„Regem exempla præbeant. Ut vero
„Equeſtris hic Ordo jam proprio merito
„clarus, inſuper a ſuprema ſolii noſtri
„dignitate novum ſplendorem acqui-
„rat, declaramus, Nos ipſos fore ſu-
„premum ejus Caput & Magiſtrum,
„hujus-

„hujusque Ordinis signa in vestibus „nostris, insignibus ac monetis circum- „ferimus, ipsamque supremi Magistri „dignitatem coronæ nostræ nunc & in „perpetuum incorporamus &c. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Postea Rex Ordinis statuta, uti „supra, præscripsit, voluitque, ut pro- „pria equestris vestis sit purpureum pa- „ludamentum sericum aureis liliis ex- „ornatum, & albi coloris multitio sub- „sutum, murisque pontici vellere di- „stinctum unacum duabus per corpus „defluentibus vitis sericis auro inter- „textis. Pileum vero gestent pendulis „albi coloris pennis decoratum, præter „majorem Ordinis torquem, cui an- „nexa Crux in omnibus publicis fun- „ctionibus portetur: toga autem, tu- „nica inferior & caligæ sint ex tela ar- „gentea, tibialia coloris ex rubro albi- „cantis, & balteum ejusdem cum pa- „ludamento coloris: Insuper Rex Or- „dinis Secretarium nominavit Cajeta- „num Mariam Brancone, cui incumbat „nobilitatis gradus unacum duobus „Equitibus examinare, & non tantum „de honestis eorum, qui Ordini sunt „adscribendi Natalibus, sed & de eo- „rum moribus, vitæ integritate, & Re- „ligionis Catholicæ studio juridicum „certumque testimonium dare, illudque „clausum Regi tradere.

Præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1738

Præterea idem Rex Menſe Octobri novum Ordinem militarem erexit ſub invocatione S. Caroli, cujus ipſemet foret ſupremus Magiſter, Cancellarius vero Gallianius primarius Regis Sacellanus, & in Theſaurarium electus eſt Boſſuetus.

§. XIII.

Status Eccleſiaſticus in Galliis.

Singulari etiam ſtudio Ludovicus XV. Franciæ Rex inter turbidas Queſneliſtarum machinationes pacem Eccleſiæ reddere, refractarios pœnarum ſeveritate coercere ac Eccleſiæ diſciplinam reſtaurare nitebatur; eo fine a Clemente XII. Papa Apoſtolicum impetravit diploma, vi cujus Pariſienſi Archiepiſcopo datum eſt negotium, ut Viſitatoris Apoſtolici munere inſignitus Congregationem Sanctimonialium de Calvaria luſtraret, & Superiores ejusdem Inſtituti Majores pro culpæ modo ab officio ſaltem ad tempus amoveret. Ceterum de hac cauſſa inferius plura. Interim idem Archiepiſcopus Communitatem Orphanarum pueri Jeſu deſtruere juſſus erat. Menſe autem Novembri Rex pro hæreſum extirpatione publicas preces per Archiepiſcopum indici præcepit; quocirca die vigeſima tertia

tertia ejusdem Menſis Pariſiis ſolemne Sacrum eo fine celebrabatur, ut Divinum Numen pro fidei Catholicæ incremento, Chriſtianorum Principum concordia, & Sectarum eradicatione exoraretur: Rem Divinam Briſacus Condomienſis Epiſcopus Pontificali habitu ornatus peregit, cui Cardinalis Polignacus, decem Franciæ Epiſcopi, pluresque primæ Nobilitatis Viri intererant: Religioſiſſimi Regis exemplo animati Franciæ Præſules plura, eaque inſignia Zeli ſui ſpecimina in ſuis Diæceſibus edere certabant, & quidem Franciſcus Baylion Atrebatenſis Præſul Seminarium pro iis Sacerdotibus, qui ob decrepitam ſenectutem ſacrum miniſterium obeundo impares fuerint, erigendi facultatem a Rege petiit, qua etiam facile obtenta, amplas ædes in ſuburbio magno pretio coemit, & fabricam ſuo ære abſolvit. Menſe autem Aprili Joſephus Nicolaus de Paris Aurelianenſis Epiſcopus pro tota ſua Diæceſi mandatum cunctis Eccleſiarum foribus affixum publici juris fecit, quo omnibus Clericis vetitum, ne chartarum aut alearum luſu uterentur; quoniam vero Cathedrale hujus loci Capitulum ſub cujusdam privilegii obtentu Epiſcopalem jurisdictionem declinaret, hinc illud motu veluti proprio pariter ad

Sæc XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ad omnes illius Ecclesiæ Canonicos & Sacellanos æquale mandatum dedit, eosque admonuit, ut juxta Sacros Canones & Conciliorum decreta a tesseris, aliisque fortunæ ludis abstinerent.

§. XIV.

Duo Cardinales a Clemente XII. Papa inaugurati.

Hispano Rege cum Clemente Papa plene conciliato, nil propius esse videbatur, quam ut nova lis recens obductam diffidii cicatricem refricaret: Illius occasio erat hæc: Anno hujus sæculi trigesimo quinto Pontifex, uti retulimus, Ludovicum Regium Hispaniarum Infantem Romana decoraverat Purpura; Hic vero instigantibus Hispanis querebatur, se nonnisi titulo *Eminentissimi* a ceteris Cardinalibus, Romanisque Proceribus honorari, cum tamen utpote Regius Princeps *Serenissimæ ac Regiæ Altitudinis* prærogativam natalium jure sibi deberi crederet: Verum ceteri Cardinales, quorum etiam non pauci Principum genere orti erant, hujus petitioni haud deferendum censebant. Instabat tamen importunius Cardinalis Aquaviva, qui universo Cardinalium Collegio exponebat,

bat, id non modo Ludovicum Cardinalem, sed ipsam quoque Reginam ejus Matrem vehementer exoptare: nihilominus tamen Cardinalium, Procerumque non pauci tam in colloquio, quam in suis literis eundem nonnisi Eminentissimum Cardinalem Burbonium appellabant. Horum vero literas Aquaviva in Hispaniam ad Eundem dirigere noluit: nec tamen inde territi Cardinales, habita inter se consultatione, unanimi suffragio decrevere, se nunquam Regis titulo Ludovicum honoraturos, si enim ajebant, ipsum non puderet esse Cardinalem, nec etiam pudeat nominari *Eminentissimi* titulo, qui huic dignitati unice annexus esset. Cessere tandem Hispani Cardinalium constantiæ. Paulopost tamen nova molestia Pontificii animi tranquillitatem interturbare videbatur; cum enim hoc anno nonnisi unicus hucusque Cardinalis fatis functus esset, & Pontifex anno priori septem omnino Præsules Sacro Pnrpuratorum Collegio jamjam die trigesima Decembris adscripsisset, novam eorum inaugurationem instituere nolebat: Attamen Imperator Viennensem Nuntium Apostolicum, & Hispaniæ Rex Madritensem ad Purpuram evehi, jam antea enixius petebant, eorumque Oratores Romæ agentes,

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

tes, cum ulterioris moræ impatientes eſſent, palam declarabant, nec Cæſarem nec Regem unquam permiſſuros, ut Nuntius Pontificius in eorum Regnis ſuum munus obiret, niſi Pontifex utrumque hunc Sedis Apoſtolicæ Nuntium mox ad Cardinalium dignitatem eveheret: Hoc percepto Clemens, cum aliunde petitum honorem his Viris optime meritis nunquam denegare, ſed duntaxat ad breve tempus differre conſtitutum habuiſſet, confeſtim habito Patrum Senatu die vigeſima tertia Junii Dominicum Paſſioneum Foroſempronienſem antea in Cæſaris Aula Papæ Legatum S. R. E. Cardinalem Presbyterum tit. S. Bernardi ad Thermas dixit. Alter erat Sylvius Valentius Gonzaga Mantuanus Apoſtolicus Hiſpaniarum Nuntius, quem die decima nona Decembris Pontifex Sacra pariter Purpura augendum cenſuit, eique Presbyterialem titulum S. Priſcæ attribuit. Erat is hujus familiæ nonus, qui inter centum quinquaginta annos Cardinalium Collegio adſcriptus erat. Silvii vero inaugurationem Mantuani ſummis lætitiæ ſignis celebrabant, & præcipue Archi - Confraternitas ad S. Crucem Oratorii ſui foribus feſtivam hanc inſcriptionem affixit: *Quem Anno* MDCCXIV. *Societas ſanctæ Cru-*

Crucis amplexa est Confratrem, Marchionem Silvium Valenti, Concivem, Anno MDCCXXXVIII. *lætabundo sibi animo gratulatur Cardinalem S. R. E. electum XIV. Kal. Januarii. Faxit D. O. M. obsequentissime veneratura summum Pontificem.*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XV.

Fabii Oliverii Cardinalis obitus & elogium.

Fabius Oliverius patria Pisaurensis publicam lucem aspexit die vigesima nona Aprilis anno sexcentesimo quinquagesimo octavo post millesimum. Patrem habuit Joannem Andream, & Matrem Juliam Albaniam Joannis Francisci Albani postea Clementis XI. Papæ Amitam, utrumque generis nobilitate inclytum. Jam a teneris Fabius familiarem cum Albanio consobrino suo consuetudinem fovit; quippe domi una enutriti ac ferme semper contubernales fuere, non levi piissimæ educationis subsidio; cum enim Albanius ætate major esset, Fabius noster maturiores hujus virtutes æmulatus, morum integritate & vitæ gravitate alter Albanius audiebat. Eapropter ejus Parentes, cum Filii sui indolem, quæ in tenella jam ætate effulgebat, illumque,

Sæc. XVIII. A. C. 1738. quo ad rerum magnarum cognitionem ferebatur, ingenitum ardorem, omnino fovendum esse censerent, imberbem adhuc Romam miserunt, ubi in Collegio Romano Rhetoricam, Philosophiam & Theologiam ita feliciter lustravit, ut cum optimis ingeniis de palma continuo contenderet, & non raro publica excitatæ mentis documenta ederet. Sacratioribus hisce disciplinis egregie instructus ad Albanii, qui jam tum inter Romanæ Curiæ Præsules diligentia & studio præstantissimus erat, ædes concessit, eoque familiariter non tam ut Affine, sed potius velut Amico & Magistro usus est. Nondum expleverat vigesimum nonum ætatis annum, cum jamjam Albanio, qui Apostolicis Brevibus præfectus erat, laboris socius, & studiorum Adjutor esset; nec id sine meriti præmio; adnitente enim hoc Præsule Fabius in Basilica Vaticana Sacerdotium obtinuit, & Protonotariis Apostolicis accensitus est, quo in munere totum se Ecclesiæ suæ servitio, & Reipublicæ ministerio dicabat. Evecto demum Joanne Francisco Amitino suo ad supremum Apostolatus apicem Fabius, non aliena luce inclarescere assuetus, mire in proprio humilitatis ac modestiæ studio, laborisque assiduitate indies proficere vide-

videbatur; cum ergo neo-electus Papa Clemens XI. ad Brevium Apostolicorum Præfecturam neminem Fabio aptiorem nosset, eum huic muneri admovit, quod etiam ipse per triginta octo omnino annos summa cum laude obibat, non alio auctus præmio, nisi quod post longius temporis intervallum Canonicatu Basilicæ Lateranensis donatus, Apostolici Palatii Pro-Præfectus renuntiaretur, qui, si meritorum suffragia spectarentur, jam dudum Purpuram emeruisset, & quidem ab ea tam diu non alia ex caussa excluſus, quam quia Clementis Papæ Sobrinus erat: cum vero adeo luculenta Fabii essent merita, ut Pontifex, dum in conferendis dignitatibus a carnis sanguinisque affectu alienus esse vellet, certe in denegando præmio injustus audiret, tandem die trigesima Julii anno Christi millesimo septingentesimo decimo tertio declaravit, quod præter nominatos Cardinales unum adhuc Præsulem *in pectore* ut ajunt, haberet: Enimvero unaomnes nullum alium præter Fabium Oliverium fore, opinione sua augurabantur: integrum tamen præterfluxerat biennium, quin de ejus inauguratione vel ulla fieret mentio: die autem sexta Maij Pontifex secretum celebravit Consistorium, indeque

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738

egreſſus in Palatio Vaticano obvium habuit Oliverium, cui dixit, ad Lateranenſem pergeret Baſilicam, & illius diei feſtivitati, utpote hujus Eccleſiæ Canonicus, intereſſet; eo mox abeunte Pontifex cuidam Præſuli clauſam ſchedam, in qua ſuæ promotionis notitia continebatur, eidem conſignandam tradidit, adjecto mandato, ut Oliverius primum abſoluta ſolemnitate hanc ſchedam aperiret, eamque mox Pontifici redderet: Oliverius, ut potius Pontificis, quam ſuæ voluntati ſatisfaceret, finito Conſiſtorio ſeſe ad ejus pedes provolvit, cujus quoque vertici ipſus Papa rubrum Biretum impoſuit, ita effatus: *Fraternitatum veſtrarum numero adſcribere intendimus dilectum Filium Fabium de Oliveriis, Protonotarium Apoſtolicum, ſecretorum Brevium noſtrorum Secretarium, ac Palatii noſtri Apoſtolici Pro-Præfectum, cujus honeſtos mores, ſedulitatem, patientiam, ac in primis fidem longo triginta ſex annorum contubernio probavimus.* Sic tandem Fabius jam quinquaginta ſeptem annos natus Purpuram dudum emeritam obtinuit; reſonabat publico applauſu & gratulantium acclamatione integra Roma, ac præcipue Piſaurenſis Civitas, quæ non modo feſtivis ignibus ſuam lætitiam prodebat, ſed ſingularibus etiam honorum ſignificationibus

Illuſt-

Illustrissimam Neo - electi Cardinalis Matrem jam tum nonaginta sex annos natam venerabatur, eoquod propitia fors illam ad hanc usque diem adhuc sospitem eo duntaxat fine conservasse videretur, ut Filium suum pro extremo senectutis suæ solatio Romana Purpura decoratum cernere posset. Hanc tamen lætitiam haud parum interturbabat Clementis XI. obitus, quo comperto Fabius pro more Scrinia Brevium Sacro Cardinalium Collegio consignavit, ab ejus tamen Successore Innocentio XIII. & Benedicto XIII. in munere Secretarii Brevium confirmatus est. Agebatur quidem serio in postremo hoc Conclavi de Oliverio in Papam eligendo, Albaniorum tamen molimina elusere Cardinales Cienfuegos, & Rohanius, qui Cæsaris ac Franciæ Regis nomine illum ab hac dignitate excluserunt, quæsito obtentu, quod Fabius sub priori Pontificatu omnia pro summo imperio & arbitrio disponere assuetus, aliunde illis, qui Idololatrico-Christianos ritus pertinacius propugnarent, plus æquo faveret. Eadem de caussa, sive vera sive conficta fuerit, etiam Benedictus XIII. Fabio minus se propensum exhibuit, eumque a Congregatione de Propaganda fide exclusit, eoquod insimularetur, cum Fabronio & Geor-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII A. C. 1738.

Georgio Spinula Cardinalibus clam conspiraſſe, ut Conſtitutio, quæ incipit: *Ex ea die* &c. contra hos ritus edita vel irritaretur, vel ſegnius ſaltem effectui daretur. Ut ut res ſe habuerit, id omnino certum eſt, quod Fabius conceſſionibus Sardiniæ Regi circa Beneficia factis acriter obſtiterit, qua repugnantia Benedictum XIII. ſibi infenſum, Clementi vero XIII. haud parum ſe commendabilem reddidit. Obiit denique octogenarius die nona Februarii: Corpus ejus ad Eccleſiam SS. Viti & Modeſti, cujus titulum geſſit, funebri pompa delatum eſt.

§. XVI.

Wolfgangi Hannibalis de Schrattenbach Cardinalis encomium & deceſſus.

Paris, ni ſuperioris meriti Præſul erat Wolfgangus Hannibal Comes de Schrattenbach natione Germanus. Hic anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ex illuſtriſſima Styriæ Familia, quæ maximis per totam Germaniam incrementis invaluit, die duodecima Februarii natus, ortum traxit, Parentibus Joanne Balthaſare, & Anna Eliſabetha Comitiſſa de Wagenſperg: Horum cura in omnibus, diſciplinis ſuo generi

generi congruis ſtrenue exercitatus, primo Salisburgum, ac demum Romam mittebatur, ubi non uno ſpecimine publico ſolidæ ſuæ eruditionis ſpem, famamque luculenter comprobabat, ac propterea Doctoratus honores emeritus vigeſimo ſecundo ætatis anno, primo Olomucenſis poſtea Salisburgenſis Capituli Cathedralis Canonicus renuntiabatur: Sexto poſt anno Sacris initiatus Ordinibus, die trigeſima Maij anno præteriti ſæculi nonageſimo nono in præfatæ Eccleſiæ Decanum, & quarto poſt anno in Secovienſem Epiſcopum electus eſt. Nec hic ſtetit rapidæ fortunæ felicitas; cum enim præſtitis in Aula Cæſarea obſequiis Joſephi I. & poſtea Caroli VI. Imperatorum gratiam ſibi mire conciliaret, hujus commendatione & concordibus Canonicorum ſuffragiis, Carolo Leopoldo Lotharingiæ Duce in Trevirenſem Archiepiſcopum aſſumpto, die decima quinta Septembris anno hujus ſæculi undecimo Olomucenſis Epiſcopus electus eſt. Id quoque tum ſingulare erat, quod quamvis hic Epiſcopatus prærogativam Status Imperii ſibi antea annexam non habuerit, Carolus VI. tamen ex ſpeciali benevolentia Schrattenbachio honorem Principis S.R. Imperii, & monetandi jus adjecerit. Hæc prima erant me-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ritorum præmia, aut verius majorum incitamenta; quippe non modo fidelissimus Administer in maxime arduis negotiis Carolo Cæsari, totique Domui Austriacæ luculenta præstitit obsequia, sed & vigilantissimus Pastor extremos adhibuit conatus, ut nulla hæresis labes e vicinia in orthodoxam Moraviam infunderetur; nec his contentus, cunctos, qui ejurata secta ad ipsum confugerant, largissimis donariis excepit, & in agnitæ veritatis studio salutaribus monitis, verbo & exemplo firmavit. Ut ergo Imperator tanti Viri Zelum sacro etiam præmio remunerari curaret apud Clementem XI. Papam enixissimas preces interposuit, ut hic Schrattenbachii virtutem summo Ecclesiasticæ dignitatis honore coronaret. Id lubens præstitit Pontifex, ac die decima octava Maij anno millesimo septingentesimo duodecimo dignissimum hunc Præsulem sacro Purpuratorum Collegio applaudentibus cunctis adscripsit, Imperator vero rubrum Biretum, quod Abbas Merenda Viennam attulerat, ipsus eidem in Cæsareo Sacello die duodecima Augusti imposuit, eumque a secretis consiliis esse voluit; demum vero Germaniæ Com - Protectorem designavit. His gratiis auctus Cardinalis, Romam contendit, ut pro more Car-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Cardinalatus insignia a summo Pontifice reciperet: Præstituta igitur die vigesima octava Julii anno hujus sæculi decimo quarto Urbem incredibili pompa ingressus, & ad titulum S. Marcelli assumptus, Germanæ & Flandricæ Archi-Confraternitatis *de Campo Sancto* Protector nominatus est. Toto, quo Romæ morabatur, tempore omnium ad se oculos & amorem rapuerat; præterquam enim, quod Cardinales & Romani Proceres summam in eo prudentiam & singularem ingenii aciem admirarentur, populus etiam Romanus ac præcipue pauperes largissimis ab eo beneficiis indies cumulabantur: Porro die decima quinta Januarii anno sequenti Cardinalis splendido apparatu, & summa magnificentia ad Titularem Ecclesiam suam vectus, ejus possessionem adiit, eamque suo ære restauratam a summo ad imum elegantissime exornari curavit: Nec tamen ab omni molestia vacuos dies Romæ agebat; quidam enim flagitiosi homines, quorum copia in vasta hac Urbe ingens est, splendidissimum ejus currum noctu deprædati, abscissis fimbriis, tæniis, fibulis, & lemniscis aureis quater mille florenorum damnum intulere.

Postquam vero Leopoldus Austriæ Archidux & Asturiæ Princeps Idibus

Sæc. XVIII. A. C. 1738. Aprilis anno | septingentesimo decimo sexto supra millesimum inexsplicabili totius Orbis Catholici gaudio in hanc vitalem auram progenitus erat, Carolus Imperator absente Comite Gallassio, Cæsareæ Legationis honorificentissimum munus in Cardinalem contulit, eique injunxit, ut faustissimum neonati Filii Cæsarei nuntium ad summum Pontificem in publico alloquio deferret: Igitur Cardinalis immensa pene pompa in Vaticanum contendit: Effunditur tota Urbs avidissime ad insolitum hoc spectaculum. Eminentissimus Purpuratus triumphali in curru, ceu regali sedens solio omnium ad se solum oculos convertit, Ephebi honorarii & reliqua famulorum turba currui circumfusa, vestes opere phrygio splendidissime elaboratas induebantur, Cardinalium currus, quibus exterorum Principum Ministri, & Nobilitatis Romanæ præcipui suos quisque adjunxere, ad centum septuaginta ascendebant. Aer festivis populi applaudentis, atque, Austriæ salutem, Cæsareæ Domui multiplicem paternæ felicitatis hæredem augurantis vocibus resonabat. Imprimis vero senex Pontifex manantibus præ gaudio lacrimis lætus Nuntium intimo cordis jubilo excepit, probe gnarus, quanto periculo Christiana Res-

Respublica defungeretur, quamdiu in Auſtriaco cælo ejusmodi Athlantes maſculi ſupereſſent, qui Orthodoxum Germaniæ Orbem ſuis humeris ſuſtentarent. Aſt brevi in ipſis etiam cunis tanta Imperii ſpes ſuffocata tacuit, Leopoldo jam quarto Novembris die vivis erepto. Haud parum quoque immenſum luctum augebat inſolens Victor Selimus. I. Turcarum Imperator, qui uno velut victoriæ impetu totum pene Candiæ Regnum occupaverat, promotisque caſtris Corcyram ſubigere parabat, Univerſa Italia ad tanti hoſtis propinquitatem trepidante, ſola auxilii ſpes repoſita erat in Carolo Imperatore, qui etiam tam Pontificiis adductus precibus, quam ingenitæ pietatis ſuæ ſtimulis incitatus, Venetæ, imo toti Chriſtianæ Reipublicæ in maximo diſcrimine luctanti opem ferre decreverat, & pecuniario interim quingentorum florenorum millium ſubſidio, & decimis a Papa indultis adjutus, lectiſſimum militem Sclavoniæ campis intulit, quo ad Petro - Waradini mænia inſignem de Turcis victoriam reportavit: Decuit plane, ut Imperator ſummum Pontificem bellici auxilii ſocium, pariter lætitiæ participem redderet, quocirca Schrattenbachio negotium dedit, ut ſine mora victoriam Eidem nuntiaret, ſimul-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

simulque quatuor vexilla Turcis erepta Sanctissimo Patri offerret. Hic ergo triumphantis in speciem ad Vaticanum deductus, his Verbis Papam allocutus est:

Beatissime Pater.

„Sacra Cæsarea, Regiaque Catho„lica Majestas debita filiali observan„tia, ad sanctissimos pedes Tuos pro„sternit hæc vexilla, quæ in exordio „belli, cruentissimo conflictu immani „Christiani nominis hosti erepta fuere, „cui enim magis debentur hæc tro„phæa, quam Tibi, qui indefesso la„bore, apertis ærariis, assiduis pre„cibus, ipsa etiam certaminis hora, in „Liberiana Basilica ingentem hanc Vi„ctoriam orbi Catholico procurasti? „Age igitur Sanctissime Pater, & fove „benigno affectu populum Tibi devo„tum, populum, qui pro Deo, Fide, „Ecclesia, bono denique publico for„titer pugnavit. Et quod summum, ma„ximumque est, idque enixe rogamus, „adde preces precibus, & nos favente „Deo, sub protectione Magnæ Dominæ „addemus Victoriis Victorias.„

Tot lætis nuntiis, aliisque præclare gestis Eminentissimus hic Cardinalis arctissima necessitudine summo Pon-

Pontifici jungebatur, cui etiam aliquando ſciſcitanti, an Conſtitutionem *Unigenitus* in ſua Diæceſi promulgaſſet, intrepide reſpondit, quod potius de his diſſidiis ſermonem fieri, ſeveriſſime inhibuiſſet, ne ejus Eccleſia iisdem, quibus Francia, turbis implicaretur; totum enim ſuum gregem adeo probe Catholicum eſſe, ut nec ad reformandos mores, nec ad conſervandam fidei puritatem hac Conſtitutione indigeret. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Mortuo demum Neapolis Pro-Rege Comite Galaſio Cardinalis ad Regnum Neapolitanum Cæſaris mandato avocatus eſt, cui etiam dignitati per biennium ita præfuit, quantum vix alius. Præclaro hoc munere adhuc fungebatur, dum Clemens XI. vivis eripiebatur, quapropter Cardinalis, ut Romam ad Sacra Comitia petere poſſet, ampliſſimum hunc Magiſtratum ultro Principi Marco Antonio Burgheſio cedebat: Aſſumpto autem ad ſupremum Apoſtolatum Innocentio XIII. ipſe ad Olomucenſem Eccleſiam ſuam rediit, & Anno 1723 ſolemni Cæſaris ac Conjugis ſuæ coronationi Pragæ interfuit, ferme ſemper tamen adverſa uſus valetudine, cujus vehementia indies aucta Brunæ, die vigeſima prima Julii annos natus ſeptuaginta octo glorioſæ vitæ ſuæ finem fecit, relictis ubique, præcipue vero in ſua

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

sua Diæceſi pluribus pietatis ſolidæ & eximiæ liberalitatis veſtigiis. Corpus ejus Olomucium quarto poſt die translatum honorifice ſepultum eſt loco depoſiti in Caſtro Cremſier, ubi Epiſcopi Principes Olomucenſes tumulari ſolent. Succeſſorem in hoc Epiſcopatu die undecima Octobris electum habuit Jacobum Erneſtum Seccavienſem Epiſcopum ex familia Comitum de Liechtenſtein nonniſi quadraginta ſex annos natum.

§. XVII.

Franciſci Barberini Junioris Cardinalis mors & elogium.

Tertius ex Purpuratis, qui hoc anno obiere, erat Franciſcus Barbarinus, patria Romanus, die vigeſima ſeptima Maij anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo natus ex familia, quæ per plura ſæcula quamplurimos toga ſagoque præclaros Viros protulit. Patrem habuit Maffæum Prænestis Principem & Matrem Olympiam Juſtiniani. Hic utpote primogenitus ad ampliſſimas Patris ſui ſpes ac facultates excreverat, aſt Deo longe aliter diſponente Franciſcus contemptis familiæ opibus, ſuorumque Majorum meritis ſibi ad ſummos in Republica hono-

honores viam ſternentibus primogeniti jura in Fratrem ſuum Urbanum tranſtulit, & ſeſe Dei ac Eccleſiæ obſequio in perpetuum dicare conſtituit. Ipſa etiam nativa ingenii bonitas, morum comitas, benignus atque tractabilis animus, pietas in Deum, rerum Divinarum amor, ceteræque ad aliorum imitationem factæ virtutes, qualis olim inter Eccleſiæ Præſules futurus eſſet, præſagiebant. Juvenis igitur Philoſophiæ, Theologiæ ac Juriſprudentiæ tam egregiam Romæ navabat operam, ut ab Innocentio XI. æquiſſimo rerum æſtimatore inter Præſules Romanæ Curiæ cooptaretur. Paulopoſt Clericis Cameræ Apoſtolicæ, necnon ejusdem Cameræ Auditoribus accenſitus, ſtratum iter ad Purpuram ſub Alexandro VIII. reperiebat; cum enim Urbanus ejus Frater Corneliam Ottoboniam Papæ Neptin conjugio ſibi copularet, ut Illuſtres hæ nuptiæ geminata lætitia, & ſacro etiam ſplendore auguſtiores fierent, Pontifex Franciſcum nonniſi viginti octo annos natum Sacro Purpuratorum Collegio adſcripſit, ubi id ſingulare contigit, quod cum Pontifex ei biretum imponeret, pacisque oſculum pro more figeret, e ſacrato ejus capite Tiara in Franciſcum decideret, multis multa ominantibus, ceu Pontificia

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ficia Infula neo- Purpuratus aliquando condecorandus esset, illa quidem dignissimus, si quidem idem cælum plures simul soles caperet. Postea ab Innocentio XII. apud Ravenates Apostolicum Legatum agere jussus, in regenda hac provincia partes omnes sibi creditas ad eam obibat normam, in qua sibi sua prudentia, moderatione & æquitate ac præcipue per mores pientissimos juxta ac suavissimos totius populi amorem conciliaverat. Inde Romam reversus ac Polonici Regni Protector creatus, ob Augustum Regem in sanctæ Ecclesiæ Romanæ gremium rursus receptum publica festivitate gaudium suum medullitus haustum contestabatur: Anno hujus sæculi primo, vacante Sede Apostolica, pro Francisco Albanio postea Clemente XI. in Romanum solium evehendo omnes suos adhibuit conatus, quem tamen sibi subinde minus propitium experiebatur, eoquod ipse Cæsaris partibus addictissimus, Pontifex vero Hispanis plus æquo propensus esset; unde accidit, ut cum belli moles jamjam Pontificiæ ditioni imminere videretur, Cardinalis intrepido animo Pontifici declararet, haud convenire, ut exteri militis violentia in ditionem Romanam asperioribus remediis irritaretur: hac Franciſci libertate offen-

offensus Clemens reponebat, *eum, qui in præsenti rerum vicissitudine ita sentiret, quin magis proficua Ecclesiæ consilia suggereret, Aula excedere posse.* Percepto hoc responso Cardinalis haud diu moratus, Roma Ricciam contendit, nec inde unquam reversus fuisset, nisi ejus opera & consilio ad Cæsarem sacræ Sedi conciliandum Pontifex summopere indiguisset: Tum ergo Romæ præsens, Comitem Galassium Cæsaris Legatum magnificentissime Urbem ingressum die duodecima Maij Anno 1714 ad Pontificis alloquium introduxit, & ab Hispanorum consortio caute alienus, cum hoc Cæsaris Administro arctam habuit necessitudinem: Eundem quoque annum, quin vitæ suæ postremum haberet, parum abfuit; cum enim cum quodam P. Benedictino in suo cubili colloqueretur, & eidem vale dicturus, e sella sese erigeret, mox in eandem fulmen de cælo lapsum cecidit, eamque momento citius in cineres redegit, quin tamen iras suas ad ullius incommodum propagaret. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Biennio antea Canonisationem S. Felicis a Cantalicio Ordinis FF. Capucinorum, quorum institutum Antonius Cardinalis Barberinius ejus Patruus olim professus erat, plurimum promovit, dictique Ordinis protectionem se-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ptimo post anno in se suscepit: iis quoque Congregationibus, in quibus Alberonii Cardinalis causſa agitabatur, sedulo interfuit. Mortuo demum Clemente XI. conclave ingressus, in Innocentium XIII. Papam suum etiam contulit suffragium, quo rursus defuncto, de ipso in Pontificem eligendo serio agebatur, suffragiis tamen in Oliverium, Gozzadinum & Piazzam divisis electus est Ursinus, dictus Benedictus XIII. quo regnante Barberinus utpote Præneſtinus Episcopus Romanæ Synodo interfuit: Postea sacri Collegii Decanus, atque Ostiensis ac Veliternus Episcopus dictus vehementer edito etiam scripto obstitit, ne Bichius Lusitaniæ Nuntius Romana Purpura honoraretur, propter quam tamen repugnantiam, necnon ob nuptias Corneliæ Viduæ cum Principe Cæsare Colonna conciliatas non modo Pontificis, sed ipsius etiam Cæsaris indignationem incurrit, utrique tamen Amicorum opera paulopost reconciliatus, quinto intervenit Conclavi, in quo tot Cardinalium suffragia in eum conspirabant, ut nil certius esse videretur, quam proxima ejus electio; ast tantam dignitatem sæpius promeruisse, & nunquam obtinuisse, optimus senex æquissimo ferebat animo. Electo autem Clemente XII. Barberinus

citatis

citatis equis Veletrum contendere cogebatur, eoquod cives in Hiſpanos milites cæco furore debacchati eſſent. Enimvero ad primum Epiſcopi ſui aſpectum feſtive acclamabant: *Vivat Pontifex, vivat Eminentiſſimus Cardinalis, pereant Hiſpani!* unde eos blandis verbis ad officium redigere conabatur; cum autem hi factioſi duras adeo præſcriberent conditiones, ut eas concedere nefas foret, Cardinali nil reliquum erat, niſi ut furentis populi rabiem declinaturus ad vicinam confugeret Eccleſiam, ac inde clanculo Romam peteret. Cognita ejus abſentia cives animo cadunt, mitiora proponunt, poſitisque armis ſe cunctis Papæ juſſis obtemperaturos ſpondent, dummodo Cardinalis Epiſcopus reverteretur. Aſt ſera nimis erat eorum pœnitentia, nimisque tardus Cardinalis adventus; ſubmiſſis enim Hiſpanorum copiis jamjam hi, quos gravior ſeditionis culpa oneraverat, promeritas dedere pœnas. Sedato hoc tumultu Cardinalis Romam redux, ad revocandam priſtinam concordiam inter Papam & Luſitaniæ, Hiſpaniæ & Neapolis Reges indefeſſam contulit operam, Sedisque Apoſtolicæ jura cum tanta animi contentione propugnavit, ut ſibi non ſemel deliquia & morbos accerſeret. Tandem vero Menſe Aprili hujus

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

anni graviſſima virium debilitate obrutus, poſtremos vitæ ſuæ dies imminere præſenſit, unde Menſe Auguſto ſuæ domui diſponens, ac morientium Sacramentis die decima ſexta dicti Menſis rite munitus, ſequenti die vitam cum morte commutavit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo. Jam anno hujus ſæculi trigeſimo ſecundo Palatium ſuum, a ſuo nomine Barberinum dictum, Patribus Carmelitis Diſcalceatis pro Superiorum Generalium domicilio, pretio quinque ſcutorum millium perſoluto conceſſit. Teſtamenti autem tabulis omnium bonorum hæredem ſcripſit primogenitum Columnæ Carbognani Principis Filium, ea tamen lege, ut Barberini ſtemmate ac nomine uteretur, ſecus totam hæreditatis ſubſtantiam Congregationi de propaganda fide cederet: Profecto quo leviori pretio congeſtæ auri maſſæ comparari potuiſſent!

§. XVIII.

Joſephi Pereiræ Cardinalis laus & fata.

Quartum jam Cardinalem fatis functum Sacrum Purpuratorum Collegium luxit Joſephum Pereiram de la Cerda natione Luſitanum. Hic anno Do-

Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexage- Sæc. XVIII.
ſimo ſecundo die ſeptima Junii Moræ A. C. 1738.
in Provincia Trans Tagum natus erat ex illuſtriſſima familia, quæ a Caſtellæ & Legionis regno ortum trahens *De la Cerda* ſeu *a Crinibus* vocabatur, eo-quod Ferdinandus Caſtellæ Infans crinibus a tergo in lucem editus fuiſſet. Habuit Joſephus Genitores nobiliſſimos Petrum de Ficaglio & Antoniam de Britto. Horum cura ſub ſelectiſſimis Inſtitutoribus limatioris literaturæ fundamenta poſuit, tantamque ingenii, diligentiæ, ſtudiique vim atque alacritatem oſtendit, ut conceptam de ſe exſpectationem longe excederet. Dein Coimbriam miſſus, Philoſophiæ principiis avide hauſtis ad Sacratiores diſciplinas, Sacrarum literarum commentationes, Theologiæ & Jurisprudentiæ arcana animum adjecit, non minori mentis aptitudine, quam laudabili virium contentione: unde tum adeo egregiam in his ſcientiis notitiam ſumma cum probitate conjunctam ſibi comparabat, ut in eadem percelebri Univerſitate Cathedram Sacrorum Canonum obtineret, atque in Cauſſis ad fidem ſpectantibus Eboræ pro more conſuli mereretur. Hujus Viri fama Ulyſſiponem ad Regis aures delata, primo Magnus, ut vocant, Prior Or-

Sæc. XVIII. A. C. 1738. dinis Militaris S. Jacobi de Spata ac poſtea Pro-Rex in univerſo Algarbiorum Regno, & demum Pharaonenſis Epiſcopus renuntiabatur; in obeundis vero hiſce muniis ſemper vaſtæ ſuæ eruditionis, prudentiæ, ardentiſſimi Religionis Zeli & immotæ in Regem ſuum fidelitatis luculenta reliquit monumenta; mirificam quoque ad Militaris Ordinis ſplendorem augendum, & illius jurisdictionem ampliandam navavit operam, & graviſſima Regni negotia dexteritate cunctis probata pertractavit, cumque in Status Secretarium electus fuiſſet, æquitatis ſtudio, integritate illibata, innata dicendi venuſtate, liberalitate, morumque comitate non modo populi, ſed & Procerum animis dominari videbatur. Præcipuum tamen in eo erat ſtudium egentium neceſſitatibus ſubvenire, & Regni non minus, quam Reipublicæ Chriſtianæ commodis inſervire; eo ardore incitatus, ut Chriſtiani ſub immani captivitatis jugo gementes liberari poſſent, Patribus Trinitariis largiſſimas ſtipes porrexit, ipſumque Joannem V. Luſitaniæ Regem impenſius incitavit, ut inſtructiſſimam claſſem contra Turcas Oceano Mediterraneo immitteret. His aliisque meritis quam plurimis inclytum Præſulem Rex pro

Sa-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Sacra Purpura impetranda in Pontificis Aula commendandum censuit: An vero Clemens Papa in gratificando Rege promptior, vel Rex in commodis sacræ Sedis per talem Virum promovendis religiosior fuerit, dubium erat, certissimum tamen est, quod Pontifex mox Pereiram Sacro Purpuratorum Collegio adscripserit, in luculentam ipsius commendationem his usus verbis. „Creare intendimus Cardinalem Jo„sephum Pereiram de la Cerda Epi„scopum Pharaonensem novo hoc „ac plane singulari, imo & insue„to erga nationem Lusitanam Pontifi„ciæ benevolentiæ testimonio declarare „cupimus: nequaquam nos immemores „esse decet magnanimæ illius alacri„tatis, qua superioribus annis Charis„simus in Christo Filius Noster Portu„galliæ Rex tanta cum sui nominis „laude, non tam officiis ac precibus „nostris adductus, quam verius eximiæ „Pietatis stimulis incensus prævalido, „iteratoque quam plurium bellicarum, „ac munitissimarum navium subsidio „Christianam Classem adversus Turcas „adjuvit. Præterea eundem Regem „hac ipsa paternæ charitatis nostræ „præclara significatione incitatum nu„peræ, quam fecimus, ad Sinas ex„peditioni, Regio suo patrocinio, quo

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„illam cæteroquin, utpote ad majorem „Divini Nominis gloriam, Catholicæ „Religionis feliciora incrementa, unice „directam, plurimum fovendam esse non „dubitamus, uberius semper impen„sius, ac benignius adfuturum con„fidimus.„

Nec hic stetit Regis benevolentia in Pereiram; hunc quippe insuper totius Lusitani Regni Protectorem declaravit, ejusque capiti Biretum Roma transmissum ipsus imposuit. Mortuo demum Clemente Papa, unacum Cunha Cardinale Romam ad Sacra comitia proficisci jussus, ab Innocentio XIII. Neoelecto Pontifice Pileum & titulum S. Susannæ recepit, pluribusque instititit, ut Bichius Pontificius in Aula Nuntius pariter Purpura decoraretur; quam suam petitionem sub ipso etiam Benedicto XIII. Regis nomine ardentius innovabat; cumque ipsum in proxima Cardinalium inauguratione prætermissum cerneret, petito alloquio coram Papa palam declarabat, se unacum omnibus Lusitanis Urbe excessurum, nisi Regis voto proxime satisfieret; Leniebatur tamen Benedicti Papæ verbis, quibus fidem fecerat, Bichium jam ad Purpuram esse nominatum, quominus autem promulgaretur, obstare oppositionem Cardinalium, qui Cosciam

pro

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

pro extorquenda ejus electione auro fuisse corruptum crederent. Postquam vero Peireira intellexerat, neglecto rursus Bichio Fleuryum Cardinalium Collegio esse cooptatum, ac insuper præsente Papa ab omnibus Purpuratis (exceptis quatuor) communi calculo, Bichii exclusionem fuisse decretam, Lusitani Cardinales atque Administri palam, & quidem jam tertia vice declarabant, se unaomnes Roma discessuros, ac vicissim Italos e Regno Lusitano ejectum iri: Enimvero Pontifex Regis, ac Pereiræ votis annuere paratissimus erat, præpediebatur tamen gravi admodum libello a viginti sex Cardinalibus subscripto, quo adversus Bichii nominationem acerbius, quam par fuisset, reclamatum est. Inde non levis quoque molestia Pereiræ Cardinali accrevit; cum enim ad Regem perscriberet, hoc negotium apud Pontificem facilius per Virum Ecclesiasticum, quam Laicum perfici posse, eoquod illi, non huic Consistorium frequentare, Congregationibus interesse, & Papam sæpius adire integrum foret, Lusitanus Orator se acerbius inde petiratus, vicissim Pereiram apud Regem insimulabat, perinde acsi ille sua intemperantia cunctos Cardinales irritasset, proin ipse unica Purpuræ Bichio

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

chio denegatæ cauſſa foret. Hæc accuſatio Regis animum tantopere exacerbabat, ut Cardinalem, Legatum omnesque Luſitanos in patriam revocaret, & Pontificium Nuntium unacum omnibus Italis Regno excedere juberet. Prævalebant tamen Pereiræ merita; eodem enim adhuc anno a Rege perbenigne exceptus, a ſanctioribus Regni, bellique conſiliis eſſe juſſus eſt, ſuaque præſentia adventum Sponſæ Aſturienſis & diſceſſum Braſilienſis Principiſſæ decoravit. Poſtea ad Pharaonenſem ſuam Diæceſin reverſus, ibidem die vigeſima octava Septembris anno ætatis ſeptuageſimo ſexto animam Deo reddidit. Erat vere Præſul omnibus virtutibus tanto Principe dignis exornatus, vaſta eruditione, eximio Religionis ſtudio, pietate in Deum, Deique cultum inſignis, ob ſummam munificentiam præſertim Romæ omnium ore celebratus: Memoratur etiam de eo, quod illa ipſa die, qua Eccleſiæ ſuæ Titularis ad S. Suſannam poſſeſſionem adierat, & ad Principem Aram aſſiſtentibus duobus magni nominis Abbatibus rem Divinam peregerat, lautas dapes præfati Monaſterii Monialibus transmiſerit, & paulopoſt in eadem Eccleſia Hebræum juvenem a S. Undis levarit, impoſito nomine Joannis Joſephi Pe-

Pereiræ, quem etiam ſuum Cubicularium dixit: pauperibus quoque in Hoſpitali prope Eccleſiam S. Clementis quadringenta ſcuta, & octoginta ſtudioſæ juventuti in Romano Seminario ſubmiſit, pluraque alia religioſæ liberalitatis monumenta reliquit. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XIX.

Vſchovienſes Eccleſiæ interdicto Eccleſiaſtico ſubjectæ.

Ineunte Menſe Novembri execrandæ malitiæ facinus Frauſtadii in Polonia perpetratum eſt; quidam enim viginti ferme annos natus juvenis nomine Wonſchiewiz Rhetorices ſtudioſus ob delictum, neſcio quale a P. Michaele Kryger ſcholarum Præfecto ferulæ ſupplicio addicebatur; id cum hic ſtudioſus in nominis ſui infamiam cedere crederet, non modo ſcholam frequentare neglexit, ſed etiam per ſuos Sodales Præfecto denuntiari juſſit, quod ſi illum vi ad Scholam pertrahere attentaret, certo certius glande plumbea ab ipſo trajectum iri. His tamen minis Præfectus neutiquam territus, unacum quodam Socio ad Studioſi ædes contendit, eum ad Seminarium reductu-rus. Vix autem cubile ingreditur, cum Studioſus, quid rei ſubeſſet, probe gna-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

gnarus, sclopum jam antea concisa glande oneratum laxat, & Præfectum exanimem sternit: mox autem patrato scelere ad proximam confugit Ecclesiam, indeque clam elapsus tempestiva fuga e Regno excessit. Criminis atrocitate perculsus Josephus Thaddeus de Kiekoy Kierski Episcopus Bolinensis Parricidam anathemati obnoxium declarat, omnesque Vschovienses Ecclesias tam Catholicas, quam Lutheranas & Calvinianas Ecclesiastico interdicto supponit, promulgato edicto sequenti.

Josephus Thaddæus de Kiekrz, Kierski Dei & Apost. Sedis gratia Episcopus Bolinensis, Suffraganeus Præpos. Cathedr, Sede vacante Episcopatus Posnanienſis in spiritualibus, & temporalibus Administrator Generalis.

„Illustribus, admodum Reverendis, „Religiosis, Venerabilibus, Honoran„disque Viris, Decanis Foraneis, Præ„positis, Parochis, Commendariis &c. „in Decanatu Vschovienſi, Diæcesis „Posnan. constitutis, Salutem in Do„mino.„

„Magno cum animi nostri dolore „accepimus, quomodo paucos ante „dies, studiosus Joannes Wonsiewicz, „ex oppido Keblowo oriundus, timore „Dei postposito, oblitus gratitudinis

„Pro-

„Profeſſoribus debitæ, inſtinctu mali- Sæc. XVIII.
„gni ſpiritus ductus, in deteſtabilem A. C. 1738.
„porumpens audaciam, Religioſum & ad-
„modum Reverendum in Chriſto Patrem,
„Michaelem Kryger S. I. Reſidentiæ
„Presbyterum & ibidem ſcholarum præ-
„fectum, ad hoſpitium dicti ſtudioſi ad-
„venientem, nihil mali evenire ſperan-
„tem, in ipſo introitu per exploſionem
„bombardæ pulvere, & globulis onuſtæ,
„animo deliberato & præmeditato in-
„terficere auſus eſt. Ne itaque dicto
„Presbytericidæ ſcelus hujusmodi pa-
„tratum impunitum tranſeat, aliisque
„ſimilia præſumentibus in perniciosum
„vergat exemplum, Nos in talibus di-
„ſpoſitioni Conſtitutionis Synodalis Pro-
„vincialis inhærendo, eundem Pres-
„bytericidam in ſententiam Excommu-
„nicationis Papalis ipſo facto incurruiſſe
„ac incidiſſe declaramus, ac locum,
„ubi præfatum Presbytericidium patra-
„tum eſt, necnon omnes Eccleſias,
„tam Parochiales, quam Regulares,
„in Decanatu Vſchovienſi conſiſtentes
„Eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto.
„Quocirca ſignificamus, & in virtute
„S. Obedientiæ & ſub excommunica-
„tionis pœna Vobis ſupra ſcriptis exe-
„cutionem mandamur, quatenus, ut
„idem maleſactos omnibus innoteſcat,
„durante ejusmodi interdicto, a divi-

„nis

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„nis officiis veſtris in Eccleſiis, ex„ceptis feſtis ſolemnioribus videlicet „Nativitatis, Paſchæ, Pentecoſtes, in „quibus licitum erit campanas pulſare, „& januis apertis alta voce divina offi„cia celebrare, Excommunicatis pror„ſus excluſis, ſed interdictis admiſſis, „a longe ab Altare ſtantibus, ceſſetis. „Populo vero omnibus diebus Domi„nicis & Feſtivis ſono percuſſæ tabulæ „convocato, exhortatione præmiſſa ac „jejuniis indictis, cauſſam ejusmodi „interdicti Noſtri exponatis, & præfa„tum Presbytericidam, ter pulſatis cam„panis & candelis accenſis ac demum „extinctis in terramque projectis, ex„communicatum eſſe publice denun„tietis denuntiarique curetis. Neque „in iisdem Eccleſiis veſtris Sacramenta „aliqua, excepto baptismo parvulorum, „& pœnitentia morientium, admini„ſtrare audeatis; ſepulturam eccleſia„ſticam omnino denegando. Quod „quidem interdictum & præmiſſa om„nia volumus per vos inviolabiliter ob„ſervari, ac per Decanatum via curſo„ria transmitti, & tam diu exequi, do„nec aliud a Nobis habueritis in man„datis. Hocce quoque Edictum ad „Fana tam ſectæ Lutheranæ quam „Calvinianæ in eodem Decanatu Vſcho„vienſi exiſtentia extendimus, & in

„iis

„iisdem, ſtante ejusmodi Interdicto, Sæc. XVIII.
„Devotionem earundem Sectarum, pul- A. C. 1738.
„ſum campanarum ſub pœnis arbitra-
„riis, tum quoque apertionem forium
„ad eadem fana, ſub pœna obſigilla-
„tionis eorundem, ſerio inhibemus.
„In quorum fidem. Datum in Cancel-
„laria Officii Adminiſtratorialis Posna-
„nienſis. Die 23. Menſis Novembris.
„Anno Domini 1738.„

(L.S.)

Joſephus, Epiſc. Bolinenſis,
Suffr. Præp. Cath. Admin. Gen.

Mich. Antonius Medkowski,
Apoſtolicus & Officii Adminiſt. Poſn. Actuarius Notarius.

Poſtea

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Postea tamen, cum per publicam delicti vindictam scandalum satis reparatum crederetur, Varsovienſis Nuntius Apostolicus Posnanienſi Suffraganeo interdictum relaxandi potestatem fecit.

§. XX.

Levis contentio inter Archiepiscopum Colonienſem & Leodienſem Episcopum.

Mortuo, ut retulimus, Nicolao Principe Abbate Stabulenſi ac Malmedyenſi Ord. S. Benedicti, die secunda Augusti Deodatus Drion nonniſi triginta annos natus in Abbatem, S. R. J. Principem & Lognæ Comitem post viginti novem Gremialium scrutationes eligebatur: Ubi autem de ejus consecratione actum erat, quædam contentio exorta est; cum enim hæc Abbatia tam ad Colonienſem, quam ad Leodienſem Diæceſin ſeſe extendat; uterque Episcopus fundatum consecrandi jus habere videbatur: Hanc suboriturum esse difficultatem probe prospexerant viduatæ Abbatiæ Religioſi, quocirca rem summi Pontificis judicio relinquebant, qui tamen, ne Colonienſis aut Leodienſis juribus quicquam derogaret, jam priori anno ad Neo-electum Abba-

Abbatem Pontificium transmisit diploma, vi cujus Eidem (sine tamen ullius præjudicio) plenam concessit libertatem, vel Colonienſem vel Leodienſem pro ſacræ inaugurationis munere seligendi: Obſtrepebat tamen Epiſcopus Leodienſis Georgius Ludovicus Comes de Berghes, cum enim tam Stabuletum, quam Malmedya in ejus Diæceſi ſita & Eccleſiæ Leodienſi Anno 1576. incorporata fuiſſet, ſibi ſoli Abbatem conſecrandi jus competere cauſſabatur: Nec minus ſolide jus ſuum propugnabat Colonienſis Archiepiſcopus atque Elector, in eo fundatum, quod hæ Abbatiæ rurſus a Leodienſi Capitulo ſegregatæ a Maximiliano Henrico Colonienſi Archiepiſcopo ad Argentinenſem Epiſcopum translatæ, & primum poſt pacem Rysvicenſem reſtitutæ fuiſſent: nihilominus Clemens Auguſtus tum Archiepiſcopus atque Elector Colonienſis Apoſtolici diplomatis reverentia permotus conceſſit, ut Abbas ſibi a Pontifice indulta libertate plene frueretur: Eapropter hic Coloniam profectus, die vigeſima tertia Auguſti a Colonienſi Archiepiſcopali Suffraganeo in Domeſtico Ejusdem Sacello, aſſiſtentibus quatuor Abbatibus, conſueto ritu conſecratus eſt. Erat is hujus ſæculi quintus Princeps Ab- Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

bas; præcesserant enim Wilhelmus Egon Princeps Fürstenbergius electus Anno 1681. & Anno Christi 1704. ætatis vero septuagesimo quinto mortuus. Cui successit Franciscus Josephus Lotharingiæ Princeps. qui prius Coadjutor ac demum Abbas Anno 1704. creatus obiit die vigesima septima Julii Anno 1715. annos natus nonnisi viginti sex; Successorem habuit Joannem Ernestum Comitem Löwensteinio - Wertheimensem natum Anno 1667. electum die 15. Oct. Anno 1715. & mortuum die vigesima nona Julii Anno 1731. quo anno die decima quinta Augusti suffectus est Nicolaus, & post ipsum Deodatus, quo die decima quarta Januarii Anno 1741. fatis functo in ejus locum electus Josephus de Nolet, qui Anno 1753. die decima quarta Decembris Successorem habuit Alexandrum de Linotte, antea Malmedyensem Priorem.

§. XXI.

Conscientiæ libertas Catholicis a Fœderatis Ordinibus restricta.

Quamvis Protestantes conscientiæ libertatem velut Trojanum, suæ, ut vocant, reformationis Palladium a primo sectæ exordio in hanc usque diem plenis buccis crepent, illamque nec in

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

in minimo reſtringi patiantur, nihilominus tamen omnes in eo nervos intendunt, ut eandem libertatem Catholicis quavis data vel accepta occaſione adimant, vel ſaltem imminuant: Ejus rei exemplum hoc anno rurſus dedere Calviniani Belgii Ordines: Quamvis enim aliquot abhinc annis ob Gallicum bellum Hollandi limitaneas Urbes juxta tractatum, quem repagulorum ſeu *Barriere* vocant, Anno 1715. initum ſuis præſidiariis copiis munire haud poſſent, confecta tamen pace rurſus hoc anno easdem Urbes ac præcipue Namurcum Hollando milite firmarunt: In ea legione nonnulli erant Centuriones, Vexiliferi &c. Calviniani, qui tamen, cum uxores Religione Catholicas ducerent, earum hortatu, agnitoque errore eandem fidem profeſſi ſunt. Id ægerrime habuit Namurcenſes Prædicantes, qui datis ad Fœderatos Ordines Hagam Comitum literis querebantur, non modo Namurcenſes ſed ceteros Hollandicarum Urbium Præſidiarios ſæpe per conjugum ſuarum ſollicitationes ad Catholicorum Sacra tranſire, ni ergo tam periculoſo pravitatis exemplo tempeſtive obvietur, timendum eſſe, ne plures adhuc, præſertim juvenes, aliunde in Religionis ſuæ rebus parum inſtructi, poſthabito

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Dei timore pariter fidem ſuam ejura-
rent, ac inordinatas ſuas cupiditates
ſequerentur: proin eos cenſuiſſe, ne-
ceſſarium omnino fore, Fœderatos Or-
dines de hac corruptela certiores red-
dere, ut huic malo efficax opponerent
remedium. Hi de oblata Catholicos
vexandi occaſione læti mox edictum
promulgarunt, quo in vim communis
ac perpetuæ legis omnibus, qui fui
Batavæ Reipublicæ ſignis militarent,
& militiæ adſcripti Calvinianam Reli-
gionem profeſſi fuiſſent, ſevere inhibi-
tum, ne matrimonia cum Catholicis
inirent, aut ad Romano-Catholicam
Religionem tranſirent, ſecus confeſtim
exauctorandi. Hoc edictum publicis
typis vulgatum ad omnes Provincia-
rum Præfectos, Gubernatores, & Tri-
bunos mittebatur. En egregium Cal-
vinianæ tolerantiæ illius ævi monu-
mentum erga Catholicos! E contrario
iidem Ordines hoc ipſo anno demon-
ſtrarunt, quod erga eos etiam, quos
velut ſectarios deteſtantur (dummodo
non ſint Catholici) tolerantiæ ſpiritu
animentur; publico enim edicto ſtatue-
runt, ut omnes Eccleſiæ, Noſocomia,
Orphanotorphia, aliæque piæ funda-
tiones, quæ pro Proteſtantibus erectæ
ſunt, vel erigentur, ab omnibus tam
ſolitis, quam extraordinariis oneribus,
vecti-

vectigalibus &c. omnino immunes sint, hæc quoque gratia *ad ipsos etiam Menonistas* extendatur, dummodo hujus exemptionis literas, ubi ejusmodi Domus fuerant erectæ, obtinuerint. Sæc. XVIII A. C. 1738.

§. XXII.

Varia pro Religionis Catholicæ incremento.

Cum Sereniſſimus Carolus Albertus Bavariæ Elector velut hæreditario Majorum ſuorum jure avitæ Religionis propagandæ ardorem, hæreſumque odium alte imbibiſſet, maximam etiam curam eo impendit, ut ejus ſubditi a cujuscunque ſectæ veneno & ſeductionis periculo præſervarentur; eo fine in omnibus ditionibus hoc anno die vigeſima ſecunda Septembris edictum promulgari juſſit, vi cujus cunctis Bavariæ ſubditis ſevere inhibitum, ne filios ſuos aut filias eorum, qui alterius quam Romano - Catholicæ Religioni addicti ſunt, ad ſervilia miniſteria elocent, illis vero, qui ſeſe ejusmodi ſervitiis jamjam addixiſſent, ad patriam reverti, injunctum eſt: Porro hujus edicti ſummam huc referre operæ pretium videtur; primo igitur præceptum, ut Parochi bis in anno ſcilicet in feſto Purificationis B. V. & S. Jacobi

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

vel ex Cathedra vel in aliis publicis cætibus hoc edictum prælegant, ac subditos serio hortentur, ne ullus vel famulatus causſa, vel mutandi Domicilii gratia sine legitimi sui Superioris & Parochi loci præscitu emigrare audeat, sique aliquos patria excedere necessarium videretur, non sint sexdecim annorum minores, sint vero in necessariis fidei rebus probe instructi, & antequam discedant, prius fidei professionem ipsis a Parocho rite exposi tam emittant, & tunc demum a Magistratu attestatum de concessa excedendi facultate, & a Parocho testimonium de ejus Religione & moribus Agenti vel illius loci, quo contendunt Prætori consignent. Parentes vero, Tutores & Cognati nullatenus permittant, ut eorum clientes ad Acatholicorum scholas, vel Acatholicos opificiorum Magistros mittantur; urbium vero & pagorum Prætores & Ludimagistri serio invigilent, ut hi S. Catecheses diligenter frequentent, & hac in re delinquentes præcipue Patres familias si qui subditos suos ad hæc Religionis exercitia compellere neglexerint pecuniaria mulcta puniri curent, cujus medietas Ludimagistro cedat, altera pars in coemendis munusculis ad remunerandos

dos diligentes juvenes impendantur. Eo fine Parochi frequenter catecheſes & Conciones Catholicas habeant, nec ullas ad matrimonium admittant, niſi in fidei articulis rebusque ad ſalutem pertinentibus probe inſtructi reperiantur. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Quoniam vero præcipue ancillæ aliæque mulieres luxus gratia, aut liberioris vitæ ſtudio ad extera Acatholicorum loca frequentius emigraſſe, & quasdam a Religione Catholica unice ſalvifica ad fœdam defectionem promiſſis, donis, doloſisque ſuggeſtionibus abductas fuiſſe compertum eſſet, hinc ſancitum. I. Ut aliæ omnes innuptæ (niſi fixum domicilium in locis Acatholicis habeant, vel ibi Catholicis inſerviant) a ſuis Parentibus, Tutoribus & Magiſtratibus intra annum ad patriam revocentur.

II. Injunctum quoque Præfectis &c. ut eorum, qui emigrandi facultatem petunt, nomina, Parentes, Agnatos, emigrandi cauſſam, tempus & locum ſedulo annotent, & locorum Parochi emigraturos ſerio adhortentur, ipſos etiam extra patriam Religionis ſuæ præcepta exacte obſervare obſtrictos eſſe.

III. Iisdem præcipitur, ut ad mixtæ Religionis loca tranſire petentibus ſub-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

scriptum clausumque testimonium de eorum nomine, caussa &c. tradant, emigrantes vero illud Deputato ad id Agenti consignent, duntaxat apud Catholicos opificium vel famulitium exerceant, nec in illis locis itinerantes diu morentur, in quibus Missam in diebus festis audire & certa Religionis Catholicæ exercitia obire præpedirentur: Ratisbonæ autem & Augustæ, aliisque mixtæ Religionis locis sedulo Conciones Catholicas, Sacramenta &c. frequentent, schedam de peracta Confessione Paschali constituto Agenti tradant, & si in Catholicæ Religionis exercitio ab Acatholicis molestarentur, ab eodem opem petant.

IV. Tales Agentes seu Religionis Commissarii in hoc edicto tam pro Augustana, quam Ratisbonenti, Kaufburana, Memmingana, Nordlingana, Dünckelspilensi, Oettingana, & Onoldina Urbibus designarentur.

V. Sancitum est, ut qui Augustæ vel in aliis extra patriam locis agentes schedam Baptismalem, hæreditatem &c. petituri revertuntur, Agentis testimonium authenticum de moribus, de caussa petendi ejusmodi literas, & an apud Catholicos opificium suum exerceant, vel Catholicam matrimonio sibi jungant &c. secum deferant.

VI. Lo-

VI. Locorum Præfectis injunctum est, ut si deprehenderint, quosdam vel sine impetrata facultate emigrasse, vel scriptam emigrandi facultatem Agenti non tradidisse, nec Eidem schedam peractæ Confessionis & communionis testem consignasse, hos per suos Parentes, Curatores &c. ad obedientiam compellere studeant. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

VII. Si vero compertum fuerit, quosdam ex propria malitia Catholicorum Sacris non interesse, Sacramenta nunquam vel rarissime frequentare, Acatholicam ducere, a fide deficere velle vel jam defeciisse, Præfecti, si se nihil posse proficere credunt, rem ad Consilium Ecclesiasticum deferant.

VIII. Cautum est, ut ex Acatholicorum terris reduces, ultra mensem in patria subsistere aut domicilium figere non permittantur, nisi coram Parocho prius de sua religione rationem reddiderint, aut legitimum desuper testimonium attulerint.

IX. Præfectis injunctum, ut saltem semel in anno Sereniſſimum Electorem speciatim de observantia hujus edicti certiorem faciant, & præcipue de sequentibus hisce punctis rationem reddant. 1. Quinam illo anno extra patriam abierint? 2. quot illo anno sacram Confessionem & Communionem neg-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

lexerint? 3. quinam literas Baptismales, vel pro adeunda hæreditate &c. teſtimonia receperint, ea vero Præfecti Sereniſſimo exhibeant. 4. Quænam obſtacula in exequendo hoc edicto occurrerint, & quænam remedia ad ſubditos in Catholica fide extra patriam conſervandos magis conducant? 5. Studiorum ſchemma pro inſtituenda juventute Bavara, an & qualiter a Ludimagiſtris in Urbibus & pagis obſervetur, rationem reddant?

X. Denique ſtatutum, ut ex pinquioribus Eccleſiis ſalaria Ludimagiſtrorum augeantur, ea lege, ut hi pueros pauperes gratis inſtituant, & Decani ac Parochi juventutem vel in communi, vel ſigillatim in Chriſtianæ fidei præceptis hora deſtinata inſtituant, & ſcholas viſitent: Omnes autem omnia mandata jamjam edita circa Eccleſiarum frequentationem in diebus feſtis, circa blasphemandi, pejerandi &c. conſuetudinem, circa librorum hæreticorum venditionem, detentionem, divulgationem &c. & circa matrimonia Catholicorum in locis ſuſpectis contrahenda, ſedulo obſervari curent &c.

Sic Sereniſſimus hic Elector immotum ſuum Religionis Catholicæ ſtudium, & ſingularem curam pro æterna ſub-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ſubditorum ſalute luculento hoc pietatis monumento teſtatam reddidit, cum autem præclarum Boici generis perenne depoſitum ſemper fuerit excellens honor ac cultus B. V. Mariæ, ita die undecima Junii unacum Conjuge ſua Lauretanam Virginem & S. Antonium Patavinum religioſiſſime inviſit, appenſis munificæ ſuæ pietatis anathematis: dein in patriam reverſus, Ettalenſem Auxiliatricem veneratus eſt, inde ad Oettinganam progreſſus, ibidem argenteam ſtatuam obtulit, cujus pondus gravitatem hæreditarii octennis Principis ſui æquabat. Die autem decima ſexta Junii ſereniſſima Belgii Gubernatrix Maria Eliſabetha cum frequenti Comitatu ſacram peregrinationem ad B. V. de Montaigu inſtituit, ibidemque, voti exſolvendi gratia argenteam lampadem affabre elaboratam & ſexcentorum ſeptuaginta unciarum pondere inſignem dono reliquit. Pari etiam Religionis fervore Philippus V. Hiſpaniarum Rex incenſus omnibus Monaſteriorum Superioribus injunxit, ut ad Inſulas Philippinas & Peruanum Regnum Viros Apoſtolicos ablegarent, qui inſuperhabita diriſſima vexatione Infideles ad veræ fidei agnitionem perducere, captosque Chriſtianos ab inhumano ſervitutis jugo liberare conaren-

Sæc. XVIII. A. C. 1738

rentur: nec monito optatus defuit successus; Patres enim, qui a Redemptione nomen habent, Menſe Junio centum ſexaginta ſex Chriſtianos, qui apud Barbaros Algerianos diu in carceribus hærebant, lytro redemptos Carthagenam feliciter reducebant.

In Galliis quoque Calviniſtarum converſioni ſtrenue inſudatum eſt, atque ex iis celebris P. Leo ex Ordine Carmelitarum, qui jam plusquam octodecim Sectarios ad fidem Catholicam reduxerat, hoc quoque anno die vigeſima octava Martii Pariſiis in ſui Monaſterii Eccleſia quemdam Nobilem Hugonottam patria Nemauſenſem ejurato errore in gremium Catholicæ Eccleſiæ recepit. Pariter hoc anno tres Halberſtadienſes Lutherani poſita contumacia ſeſe ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo ſubdiderunt, tam impotenter ringentibus Prædicantibus, ut ex iis Joannes Chriſtianus Michaelis Eccleſiæ ad S. Martinum Paſtor, ut invaleſcentem a Luthero deficiendi ardorem ſiſteret, proxima die Dominica ad ſuos declamationem haberet, in qua Lutheri ſectam eſſe antiquiſſimam (*nempe duorum ſæculorum*) quadantenus Divinam, perfectam (*ſeu potius omni ferme anno magis expolitam*) & nonniſi S. Literis (*a Luthero mutilatis*) innixam eſſe jactitabat. Hanc ſuam Concionem

nem typis edidit, mox tamen illam quidam Erfordienſis Monachus, ac Theologiæ Profeſſor vera facti ſpecie fideliter enarrata, confutavit, eique luculenter oſtendit, quod ad fulciendam ſuam ſectam plurima falſa Catholicæ Religioni perperam pro more affixerit: Hanc tamen præfati Profeſſoris apologiam idem Præco refellere conabatur, edito Brunsvici libello, cui titulus: *Reſponſum ad calumnioſum ſcriptum Anno* 1738. *Erfordiæ impreſſum*, ubi etiam declarat, Berolinenſem quemdam Doctorem pariter in confutando Profeſſoris libro deſudare: Ita nempe de Religione Catholica notum eſt, quod ubique ei contradicatur: Rogamus autem, ut attendatur, quinam fuerint, qui ei ubique contradixerunt, & quænam ſit illa ſecta, cui ubique jam Apoſtolorum tempore contradicebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XXIII.

Gravis Turcarum vexatio in Catholicos.

Sub idem ferme tempus Turcæ in Ægypto inſanis furiis in Catholicos debacchati ſunt, occaſione inde ſumpta, quod Patres Franciſcani, qui in Urbe Cairo jam a multis retro ſæculis habi- *Act. c. 28. v. 22.*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

habitabant, Menſe Junio anni prioris, deſtructo veteri ac ruinæ proximo Conventu ſuo ampliorem erexiſſent: Nondum hæc fabrica ad culmen erat perducta, cum hujus ditionis Prætores, & Ottomanicæ legis Magiſtri mandata darent, ut hoc ædificium penitus diruueretur; præterquam enim, quod hi Chriſtianos & præſertim Sacerdotes odiis innatis atque tralatitiis ad usque perniciem inſectarentur. ægerrime ferebant, quod hi Patres ſola Sultani conceſſione freti, fædam Cairenſis Baſſæ & Poparum ingluviem ac ſitim profuſo auro ſatiare neglexiſſent: Ad horum ergo juſſa mox Ægyptii, gens prædas ac latrocinia jam ex antiquo velut artem exercere aſſueta, turmatim accurrunt, & bipennibus, uncis, & aſciis Conventum intra breve temporis ſpatium evertunt, in acervum lapidum convertunt, ſolo æquant. Hæc, ubi Ludovicus XV. Franciæ Rex comperat, mox ſuo in Ottomana Aula Legato negotium dedit, ut de barbara hac violentia apud Baſſam vehementer quereretur, & tam ipſe, quam Gallicus Conſul, qui Cairi agebat, apud Sultanum, hujusque Provinciæ Rectorem omni virium contentione agerent, ut præfatum ædificium ex integro reſtauraretur: nec inutilis erat Gallici

Ora-

Oratoris importunitas: Mahomet enim hujus nominis quintus Turcarum Imperator Patribus Franciſcanis literas proprio chirographo ſubſcriptas dedit, vi quarum plenam eis ædificandi facultatem conceſſit: Attamen hoc Sultani mandato Cairenſis Baſſæ feritas cicurari haud poterat, quocirca Patres ipſum ingenti pecuniarum ſumma ad ſua vota inclinare moliebantur, non ſine proſpero ſucceſſu; auro enim delinitus, quod agreſtri pertinacia diu negaverat, ſpe pinguioris doni lubenter conceſſit. Datur ergo novæ fabricæ initium, occupantur omnium Chriſtianorum manus, comportantur illico lapides, ligna, & calx ſubacta, unde & connitentibus indefeſſo lacertorum motu ſervitiis vix non totum exurgit ædificium: Et ecce! præter omnium exſpectationem die vigeſima ſexta Januarii Poparum juſſu princeps Moſchea ſeu Fanum occluditur, certum proximi aſſultus popularis ſignum. Hoc igitur velut claſſico excitati plusquam octingenti Prædones velut lymphati confluunt, ac fuſtibus, cultris & ſclopetis armati primo Gallorum, poſtea Venetorum Palatium adoriuntur, Eccleſiæ fores vi effringunt, ſacra vaſa, ornamenta, & quicquid rabida cupiditas in manus dederat, diripiunt, Sacram

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

cram Hostiam pedibus conculcant, & quicquid infernalis impietas, & inhumana rabies suggesserat, attentant, omnique crudelitatum genere manus suas contaminant. Hæc inaudiens Bassa, cum contemptum Sultani mandatum capite luendum vereretur, Janissaros in furibundos emittit, illosque dissipat, ac in fugam agit: Franciscani autem, qui fervente tumultu in Gallici Consulis ædibus inter continuos mortis angores delituere, tandem prorepentes in ruinis veteris novique Conventus habitare cogebantur, pacatiora tempora sibi per potens Galliæ Regis patrocinium præstolantes. Nec magis tranquilla aura Catholicis adspirabat in Albania Ottomanico Imperio subjecta; cum enim Turcæ Cæsareo bello impliciti, hos populos Carolo VI. Imperatori admodum addictos suspicarentur, eos variis affecere molestiis, ac præcipue eorum Patriarchæ insidias struxerunt, quas tamen ipse tempestiva fuga elusit, Viennam delatus: Opportuno tempore paulo ante die septima Aprilis ibidem Comnenus Palæologus decesserat, qui ex postremis Orientis Imperatoribus ortum trahens, de successionis jure in Ottomanicum Imperium contendebat, ac propterea suæ securitati consulens per plures annos

annos Viennæ Cæsareis sumptibus alebatur. Hoc igitur fatis functo, locus Viennæ aperiebatur Albanensi Patriarchæ, qui a quatuor Austriacæ gentis Præsulibus, ac tribus Nobilibus ad Caroli VI. alloquium introducebatur, cui etiam pientissimus Imperator annuam pensionem benigne pollicitus est, donec sedatis belli tumultibus de tuto in suam Diœcesin reditu satis prospectum fuisset. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XXIV.

Josephus Princeps de Ragoczy a Papa anathemate perculsus.

Belli minus prospere contra Turcas gesti caussa & culpa a non paucis rejiciebatur in Friderici Henrici Comitis de Seckendorff Cæsarei Belliducis sectam Austriacæ felicitati invidiosam, ab aliis vero in turpem ejus quæstum; quocirca Viennæ tertia Novembris die a duodecim militibus & tribus Officialibus custoditus hæsit, eique per Sallernium & Ruffsteinium Comites omnia ejus scrinia Imperiali sigillo obserata fuere: Mense autem Decembri cognoscendæ huic caussæ datum est initium, deputatis ad id Comitibus Harrachio, Wurmbrandio & Corduba Cæsareis Belliducibus & Kesslero, Arn-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

bergio ac Felzero Bellici Senatus Consiliariis, quibus a secretis erat Zeppenburgius: Ferunt quidem, Seckendorffium allata accusationum capita diluisse, certum tamen est, illum a Viennensi custodia in Græcensem arcem abductum fuisse, ut a populi impotenti ira in eum exardescentis violentia tempestive eriperetur. Nec parum quoque ad improsperum hujus Bel succesſum contulere perfida Josephi Ragotsii Principis molimina: Natus hi erat ex perillustri quidem, infaustissim tamen stirpe; jam enim ejus Abavu Georgius I. Transylvaniæ Princep Anno 1620. rebellibus Bohemis & An no 1632. Sacris Imperii hostibus arm sua contra Cæsarem conjunxerat ejusque Filius Georgius II. Turcarum Suecorumque ope Hungariæ libertate a Cæsare oppressam causſatus, hoc Re gnum invasit, ac tandem ab ipsis Tur cis magna clade multisque vulneribus affectus Varadini die decima octav Maij Anno 1660. miserrimus quidem Catholicus tamen obiit, relicto Filio Francisco Ragotsio, qui paternæ rebel lionis hæres Hungariam misere deva stavit, & iteratæ seditioni contra Cæ sarem irretitus, intercedente ejus Matr apud Imperatoris aulam bene merita veniam obtinuit, & nonnisi triginta septem

septem annos natus Anno 1681. decessit. Filium reliquit quinquennem Franciscum Leopoldum Ragotsium, qui ab Emerico Teckellio Comite, cui Franciſci Mater nupserat, educatus jam a teneris rebellionis venenum hauserat: Anno tamen Christi millesimo sexcentesimo octogesimo octavo unacum Matre sua captus Viennam abducebatur, ubi ab Imperatore Leopoldo, qui ejus quoque Tutor esse dignatus est, perbenigne exceptus, suadentibus Collonitsio Cardinale & Comite Czakyo Neohusium Bohemiæ Urbem literis erudiendus mittebatur; emenso autem studiorum cursu octodecim annorum juvenis Carolinam Amaliam Hasso-Rhenofelsensem sibi connubio junxit, demum Majorum suorum vestigiis insistens, anno Domini millesimo septingentesimo adversus Cæsarem cum aliis Hungariæ Proceribus conspiravit, ab ipso tamen Amico suo Longevallio Pro-Centurione proditus, ac proprio chirographo convictus Neostadiensem in arcem captivus deducebatur; inde vero, corrupto custodiæ Præfecto, fuga elapsus in Poloniam contendit, ubi cum Berenzenio Comite rebellionis socio nova perdendæ patriæ consilia excoxit, ac biennio post in Hungariam cum suis effusus post iteratas clades in Poloniam

Sæc XVIII. A. C. 1738

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

rursus aufugere coactus est, tandem vero vi pacis Passarovicensis in Turcia subsistere permissus, exul in Ponto Euxino miseram vitam egit, donec sexaginta novem annos natus, anno hujus sæculi trigesimo quinto, semper in fide Catholica constans, propria tamen culpa semper infelix mundi theatrum reliquit. Porro Josephus ejus Filius natu major percepto Patris obitu Neapoli in Gallias ad Conjugem suam Bethuniam profugit; anno autem hujus sæculi trigesimo sexto a Bassa Osmanno seu Bonnevallio infami illo Apostata, ex Gallia Constantinopolin pergere rogabatur, facta spe, quod Imperatore Turcicis armis presso ipse Sultani suppetiis auctus, Transylvaniam facili negotio recuperare posset, dummodo Religioni Catholicæ nuntium mittere, & Ottomanicæ superstitioni nomen dare vellet: Detestabatur quidem juvenis Princeps apostasiam, ambabus tamen ulnis excepit oblatam recuperandi Principatus occasionem. Igitur anno sequenti Sultanum inter & Ragotsium solemne erigitur pactum, vi cujus hic Transylvaniæ Princeps & Hungariæ Dux declaratus erat. Tam ampla spe ebrius, ac die duodecima Septembris cum ingenti pompa Constantinopolin ingressus, Widinum contendit, ubi editis literis suam

agendi

agendi rationem vindicare, omnesque Christianos Principes ad Hungariam a Cæsaris jugo liberandam sollicitare præsumpsit; cum vero horum nullus Orator (excepto Kalkoeno Hollandiæ Legato) Ragotsii literas ad Principes datas acceptare vellet, Hungaros & Transylvanos publico diplomate die vigesima octava Januarii hujus anni ad suas partes & defectionem pertrahere nitebatur; aucto demum suorum numero in Transylvaniam unacum copioso Turcarum agmine irrupit, sed iterato repulsus, & in prælio graviter vulneratus, Widinum usque retrocedere compulsus est. Paulopost a quibusdam Transylvaniæ Proceribus conflatæ seditionis sociis revocatus, suasque vires parato rebellium agmini jungens, per Hazagenses Alpium fauces in Principatum penetrare moliebatur: attamen tempestive detecta conjuratione per Cæsareum edictum propter læsæ Majestatis ac perduellionis crimen tanquam publicæ pacis perturbator & patriæ hostis ad mortis supplicium die vigesima nona Aprilis damnatus est, adeo, ut a quovis impune capi aut trucidari posset, eique, qui vivum decem, qui mortuum sex millium florenorum pretium esset constitutum. His tamen minime territus Ragotsius, Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVII A. C. 1738

Widini Turcico præsidio tutus, vicissim publico proclamate decem aureorum millium mercedem illi promisit, qui ei Lotharingiæ aut Etruriæ Ducis Caput abscissum offerret, nec his contentus, Turcas incitavit, ut Semendriam inopino impetu interciperent, trucidatis omnibus præsidiariis: Ipse vero cum exercitu viginti millium Orsovam obsidere cæpit, Turcis autem Corneæ cæsis, pedem referre coactus ad supremum Vesirium confugit.

Tot ausibus Christiano Principe adeo indignis vehementer irritatus Pontifex, urgente Carolo VI. Imperatore die quinta Septembris Ragotsium piorum communione ejectum palam declaravit, promulgata hanc in rem sequenti Constitutione.

Clemens Episcopus, Servus Servorum, ad perpetuam rei memoriam.

„Romanus Pontifex ab Alto in spe„cula militantis Ecclesiæ super gentes „& Regna constitutus, ut Vicarius „Christi in terris Dominicum gregem „sibi in Persona D. Petri commissum „pascat, custodiat ac tueatur, jure „merito ad fidelium ædificationem & „infi-

„infidelium extirpationem cunctas Apo- Sæc. XVIII.
„ſtolicæ poteſtatis vires impendere A. C. 1738.
„debet, & contra Turcarum perfidiam
„gladium juſtæ ultionis ſtringere, &
„ſupremæ poteſtatis ſibi a Deo traditæ
„ſeveritatem exercere tenetur.

„Cum autem non ſine magno animi
„mærore tam ex relationibus fide di-
„gnis, quam ex publica fama percepe-
„rimus, & ex noſtra voluntate, ac
„mandato poſt factam inquiſitionem per
„dilectum Filium noſtrum Proſperum
„Columnam generalem Apoſtolicæ Ca-
„meræ Auditorem ad evidentiam ma-
„nifeſtum ſit, quod gravi ac periculoſo
„bello inter dilectiſſimum Filium no-
„ſtrum Carolum, Romanorum Impe-
„ratorem Electum, Catholicum Hiſpa-
„niæ Regem & Turcas Crucis Chriſti
„inimicos exorto, Joſephus Ragotſius
„defuncti Franciſci Filius, in reprobum
„ſenſum datus contra Chriſtianam Re-
„ligionem & præfatum Regem Caro-
„lum, electum Imperatorem pernicioſa
„conſilia cuderit, & Tranſylvaniæ Prin-
„cipatum atque Hungariæ Regnum in-
„vaſurus, variis ac iniquis promiſſis &
„conditionibus ſollicitatus, cum Tur-
„cico Tyranno impium fœdus inierit,
„& ſpeciatim cum eo convenerit, ut ſi
„præfatum Regnum, Provincias, &
„Regiones armis ſuis, aliorumque ſup-

Sæc. XVIII A. C. 1738

„peditatis auxiliis occupaverit, illas „arces & loca unacum eorum territoriis „& appertinentiis vi parta & occupata, „quæ Ottomanico Regno vicina sunt, „Tyrannicæ potestati & Imperio afferta „remaneant. Insuper pollicitus est „idem Josephus, quod tam ipse, quam „ejus Successores in perpetuum Tur„cico Tyranno conjuncti, ac eidem sub„jecti, omniumque suorum hostium ho„stes futuri sint, & quotiescunque vel „in bello, vel alia quacunque de causa „& occasione id necessarium visum fue„rit, proprio ære in præfato Transyl„vaniæ Principatu & Hungariæ Regno „milites conscribere, & ad juvandos „perfidos Christiani nominis hostes at„que ad exequenda perversa eorum „molimina non modo validum exerci„tum instruere, sed & octoginta Tur„carum millia, durante bello & exi„gente necessitate in præfato Regno & „Provinciis alere & retinere vellent. „Alia insuper impia, injusta & Chri„stiano Nomini injuriosa, necnon ani„marum saluti & Christianis Principibus „ac ditionibus noxia iniit fœdera, pacta „& promissa. Cum ergo hæc & plura „alia omnibus Nationibus sint manifesta „ac notoria, ac plurium testimoniis „ita firmata, ut nullo pacto negari, „excusari, aut confutari queant, hinc „Nos

„Nos, quibus ex commiſſo ſupremi Sæc. XVIII.
„Apoſtolatus officio competit anima- A. C. 1738.
„rum ſaluti & Chriſtianorum Regno-
„rum indemnitati proſpicere, cum ejus-
„modi impia & abominanda facinora
„& ſcelera non ſine maxima fidelium
„offenſione patrata, impunita permit-
„tere non poſſimus, aliunde vero in
„Chriſtianorum armis contra juratum
„communemque hoſtem, promoven-
„dis, necnon in fovendis piis præfati
„Caroli Regis conſiliis pro Religionis
„Catholicæ incremento ſuſceptis no-
„ſtrum Sedisque Apoſtolicæ beneplaci-
„tum, opemque omni quo poſſumus
„modo, auxiliante Deo præſtare intenti
„ſimus, hinc habita ſuper his cum Ve-
„nerabilibus Fratribus noſtris S. Ro-
„manæ Eccleſiæ Cardinalibus prævia
„deliberatione matura, de ipſorum Fra-
„trum conſilio, quamvis jam dudum
„contra eos, qui talia agunt, per Ge-
„neralium Conciliorum decreta & Apo-
„ſtoliças tam noſtrorum Prædeceſſorum
„Conſtitutiones, quam per noſtras, præ-
„ſertim per Bullam *in Cœna Domini*
„quotannis promulgari ſolitam ſat ſu-
„perque proviſum ſit, nihilominus ite-
„rum nomine Dei Patris omnipotentis,
„Filii, & Spiritus ſancti, necnon au-
„ctoritate SS. Apoſtolorum Petri &
„Pauli & noſtra Joſephum Ragotſium

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„defuncti Franciſci Filium, ceterosque
„omnes ejus complices, adhærentes,
„fautores, conſiliarios & ſequaces, cu-
„juscunque ſtatus, gradus aut digni-
„tatis ſint, qui nefandis ejusmodi acti-
„bus opem, conſilium, vel auxilium
„dederunt, vel daturi ſint, excommu-
„nicamus, anathematiſamus, & dam-
„namus: omnibus quoque Chriſti Fi-
„delibus ſub pœna excommunicationis
„aliisque in *Cœna Domini*, vel aliis pœ-
„nis & ſententiis per alias Conſtitutio-
„nes Apoſtolicas latis inhibemus &
„prohibemus, ne cum ipſo, aut cum
„ejus complicibus aut ſociis ullum ne-
„gotium, commercium, familiaritatem,
„conſortium &c. habeant, ſed ſicut in-
„fidelibus, ita nec ipſis quoque arma
„equos, ligna, annonam & bellica in-
„ſtrumenta deferant, aut transmitti cu-
„rent, nec vel ab ipſis transmiſſa reci-
„piant, nec illis, qui talia audent,
„opem, conſilium aut favorem palam
„vel ſecreto, directe vel indirecte ſub
„quocunque prætextu per ſe vel per a-
„lium aut alios, quomodolibet præ-
„ſtent, ſed potius illos tanquam ex-
„communicatos, anathematiſatos, ab-
„ſciſſos, damnatos & publicos fidei
„hoſtes omnino abominentur: Hic enim
„Filius perditionis cum ſuis ſociis &
„ſequacibus partem habeat cum impiis
„ſibi

„ſibi fœdere junctis: & qui eorum per-
„niciem per ſcelerata conſilia promovit,
„ſegregatus ſit a Chriſtianorum con-
„ſortio: quique in eorum ruinam con-
„ſenſit ac conjuravit, in perpetuum ab
„Eccleſia Dei excluſus & ſegregatus
„maneat. Eapropter Venerabilibus
„noſtris Fratribus, Patriarchis, Archi-
„epiſcopis, Epiſcopis, ſicut & dilectis
„noſtris Filiis Abbatibus, Prioribus,
„Præpoſitis, Decanis, Archi-Diaconis,
„Archi-Presbyteris, Plebanis, Recto-
„ribus, aliisque Prælatis Eccleſiarum
„& Monaſteriorum, eorumque Vica-
„riis, necnon Capitulis & Conventibus,
„Eccleſiis & Monaſteriis, ceterisque
„Eccleſiaſticis, Sæcularibus & Regu-
„laribus omnem & ſingulorum Ordi-
„num præſertim in Hungariæ Regno
„& Tranſylvaniæ Principatu aliisque
„vicinis ac finitimis Regnis, Provin-
„ciis, regionibus & locis in virtute
„S. Obedientiæ præcipimus & manda-
„mus, ut ipſi & quivis eorum in par-
„ticulari, ſi per præſentes deſuper re-
„quiſiti fuerint, præfatum Joſephum,
„omnesque ſuos complices, fautores
„& ſequaces, obſervatis ſolitis cære-
„moniis & Eccleſiæ ritibus tanquam
„excommunicatum ſæpius denuntient,
„& ab aliis denuntiari faciant, ut hi
„ab omnibus vitentur & abhorreantur,
„do-

Sæc. XVIII. A. C. 1738

„donec præfatus Ragotſius, ejusque „ſocii ac ſequaces reſipuerint, & ab „impiorum conſortio & ſocietatem re„ceſſerint, & ſeriam de patratis pœni„tentiam egerint, ac demum a Nobis „ſolis (excepto articulo mortis) vel ab „aliis, quos ſpecialiter deputaverimus „impertiendæ abſolutionis gratia di„gnos ſeſe reddiderint &c. Hoc diploma eadem die in conſuetis Romanæ Urbis locis publice affixum Princeps Ragotſius eo ipſo tempore recepit, quo unacum ſupremo Vezirio e caſtris redux, Conſtantinopolin pergere parabat, ibidemque cum Gallico apud Aulam Turcicam Legato Marchione Villanovano, ſupremo Vezirio & Baſſa Osmanno ſeu Comite Bonnevalio de duris futuræ pacis conditionibus Cæſari præſcribendis conſultabat. At hoc ipſo anno nondum evoluto vaſtiſſimis ſuis ſpebus ac conſiliis immortuus Charnawodæ periit, anno ætatis ſuæ trigeſimo octavo die decima ſeptima Novembris. Princeps erat, ſi ab hæreditaria rebellionis labe immunis fuiſſet, ob animi fortitudinem, bellicæ rei experientiam rarasque naturæ dotes Principatu ſupremo digniſſimus, propria tamen culpa, & inconſulto in Cæſarem odio ad vile Turcarum mancipium redactus. Ita nempe apes leviter irritatæ,

dum

dum innocuis temere aculeum infigunt, hoc ipso sese mellificio prorsus ineptas reddunt, ac demum pereunt. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XXV.

Diversæ Clementis XII. summi Pontificis Constitutiones.

Præter hanc Constitutionem adversus Ragotsium editam summus Pontifex hoc item anno varia alia promulgari jussit decreta, & quidem die decima quarta Martii Congregationi & Collegio S. Familiæ Christi extra muros Civitatis Neapolitanæ erecto, eorumque Ecclesiæ, & Alumnis ad preces Matthæi Ripæ fundatoris indulsit, ut privilegia, gratias, indulgentias atque exemptiones cum Congregationibus Oratorii S. Philippi Nerii & Piorum Operariorum communes habere possent: Nec his contentus Pontifex, eidem quoque Collegio concessit eadem privilegia, quæ olim Urbanus VIII. Papa Alumnis & Convictoribus Propagandæ fidei indulserat. Ut autem Clemens in suis Statibus luxum temperaret, simulque suæ ditionis Mercatoribus consuleret, die decima quinta Martii statuit, ut deinceps pro sericis mercibus, quæ ex alienis ditionibus intra Statum Ecclesiasticum invehuntur,

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

tur, vectigal decem scutorum pro quolibet centenario imponatur:

Quamvis Pontifex ejusque Prædecessor Clemens XI. jamjam singularibus favoribus Ulyssiponensem Ecclesiam Patriarchalem auxisset, nihilominus tamen hoc quoque anno ejusdem Ecclesiæ Dignitatibus & Canonicis tunc viventibus die vigesima secunda dicti Mensis concessit, ut quotidie etiam una hora ante auroram, & post meridiem Missam in privatis suarum Domorum Oratoriis in sui ac Familiæ præsentia celebrare vel celebrari facere queant.

Concessit insuper Pontifex, ut iisdem Canonicis quarta pars proventuum ex omnibus Ecclesiasticis Beneficiis attribueretur, simulque omnibus iis, qui occasione controversiæ, quæ dudum inter Pontificiam & Lusitanam Aulam fervebat, vel ore vel calamo adversus Papam insurrexerant, veniam & absolutionis gratiam per speciale Breve indulsit, vicissim vero Joannes V. Lusitaniæ Rex consensit, ut omnes Cathedralis Ecclesiæ Canonici literas concessionis, horumque Canonicatuum confirmationem a Romana Curia petere & obtinere tenerentur.

§. XXVI.

Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

§. XXVI.

Variæ rituum &c. immutationes in Eccleſiis Acatholicorum.

Enimvero inſani ſunt, qui novitatis ſtudio vetuſtatem contemnunt, irrident, damnant, non minus tamen repenſione digni, quibus nil niſi vetuſtum ſapit: Id quidem in adiaphoris & parergis verum eſt, in rebus tamen fidei omnis novitas ſuſpecta non modo, ſed & damnanda; Religio quippe Catholica veritatis ſuæ teſtimonium habet a vetuſtate ad Chriſti Domini & Apoſtolorum ætatem revocata & ad nos usque immutabili & interrupta ſerie traducta: Plura tamen dantur mere ad Eccleſiæ diſciplinam ritusque ſpectantia, quæ non quidem novitatis ſtudium, ſed pro temporum, patriæ, morum rerumque viciſſitudine ac diverſitate aut utilitas major, vel neceſſitas, aut œconomica Eccleſiæ ratio immutari poſtulat (*). Hoc probe obſervato diſſilit frequens Novatorum machina, qua ſciſſam Catholicæ fidei unitatem ex conſuetudinum diverſitate, ac mutatio-

(*) *Regula fidei una omnino eſt, ſola immobilis & irreformabilis. Cetera jam diſciplinæ, & converſationis admittunt novitatem.* Tertull. lib. de vel. Virg.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

tatione inferre moliuntur: eodem autem hoc gladio, quo Acatholici Catholicos ferire machinantur, incautius ſibimetipſis jugulum petunt; Catholici enim fidei ſuæ Canonem per omne tempus ſervaverunt inconcuſſum, ac immutabilem, cuſtodit quoque unaquæque particularis Eccleſia ritus ſuos, ſed a Majoribus, necnon diuturno uſu receptos & legitima auctoritate approbatos, reſervata ſemper Eccleſiæ univerſali eos, interveniente juſta cauſſa immutandi poteſtate: Hanc ipſimet Acatholici (ut mox referam) ſuis Eccleſiis attribuunt, ſi ergo ex ea fidei ſuæ varietatem inferunt, ſuam ipſimet Religionem evertunt. Eos autem ſuos ritus ſæpe immutaſſe, multa probant exempla, quorum unum hoc anno in eorum Eccleſiis occurrens huc adduco: Præprimis enim, poſtquam Coloniæ trans Spreham Templum S. Petri inaugurabatur, Fridericus Guilielmus Boruſſiæ Rex edicto inhibuit, ne ibi vel luminarium, vel ſuperpelliceorum aut cantionum, vel confeſſionalium uſus inveheretur: veterem morem quidem objectabat Reinbeckius Præpoſitus, parere tamen juſſus, ægre impetravit, ut confeſſionalia permitterentur: mox autem alio edicto ſancitum, ne intra hebdomadam ulla Communio, mi-

minus vero unquam privata fiat, ac insuper die sexta Novembris Anno 1736. præceptum, ut Ecclesiæ preces non amplius *decantentur*, sed & consecratio Cœnæ Dominicæ, & Benedictiones, quæ Berolini in Regiis Palatiis in usu fuerant, abolerentur, proin hi ritus deinceps tantummodo prælegerentur, superpellicea autem, casulæ, aliæque vestes ad Missæ sacrificium adhibitæ in omnibus locis, ubi eorum usus adhuc viguit, eliminarentur, placate tamen, ac sine strepitu, imo si rudes quidam inde offenderentur, hi vel a Præconibus privatim, vel si opus, pro concione instruantur. Hoc erat Regis mandatum, Regiomontani tamen Pomerani, Magdeburgenses, Hallenses Præcones, & Halberstadiani aliique suas quisque rationes contra decretam hanc immutationem opponebant, inter alias vero causas provocabant ad decimum quintum Augustanæ Confessionis articulum, ad pacis instrumentum, ad Ecclesiæ sanctiones a Regis Majoribus confirmatas, ad ritus & cantiones Catholicis permissas, ad Cæremonias in Judæorum Synagogis toleratas &c. Enimvero Hallensis Magistratus Ecclesiæ vestes abrogavit, cantandi usus tamen, ut antea, observatus: quocirca Rex die prima Januarii Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

& vigesima prima Martii hujus anni novo edicto declaravit, ejus mandatum integre esse servandum, eoquod Ecclesiæ preces, si præleguntur, melius intelligerentur, quam cantatæ, aliunde vero *in essentialibus Religionis* nec minimum fuisset immutatum, sed duntaxat *supervacanea* (*). Iterato huic mandato obtemperabant potissimi, alii vero nonnisi post interminatam pœnam amotionis a ministerio parebant, non pauci tamen suam conscientiam læsi opponebant, quapropter Rex die decima octava Januarii Crosnæ & in aliis finitimis Ecclesiis superpellicea &c. aliquamdiu retineri permisit, Prædicantibus tamen serio injunxit, ut sensim suorum Auditorum animos ab his ritibus alienare satagerent.

Die autem vigesima sexta Septembris idem Rex Berolini edictum promulgari jussit, quo significavit, se non sine mœrore percepisse, in administratione cœnæ præsertim apud privatas Communiones, plures corruptelas invaluisse ex eo, quod Patresfamilias vinum pro cæna ipsimet offerri curent, illudque non Prædicantes, sed ædituus in-

(*) Talia sunt, si sine mysticis suis significationibus, sine respectu ad Mysteriorum sanctitatem & præcisa traditione Apostolico-Ecclesiastica considerentur.

infundat; id igitur deinceps fieri prohibuit Rex, juſſitque, ut in privatis communionibus infirmus, ſi facultates habet, vinum ſolvat, ſi pauper, ex Eccleſiæ proventibus ſolvatur, & ipſe Prædicans vinum calici infundat. ſecus ſi inde damnum oriatur, Prædicans capitali etiam pœna plectatur. Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Eadem die Rex alio edicto retulit, plures Prædicantes ſæpius e publica cathedra contra Hypocritas, falſos ac pernicioſos Doctores & ſeductores tam incircumſpectis convitiis detonuiſſe, ut gregem ſuum monere videantur, quatenus ſibi a perverſis doctrinis Magiſtrorum in Univerſitatibus, necnon ab erroribus Prædicantium Theologorum caverent; „quamvis autem, proſequi„tur Rex, legitime vocato Prædicanti „nec puniendi officium, nec ſuum gre„gem a graſſanti hypocriſis malo præ„muniendi facultatem interdicamus, „adeo, incaute tamen falſos Doctores „objurgare, ut publici & a nobis con„ſtituti Magiſtri digitis demonſtrari vi„deantur, omnino noxium vel ſaltem „inutile eſſe cenſemus; hac enim ra„tione in nullum in particulari inquiri, „nec malo obviari poteſt, & nihilomi„nus probi Doctores in erroris ſuſpicio„nem trahuntur; rudisque populus, „deſuper judicandi incapax, velut in

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Judicem conſtituitur, & ad peccan„dum inducitur; præterea, inter ipſos „etiam Prædicantes æque ac inter ce„teros non pauci dantur, qui partim „ob inſcitiam, partim ob prædominan„tes affectus de ſana vel erronea doctri„na ſolidum judicium ferendo impares „ſunt, proin eorum deciſioni relinqui „nequit, quis erroneam, aut quis ſa„nam doctrinam tradiderit: inſuper ſi „errantes Doctores tacito eorum no„mine, in publicis concionibus objur„gantur, facile Auditores de illis, de „quibus ne ipſe quidem Concionator „cogitavit aut qui omnino abſentes „ſunt, odioſas ſuſpiciones concipere poſ„ſent, proin ejusmodi concionibus ac „vituperiis adeo non emendantur, ut „potius magis exacerbentur, aut ſaltem „non ſine noxa & offenſione, affligan„tur, præcipue ſi ea, quæ Concionator „protulit (uti plerumque fit) per alios „exaggerata alteri deferantur: Porro „ex incauta hac præmonitione contra „hypocritas facta, ſi in probos Doctores „quædam ſuſpicio cadere poteſt, nul„lus alius ſequitur fructus, niſi con„temptus, vilipenſio, aut ſaltem ne„glectus veræ pietatis &c. Eapropter „Rex decrevit, ut quicunque vel Ma„giſtrum vel Concionatorem in Acade„miis vel Cathedris vel alibi jure re„pre-

„prehendendos noverit, tales semel vel „iterum fraterne ac privatim moneat, „si vero hi non resipiscunt, tunc in eos „nequidem ex veritatis Zelo aut alio „sub prætextu invehat, nec eos aliis „suspectos reddat, minus vero illorum „Judicem agat, sed rem eorum Supe„rioribus denuntiet, qui eum desuper „conveniant, & tunc primum causſa „ad Regis Curiam & Consistoria dese„ratur, quorum erit deprehenso errore „remedium opponere, & eos, qui alios „temere accusarunt, punire, sicque „hæreticis, & hæretificis frænum in„jiciatur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„Qui ergo quempiam vel ad docen„dum vel Concionandum rite vocatum „vel ex suggestu aut ex Cathedra, non„dum tamen præscripto modo de errore „convictum, vel nominatim vel alio „modo suspectum reddiderit, vel accu„saverit, juramenti religione adigatur, „ut manifestet, an quempiam in par„ticulari taxarit, & quisnam ille sit, „& tunc utpote Regii edicti transgres„sor, & illegitimus proximi Delator „prima vice centum thaleris ad pios „usus, secunda vice remotione ab offi„cio plectatur.„

„His & gravioribus etiam pœnis „coerceantur illi Professores, qui pro„fanas ac politicas causſas, vel refle-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„xiones in has vel illas mutationes vel „diſpoſitiones a Rege factas proferre, „aut contra Regis ſtatuta circa Eccle„ſias, Scholas vel Academias, vel Per„ſonas a Rege conſtitutas directe vel „indirecte declamare &c. præſumpſe„rint; ita Rex in ſuo decreto.„

Præterea Lutherani Prædicantes variis in locis hoc anno ſuos Conventus Paſtorales, quos *Synodos* appellitant, celebrabant: & quidem ad diem vigeſimam quintam Mühlhuſii ejusmodi Conventum indixere, ac præ ceteris Chriſtianus Guilielmus Vollandus Præco & Conſiſtorii Conſiliarius ea, quæ in hoc conventu eſſent diſcutienda, in quæſtiones redegit, edito hoc programmate: *Spicilegium quæſtionum XXI. hymnodicarum, recentioribus Polachymnomachis oppoſitarum, atque in anniverſaria R. Miniſterii Mühlhuſani Synodo, fortunante Deo, Anno* 1737. *ad diem VIII. Cal. Sextil. publice proponendarum ac dijudicandarum* &c. Ad hunc Conventum etiam invitabantur Leſſerus & Tabellius Prædicantes, Nordhuſani cantionum libri præpotentes Patroni, qui tamen comparere neglexerunt. Obſervandum enim, acerbam litem inter Prædicantes anno hujus ſæculi trigeſimo quinto exortam eſſe, occaſione recens editi Cantilenarum libri,

libri, in quo expunctis veteribus, plerumque nova cantica numero sexcenta quinque collecta Nordhusii publicis typis excusa fuere. Adversus hunc partum acerrime inter Prædicantes calamis certatum est, aliis propugnantibus, in novis hisce canticis fanatismum prædominari, Canonicas cantiones v.g. Davidis Psalmos, cantica Zachariæ, B. V. Mariæ, Simeonis, & Cantica a Cantoribus Canonicis in primitiva Ecclesia intonata v.g. Hymnum *Te Deum* &c. cantica SS. Ambrosii, Hilarii, & Claudiani Mamerti aliorumque & præcipue Lutheri omissa fuisse; quapropter altum inclamabant Præcones, veteribus his canticis temere expunctis Lutheranæ doctrinæ puritatem concuti, novæque doctrinæ fundamenta poni, vetera cantica esse velut libros symbolicos, in his canticis credendi libertatem instillari, id inde patere, quia aliquis nondum absolutione a Prædicante recepta Cænam sibi administrari petierit, caussatus, quod coram Deo jam justificatus esset, & alius Nordhusianus Diaconus e suggestu opiniones Chiliastarum defenderit, necnon Nosocomii Curator impias doctrinas contra Prædicantium ordinationes, Lutheranam purificationem in sanguine Christi, necnon alios errores de SS. Triade, S. Scriptura &c. effutierit. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Insuper Pietismi paradoxa innovari &c. His etiam suffragabatur Lipsiensis Universitatis Facultas Theologica. E contrario autem Nordhusani libri Fautores opponebant, fanaticas phrases, quæ in Nordhusanis canticis reprehenduntur, etiam in Lutheri cantionibus reperiri, has utpote insipidas, & puriori poesi dissonas ferme ubique jam fuisse expunctas, cantica esse mere res adiaphoras, proin eas mutationibus subjectas, nec ostendi posse, quinam ex omnibus Canticorum libris sit universalis & Canonicus, aut qua Imperii lege certus ejusmodi liber præscriptus sit? talia etiam Cantica nec ad integritatem, nec ad Constitutionem Lutheranæ Religionis pertinere.

Ut ergo propudiosa hæc altercatio tandem componeretur, præfatus Volandus sequentes quæstiones ad Nordhusanos transmisit.

I. „An & cur personati Joannis Angeli, Silesii, sive Joannis Schefleri, „Wratislaviensis Evangelicæ religionis „desertoris, Cantica ex libellis Eccle„siarum nostrarum *Cantionalibus ejici*, ac „proscribi mereantur?„

II. „Quid respondendum sit illis, „qui Jo. Angeli, & similium Cantiones, „formulis ac sententiis, impurorum „My-

„Mysticorum propriis, refertas devo- Sæc. XVIII.
„tioni multum inservire, caussantur? A. C. 1738.

„Quæ caussa sit, quamobrem Can-
„tiones, ex lutulentis Mysticorum ri-
„vulis derivatæ, Hymnis, ex limpi-
„dissimis Israelis fontibus profluenti-
,bus, a Fanaticis fere præferantur?„

IV. „Utrum conditores novorum
„Cantionalium, nomina Hymnopoeo-
„rum de industria delentes ὕπουλον τι,
„ac subdoli quid foveant, & adversus
„Ecclesiam Evangelicam machinentur?

V. „An Novatoribus, notas Ec-
„clesiæ Cantilenas e medio tollentibus,
„sese opponentes, & pro Hymnis Ve-
„terum, inprimisque Lutheri, scriptis
„propugnantes, odioso, ac barbaro ri-
„xatorum, ad arma præpostere concla-
„mantium atque Hæretificorum Lärmen-
„blaser und Ketzermacher, convitio tra-
„duci, & infamari mereantur?„

VI. „Annon potius hostes veterum
„Hymnorum, puriorem doctrinam, in
„ipsis expressam, servantium ac pro-
„pagantium, si non Hæretificorum &
„Fanaticorum, Indifferentistarum ta-
„men numero, suo quodam merito,
„adscribi posse, videantur? „

VII. „Numnam viris, publicis mu-
„neribus nondum præfectis, nec in
„orbe, qui literis cultior est, auctori-
„tate valentibus, vitio vertendum,

Sæc. XVIII. A. C. 1728

„quod controverſiis Hymnariis ſe im-
„miſceant, atque inter veterum Hym-
„norum aſſertores, ac vindices, nomi-
„na ſua profiteantur?„

VIII. „Utrum abrogatio veterum,
„& in Canonem Eccleſiaſticum, & in-
„ſtar Normæ Fidei Profeſſionis, priden
„receptarum, cantilenarum, nova-
„rumque in illarum locum ſubrogatio
„pro lubitu, & ex ſolo, ſumma in Re-
„publica auctoritate præditorum, ar-
„bitrio facta, indifferenter; an vero
„graviter Theologo, ſincera fide agenti,
„ferenda ſit?„

IX. „An Magiſtratus Policiti con-
„ſenſus, & approbatio, in fabricando,
„& introducendo novo Hymnario, ac
„repudiando priori, *ſub & obreptitie*,
„ut dictione fori utamur, impetrata,
„firma & ſtabilis ſit, illiusque ad glo-
„riam valeat?„

X. „Anne expulſio, & proſcriptio
„Hymnorum, quorum cantu, tempore
„Pacis Religioſæ, publicus proteſtan-
„tium cultus magna ex parte nitebatur,
„libertati Religionis noſtræ inſidietur
„& adverſetur?„

XI. „Utrum Cantiones Lutheri, &
„æqualium, in publicum Eccleſiæ
„uſum, ab auſpicato Reformationis
„Sacrorum tempore, magno conſenſu
„introductæ, & maturo conſilio re-
„ceptæ,

„ceptæ, Adiaphororum naturam reti- Sæc. XVIII.
„nere, dicendæ sint? „ A. C. 1738.

XII. An Ecclesia *Particularis*, repu-
„diatis Cautionibus, universæ Eccle-
„siæ Lutheranæ familiaribus, ipso facto
„ab ea se quodammodo separans, in-
„gruente vexationum tempestate, opem,
„atque auxilium Principum, aut Re-
„gum, Lutheranis Sacris addictorum,
„sibi magnopere polliceri queat? „

XIII. „Numnam politici ordinis
„viro, in carminibus sacris quidlibet
„audendi potestatem sibi arroganti,
„repugnans, eundemque a falce in
„Theologorum messem immittenda,
„dehortans, & ut sua curet, amice
„monens, a divinioris codicis usu non
„perfunctorio illum arcere studeat? „

XIV. „Utrum Cantilenas *Laicorum*
„Biblia esse, pronuncians, sacræ Scri-
„pturæ lectionem illis dissuadere, cen-
„sendus sit?„

XV. „An, & quo sensu, simplicio-
„ribus compluribus, & ætate provectis,
„Carmina sacra, sive Ecclesiastica,
„plus prosint, quam ipsa sanctissima
„Biblia?„

XVI. Utrum notissimum Cantionale,
„ante biennium in vicinia in lucem e-
„missum, cum sanctioribus literis, ut
„titulus præfert, conspiret, atque ex-
„actum cum illis, ac Libris Ecclesiæ

„no-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„noſtræ *Symbolicis*, conſenſum ubique „tueatur; nec ne?„

XVII. „Quid conſilii dandum iis, „qui novarum, & merito ſuſpectarum „Cantilenarum faſtidioſiſſimi ſunt, eas„demque ſibi invitis, & renuentibus „oblatas, ac violenter impoſitas eſſe „dolentius conqueruntur?„

XVIII. „Anne fletus ac gemitus, „ob exterminatas veteres, & obtruſas „novas Cantiones, magna copia facti, „auctoribus, qui illos provocarunt, „niſi reſipiſcant, aliquando graves, & „intolerabiles futuri ſint?„

XIX. „Quomodo Viri, non contem„nendis alioqui meritis conſpicui, in „mutatione, & abrogatione veterum „Cantionum Eccleſiaſticarum humani „quid paſſi, ac bona, quam vocant, „intentione, ut quibusdam videtur, „decepti, & exiſtimationi ſuæ conſulere, „& Eccleſiæ, imprudenter ac temere „afflictæ, ſatisfacere queant?„

XX. „Utrum in commendandis ſu„ſpectis, & malæ notæ cantilenis, non „mediocriter hallucinati, recantando „aliquid maculæ aut inhoneſtamenti „in ſeſe admittant?„

XXI. An retentis recentioribus, nec „ab errore immunibus Hymnis hisque „antiquioribus Lutheri, & ceterorum „nonnullis, appendicis loco ſubjunctis, „&

„& ex capite gratiæ reſtitutis, offen- Sæc. XVIII.
„diculum, vulgo *ſcandalum*, publice A. C. 1738.
„datum, emendetur, aut tollatur?„

Habebatur hæc diſputatio præſtituta die præſentibus Senatu & Prædicantibus, accedente approbatione Politicorum, & unanimi conſenſu Miniſterii. Nondum autem hæc controverſia erat ſinita, cum jamjam nova efferveſceret ob novum Cantionum librum Jenæ editum. Inſuper Planæ in Holſatia die ſeptima Auguſti, & die vigeſima tertia Octobris Neoſtadii, Baruthani Ducatus oppido ejusmodi Conventus fuere celebrati, in quorum poſtremo Joannes Chriſtianus Lerche Præco ſermonem habuit, de Laodicæismo, muneris ſacri peſte, hodie quidem communi, ſed ex Communitate Lutherana eliminanda.

§. XXVII.

Continuati motus contra Ritus in Boruſſia abrogatos.

Huic edicto, quo quosdam Eccleſiæ ritus Fridericus II. Boruſſiæ Rex e Lutheranis Eccleſiis eliminaverat, Prædicantium nonnulli ferrea frontis, calami orisque contumacia adhucdum ſeſe opponebant, cauſſantes, ſe ſine gravi conſcientiæ ſuæ macula decretæ abro-

Sæc. XVIII. A. C. 1738

abrogationi consentire haud posse: Rex igitur, ne teneræ horum conscientiæ vim inferre videretur, die decima sexta Augusti his significari jussit, quod ad reddendam conscientiæ quietem ipsos clementissime exauctoraturus sit: de cetero autem omnes Prædicantes edocere teneantur, an Regium edictum de abrogandis ritibus a Papatu profluentibus exacte observetur: Novo huic Regis mandato ipsimet Prædicantes subscribere jubebantur: Tum vero Prædicantes toti in fermento jacebant, indignantes, quod Rex hos ritus velut Papatus reliquias exploserit; igitur horum unus die vigesima octava Septembris ex Cathedra definivit, hos ritus non a Papatu (*) originem ducere sed jam in primæva Christi Ecclesia in usu fuisse, hos ritus non modo esse innoxios,

(*) Gratissimum fuisset, si hic Præco assignasset, quænam, & ubinam fuerit illa Christi Ecclesia, in qua ante Papatum usus cereorum, cantionum & vestium Clericalium invaluerit: certe in tota retro antiquitate non alia (nisi pro Christi Ecclesia habeant illam, quam ipsimet pro hæreticorum Ecclesia agnoscunt) reperitur Ecclesia, cui non vel D. Petrus vel ejus Successores Pontifices præfuerunt, quosque Christiani omnes pro Pontificibus habuerunt.

noxios, & a ſuperſtitione ac Papiſmo alienos, ſed etiam maximi momenti res eſſe, id a Magdeburgenſibus, Hallenſibus & Halberſtadianis Prædicantibus ſolidiſſime fuiſſe comprobatum, Saxonicos vero Præcones publico ſcripto declaraſſe, quod ſe a communione illorum, qui hos ritus rejiciunt, proin a libris ſymbolicis illos præcipientibus recedunt, ſegregaturi eſſent. Pariter alterius Urbis Præcones die vigeſima Septembris Regi exponebant, cantionum & luminarium uſum minime eſſe ſuperſtitioſum, ſed pium: illum igitur retinendi libertatem non eſſe adimendam; hanc enim Verbo Divino eſſe conſentaneam, a Prædicantibus doceri, credi, & in publicæ pacis inſtrumentis confirmari, fidelium mentes horum abrogatione turbari; cenſerent enim, vel Lutheri doctrinam, fidem & Religionem merum eſſe figmentum, vel ſi vera, immota conſtantia eſſe defendendam; in Regis quidem poteſtate eſſe, ob imputatam inobedientiam exauctorare Præcones, Deum tamen horum innocentiam & fidelitatem in Dei & Eccleſiæ cauſſa vindicaturum; ſe igitur confidere, quod Rex tot animabus, quæ omnibus Orbis regnis pretioſiores ſunt, intactam Religionis libertatem ſervaturus eſſet &c. Alii Præcones de-

Sæc XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

declarabant, se jamjam Superiorum jussu luminarium usum in Cæna abrogasse, non item cantilenas; non paucos enim statuisse, potius ad exteras Regiones, ubi hic usus adhucdum viget, transmigrare, quam Cænam sine cantu sumere. Alius autem Præco demonstrasse existimabat, luminaria ante Papatum in usu fuisse: Antiphonarum cantum jam in veteri & Novo Testamento, necnon in Triumphante Ecclesia maximi habitum fuisse: Nec deerat alius, qui Regi ad sedandas conscientiæ anxietates persuadere nitebatur, ut innoxios hos ritus non a Papismo oriri, argumentis ex Dei Verbo petitis demonstrari permitteret, & Calviniſtis præciperet, ut in sua Cæna verbis institutionis uterentur: E contrario alii Prædicantes Regi opponebant, quod si omnia, quæ a Papatu originem trahunt, peccaminosa forent, tunc plurima alia, v. g. campanæ pulsus &c. abolenda forent, nec omnia quæ ex Papatu habemus, mala sint, quia ex Papatu, sed attendendum, an ex se sint superstitiosa &c. Ridiculum quoque est, quod quidam Præco Regi declararit, quod ipsemet Sacerdotalem suam togam jam aliquot abhinc annis discinderit, & inde pallium sibi confici curarit: alii denique Prædi-

can-

cantes reſcripſerunt, confidere ſe, praxes ſuæ Eccleſiæ Proteſtantibus æque ac Romano-Catholicis in illis terris intactas relinqui: Præter hos Joannes Müllerus, Hallenſis Domus Caſtigatoriæ Præco præfixis Jeremiæ c. 20. v. 7. verbis *fortior me fuiſti & invaluiſti*, ſcriptum die nona Januarii edidit, in quo contra rituum abrogationem ita diſcurrebat, *quod ſine gravi Dei & proximi offenſa facere non poſſum, id evitare teneor, ſed* &c. ſe autem peccaturum in Deum probabat, eoquod ſi Regis voluntati cederet, id ex humano reſpectu & peccaminoſo hominum metu fieret, hoc autem fore idololatriam & abnegationem Dei ſuæque poteſtatis, quam ipſe ſolus haberet in hominum conſcientias, ſe vero eſſe adminiſtratorem Myſteriorum Chriſti ſeu doctrinæ Chriſtianæ, præcipuum autem illius articulum eſſe Chriſtianam libertatem, ſe inſuper perjurii reum fore, eoquod in libros ſymbolicos juraſſet. Dein ſe in proximum peccaturum ajebat hic Præco, 1. propter ſcandalum. 2. Eccleſiam Chriſti Sponſam accuſaret, perinde acſi per Papiſticas ſuperſtitiones eſſet maculata. 3. Quia Regem in ſua erronea opinione per ſuum aſſenſum firmaret, & Catholicis Religionis pacem infringendi anſam daret. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Attamen hi Prædicantes nullum alium ſuæ oppoſitionis fructum reportarunt, quam quod Rex hunc Müllerum, necnon Joannem Braun & Ottonem Vogt ſui officii gradu dejecerit, ceterisque Præconibus die 26. Novembris & 30. Januarii parem exauctorationis pœnam interminatus ſit, ſi contra Regis edictum vel hiſcere præſumpſerint. Nondum tamen deferbuit contradicendi pruritus, hic idem enim Braunius, quamvis cum uxore & liberis ad extremam egeſtatem redactus eſſet, in ſuo tamen *Sacerdotali Vale*, ſe diurno quæſtu ſpoliatum deplorabat & melioris fortunæ ſpem in Deo collocabat: alius quoque eodem anno edidit libellum ſub titulo: *Pacifica inſtructio de Lutheranæ Eccleſiæ adiaphoris.* In eo præpri-mis oppoſuit Regis decreto articulum decimum quintum Confeſſionis Auguſtanæ de ritibus retinendis, dein laudata ſubditorum erga Regem obedientia conſiderandum propoſuit, quam acerba moverentur gravamina, ſi Turcarum Imperator Chriſtianis in Oriente degentibus aut Catholicus Princeps Lutheranis cujusdam ritus uſum ſine neceſſitate aut utilitate interdiceret, vel ritum v. g. aſperſionem aquæ benedictæ, exauctorationis pœna Concionatoribus interminata præciperet.

Ulte-

Ulterius usum signi Crucis e Templis Lutheranorum non eliminandum cum Zeibichio & Cyprianio propugnabat; denique Deum precabatur, ut Regi inspirare velit, ne Prædicantes, innoxios hos ritus pro abominatione ex Papatu transmissa habere vi compellat, nec eos a ceteris Lutheranis Ecclesiis segreget, aut ad fidei professionem etiam in aliis articulis immutandam inducat: si, addebat Auctor, Rex in suis Provinciis cuilibet etiam Judæo & Papistæ, imo & iis, apud quos ob manifestum errorem libertati coram Deo locus non datur, omnes suæ Religionis ritus exercendi libertatem concedit, cur non & Lutheranis?

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sub idem tempus prodiit Dialogus circa hanc rituum abrogationem, & Auctor eorum utilitatem & originem, necnon vetustatem extollit, & illis timidis, qui se sensim ad Calvini sectam induci, & a Confessione Augustana penitus abduci timebant, respondit, NB. *non agi de doctrina, sed duntaxat de disciplina*, quam Principes Lutherani utpote Episcopi cum approbatione immutare possunt, inde autem concludit, Prædicantes non teneri pro tuendis his ritibus omnia relinquere, & fideles abrogationi acquiescere, esse obstrictos, quia ante rituum abolitionem nec ma-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

gis pii erant, nec poſt illam minus pii erunt. Denique declarat, in hoc peccatum fuiſſe, quod ad abrogandos hos ritus vis metusque fuerit adhibitus.

Liberiori autem calamo Prædicantes cujusdam celebris Urbis Imperialis hac ſuper re mentem ſuam die vigeſima tertia Januarii aperuerunt, vehementer queſti, quod I. hæc abrogatio nec auditis nec conſultis ſed diſſentientibus Præconibus a Rege facta ſuerit ex ſuggeſtione Politicorum, qui novis ſuis principiis Principum jus in ſacra plus æquo extendunt. II. Quod læſa conſcientiæ libertate hæc abrogatio per ſevera edicta, amotionis pœnam, & interdictam exterarum Univerſitatum conſultationem invehatur, cum tamen Catholicis per ejusmodi edicta rituum libertas non adimatur. III. Quod hi ritus ea de cauſſa abrogentur, quia omnino inutiles, idololatrici vel ſaltem ſuperſtitioſi ſint & ad Papismi fermentum ſpectent, inde vero ſequatur, quod, cum id falſum eſſe, ad evidentiam fuerit demonſtratum, ille Præco, dum populo ſuo hos ritus ceu ſuperſtitioſos proponit, vel contra mentem ſuam loquatur, vel ſi reipſa eſſe ſuperſtitioſos credit, doctrinæ de Chriſtiana libertate & Articulo XV. Auguſtanæ Confeſſionis contradicat. IV. Quod per exter-

norum

norum rituum ceu papisticorum abro- Sæc. XVIII.
gationem vinculum unionis cum aliis A.C. 1738.
Lutheranis Ecclesiis dissolvatur, timendumque sit, ne Principes Catholici, dum circa conscientiæ libertatem inter ipsos Protestantes pacem Westphalicam (*) infringi cernunt, se pariter erga Lutheranos suos subditis hac pace haud ultra constringi credant, eisque alios ritus interdicant. Hæ erant rationes, ob quas hi Prædicantes illum, qui potius sui exauctorationem perpeti, quam reclamante conscientia *iniquis rebus* consentire maluit, summopere deprædicant, & damnant praxin illorum, qui petitæ subscriptionis formulam sub hac restrictione signarunt: *rejecto Papismi fermento, vel Regio edicto obtemperandi animo*, quia talis ore approbaret, quod in corde detestaretur, ac contra conscientiam agendi proin intentionem peccandi haberet &c. Postremo Joannes Georgius Walchs alio scripto demonstratum ibat, Principem quidem

(*) Observandum, quod supremus Consistorii Præses Reichenbachius hoc anno generalem inquisitionem in Prædicantes instituere a Rege jussus, ipsius Nomine Prædicantibus injunxerit, ut circa abrogatos hos ritus non ad pacis Westphalicæ instrumentum, sed ad Dei Verbum provocarent.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

posse abrogare ejusmodi ritus, non tamen expedire nec prudentiæ consonum esse, quia pusillis scandalum, aliis anxietas caussaretur, & ex circumstantiis damnum Ecclesiæ quoad sanam doctrinam & libertatem tunc timendum foret, si I. ejusmodi abrogationis fautores inter alienæ Religionis affectas syncretismum intendunt, II. si talis abrogatio reipsa fautorum intentioni patrocinatur. III. Si Princeps vel fautorum religioni reipsa addictus est, vel saltem ei favet. IV. Si constat, horum fautorum instigatione semper graviora tentanda forent, uti patet ex adiaphoricis & crypto-Calvinianis controversiis. Porro, quem exitum hi motus habuerint, postea referemus.

§. XXVIII.

Altercatio inter Lutheranos ob choreas concitata.

Alia adhuc controversia Prædicantium Lutheranorum capita calefaciebat; occasio illius erat hæc: Jam anno hujus sæculi trigesimo secundo Klugenius Dortmundanus Præco in publico sermone ad suos habito, choreas agere, licitum honestumque esse propugnabat: Ad hujus exemplum alii quoque Præcones honestarum saltationum

num usum approbabant: Inde vero literarium inter Prædicantes bellum exarsit; præprimis enim Zopfius Essendiæ Præco disputationem de pseudoadiaphoria saltatoria Klugenio oppositit, usumque ibidem invexit, ut omnes parvuli, dum fidei confessionem emittebant, priusquam ad Cœnam admitterentur, choreis publice renuntiarent. Edidit quoque hoc anno Martinus Hensel libellum, in quo saltationis, aliorumque oblectamentorum usum plus nimio in Christiana Ecclesia invaluisse deplorans, choreas esse prohibitas, utpote Ethnicas abominationes, ex sacris literis comprobare nitebatur: Pariter alius Præco contra saltationes, compotationes &c tanquam abominandam & Christiano indignam rem declamabat: Bonstädtius quoque in suo libello propugnabat, Doctoribus & Prædicantibus illicitum esse, choreas agere. In Dania quoque edebatur Dialogus inter Philocosmum, & Eusebium, quorum posterior contra illum saltationes tanquam inventum Diabolicum, cui in Baptismate renuntiatum esset, detestabatur, simulque non minus insulse, quam indecenter hanc quæstionem movebat: *An Christo Domino saltare licitum fuerit?* Hujus contentionis flammæ oleum affudit Henricus Engelbertus

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Weſten Spreckhövellanus Præco, qui non tantum immoderato ſuo Zelo graves tumultus in Populo concitavit, ſed ſaltationem in nuptiarum ſolemniis ceu maximum omnium ſcandalum in publico ſermone depingens, propria auctoritate illos, qui chorearum uſum in perpetuum ejurare detrectabant, a confeſſione & Cœna excluſit. De hoc temerario Prædicantis auſu querela movebatur apud Regium Cliviæ Senatum, qui, ut intempeſtivum ejus ardorem ſedaret, decrevit, ipſum ſuſpenſionis pœna, & ſi parere recuſaverit, amotione ab officio caſtigandum eſſe. Hujus tamen cauſſam in ſe defendendam hoc anno ſuſcepit anonymus quidam Præco, ſub ficto nomine *Frommhold*, qui datis ad Roſtochienſem Facultatem Theologicam literis hanc quæſtionem diſſolvi petiit: *An Engelberti Concio jure inſimulari poſſit, quod Dei verbo, Libris Symbolicis, Lutheranæ Eccleſiæ praxi, & Theologicæ prudentiæ adverſetur?* Ad hoc dubium reſponderunt Roſtochienſes, ſe quidem conſidere, quod Præco immodicum ſuum fervorem exeruerit promovendæ pietatis ſtudio, & quidem contra laſcivas, inhoneſtasque ſaltationes, earumque abuſus: ipſum tamen promiſcue contra honeſtas, & moderatas ſaltationes,

quas

quas inter carnales mundi voluptates numeravit, declamasse, palamque asseruisse, quod saltationes honestæ non magis ab inhonestis differant, quam honesta & inhonesta meretrix; in hoc autem ipsum excessisse, cum honestæ choreæ in S. literis non sint ex se prohibitæ, & a Luthero & Spenero concessæ: proin intempestivum ipsius ardorem & vehementiam Ecclesiæ Lutheranæ praxi, & Theologicæ prudentiæ contrariam esse. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Porro hujus causæ acta insuper ad Hallensem Facultatem deferebantur proposita hac quæstione: *Utrum in rusticorum nuptiis saltantes sæpius serioque, incassum tamen admoniti absolvi & ad cœnam admitti possint, nisi prius se deinceps nunquam saltaturos, saltem promisissent?* Horum vero responsio eo collimabat, ut Præcones prius viam lenitatis tentarent, qua frustra adhibita, si aliunde obstinatos in gravioribus peccatis a Cæna arcendi facultatem habent, hoc remedium opponere valerent, si id autem prohibitum esset, illos propria auctoritate excludere non possent, sed suo Superiori supplicent, ut vicino Prædicanti gregis sui curam committere velit.

Cum autem nihilominus vicini Prædicantes Clivienſi sententiæ non acquiescerent, & saltationi insistentes a

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Cæna excluderent, hic Senatus Eming
husio Inspectori in mandatis dedit, u
vel ipse, vel alius hisce Saltatoribu
Cænam porrigeret. Adversus hoc de
cretum rursus Engelbertus ad ipsum
Borussiæ Regem provocabat, cuju
jussu Senatus rem maturius discussit
Regique denuntiavit, Engelbertum sui
Concionibus & privatis colloquiis gra
ves in populo tumultus concitare, &
plusquam quingentos septuaginta se
ex ejus Auditoribus cum suo Pasto
conciliari insuperhabito omni conat
haud potuisse, proin Senatum fuis
coactum, ut vicino cuidam Prædican
animarum curam committeret: de ce
tero Engelbertum perperam egisse, du
saltantes, & musicam adornantes, ne
non domum suam ad saltandum loca
tes eo ex capite a confessione & Cæn
exclusit: pejus autem peccasse, quod i
his colloquiis non modo ipse sed & ejus
Auditores, more Pietistarum & Qua
ckerianorum, preces alta voce fudisse
huic ergo Prædicanti severe injunge
dum, ut nemini sine prævio Consisto
& Senatus consensu deinceps Cænam
denegaret, Conventus autem privato
non in suis ædibus, sed in Ecclesia ha
beret: Nihilominus tamen Engelbertu
ad Essendianum, ut vocant, Minist
rium appellabat, quod in ejus favore
deci

decidit, modernum saltandi modum esse opus carnis Christianæ doctrinæ contrarium, pertinaces saltatores incassum admonitos tamdiu a Cæna esse removendos, donec ab hoc peccato desistere polliciti fuerint &c. Ita diversa diversorum erat sententia, quam tamen quælibet pars ex S. Literis firmare nitebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XXIX.

Lutheranorum motus contra PP. Capuccinos.

Jam quinto abhinc anno Sulzbacenses Lutherani molestos concitabant motus, quorum prætextus erant varii præcipue I. querebantur, quod Sulzbacensis Dux Palatinus Rheni Comes Anno 1711. decreverit, quod præfatæ Urbis Præco & tum Superintendens haud amplius hoc prædicato fueretur, sed passim *Inspector* nominaretur II. quod huic & Successoribus ejus petita Ducis instructio pro visitandis hujus Ducatus & Urbis Ecclesiis ac scholis denegata fuerit. III. Quod neglecta alternationis lege Catholicus Medicus in Urbis Physicum sit assumptus. IV. Quod ad Curatorium Collegium aliaque Dicasteria non alii quam Catholici Consiliarii fuerint cooptati, & quod palmare erat eo-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

eorum gravamen, scilicet, V. quod Joannes Christianus Sulzbacensis Dux Anno 1732. dimissis duobus Capellanis quosdam Patres Capuccinos in Urbem admiserit, eisque ædes, in quibus antea præfati Capellani Catholicam juventutem literis imbuebant, assignarit. Hinc illæ lacrimæ, acerba Prædicantium lamenta! querulis literis anni sequentis die decima sexta Junii Joannis Christiani Ducis aures pulsant, atque exponunt, hos Patres annuente ipso Duce jamjam ad Sacellum fundamenta jeciisse, & ad erigendum Conventum necessaria parare, non paucos ex ipsis Lutheranis ligna, lapides & currus ad fabricam suppeditasse, eos quoque cum Lutheranis omnia vicinitatis officia, pacem, concordiam, & agendi rationem Lutheranæ religioni nullatenus noxiam polliceri quidem, molestos tamen fore subditis ob sustentationis necessitatem &c. petebant igitur, ut Dux ad normam Pacis Westphalicæ hujus Monasterii fabricam inhibere velit. Postquam vero Joannes Christianus Anno 1733. die vigesima Julii vivis ereptus erat, ad ejus Successorem Palatinum Electorem die decima quarta Aprilis Anno 1734. datis literis adversus Conventus fabricam denuo reclamarunt, eoquod id paci Westphalicæ,

&

& vigenti Simultaneo adverſaretur, Patres quoque pro colligendis victualibus ad Lutheranorum pagos excurrerent, & urgentibus Catholicis Præfectis ad ligna &c. advehenda ſubditi compellerentur. Porro ſequentis anni die decima ſexta Martii novas querelas accumulabant, exponentes. I. Quod, quamvis hiſce Patribus duntaxat conceſſum fuiſſet, Sacra ſua in Parochia, vel alio Urbis Sacello, vel ad S. Annam in Monte peragere, & nonniſi Oratorium pro privata devotione ædificare, ipſi tamen jam Aram lateritiam, tabellam pictam, ac proxime Cathedram & cetera requiſita erecturi, proin omnes publici cultus functiones & Sacra peracturi ſint. II. Contra datam fidem elemoſynas & operas pro fabrica emendicent &c. quapropter ab Electore petebant Lutherani, ut, ſi tamen hi Patres in ſuo hoſpitio diutius tolerandi eſſent, eis prohiberetur, ne ſuum Oratorium extenderent, ſed ſua Sacra duntaxat in Eccleſia S. Annæ, vel in Cæmeterio Noſocomii, vel in Urbis Sacello aut Parochia (ſine ullo tamen jure inde aquirendo & ſine præjudicio) prout antea a duobus illis Capellanis, ſub directione DD. Decani peragerent, nec a Lutheranis potiſſimum pauperibus eleemoſynas ruri colligerent, & id

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

id ad Electoris postulationem Ratisbonense Consistorium Catholicum eis inhiberet, Patres vero ad exactam simultanei observantiam adstringerentur.

Cum autem Elector juxta ipsa Lutheranorum principia, jus in sacra, necnon jus reformandi sibi, & a primis Ecclesiæ sæculis cuilibet Principi Catholico competere, idque per nullum pactum, pacemque publicam eis ademptumque fuisse, aut adimi potuisse, probe nosset, Sulzbacensium petito haud deferendum censuit, sed aucto indies Catholicorum numero plures etiam Operarios ad recens plantatam vineam conduxit, ac denique ad corporale suorum subditorum solatium & levamen Joannem Georgium Haunfelder Urbis ac ditionis Physicum nominavit. Eapropter Sulzbacensis Magistratus ac Prædicantes contra Electorem Palatinum Ratisbonensium Legatorum, seu ut vocant: *Corporis Evangelicorum* opem implorarunt, nec id incassum; quippe Protestantium Legati vigesima tertia Martii die hujus anni apud Carolum VI. Imperatorem præter alia gravamina nondum sublata querebantur, Lutherano Urbis Parocho instructionem ad Ecclesias, scholasque visitandas necessariam denegari, Capuccinis monasterium, Ecclesiamque publicam fuisse con-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

conceſſam, Phyſicatum Catholico commiſſum, contra ſtabilitam Religionis paritatem potiſſimos ex Aulicis Conſiliariis eſſe Catholicos, veteres Eccleſias reparandi, vel novas erigendi onus ſolisLutheranis imponi, proles ex mixtæ Religionis parentibus natas unice in Catholica Religione educari, Lutheranos ad celebranda Catholicorum feſta compelli, nullos a præfata Religione ad Sacra Lutheranorum transfugas admitti &c. Inſuper Lutherani Sulzbacenſes anno priori trigeſima Januarii & hoc anno die decima ſeptima Julii & die vigeſima tertia Novembris denuo a Carolo Philippo Electore Palatino & die vigeſima tertia Octobris a Corpore Evangelicorum prætenſa hæc gravamina tolli petebant; prævaluit tamen eorum poſtulatis cauſſæ æquitas.

§. XXX.

Ludicrum ſpectaculum a quodam Prædicante datum.

Hujus item anni hyeme cum Viennenſis Urbis plateæ alta nive eſſent contectæ, frequentes in traheis decurſiones a Nobilibus inſtituebantur. Hujus oblectamenti illecebra Trenſenreuterum Regio - Suecicæ Legationis Prædicantem tantopere titillabat, ut & ipſe

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

ipse hac jucunda exercitatione aliquando frui decerneret. Cristatus ergo, cincinnatus, & ocreatus gladioque ad ostentationem præcinctus exuta Ministeri nigra veste talari albi coloris ad sæculi genium togam induit, atque officiosa urbanitate suam conjugem cum alterius uxore commutavit: hæc vero recens adoptata Amasia ne tam facile dignosceretur, tam insolito alienæ opulentiæ cultu, omnique muliebri mundo undique corraso conspicua ad festivum hunc cursum sese accinxit, atque Amazonis speciem præsetulit. Ambo igitur præstituta die traheam ovantes conscendunt, miraque agilitate per nobiliores Urbis plateas volant, ac demum hanc festivitatem dapsili cæna, choreis, aliisque delitiis tantæ hilaritatis pediseque quis claudunt, denique inspectantibus Pastoris sui oviculis, cum eadem pompa atque apparatu bene saginati revehuntur. Hujus spectaculi insolentia in diversis diversa pro affectuum varietate produxerat judicia; alii hunc Præconem ceu Virum ad omnia omnibus factum deprædicabant: id oblectamenti genus innoxium, nec Luthero olim ingratum, & libris nequidem Symbolicis prohibitum esse ajebant, alii econtrario Catonica severitate censebant,

bant, rem Evangelici Prædicantis gravitate, Majeſtateque indignam fuiſſe, Proteſtantibus ſcandali, & Catholicis triumphi ac ludibrii argumentum. Horum indignationem augebat recens, communisque rumor per urbem ſparſus de intemperantia, qua eodem hoc anno in diverſis Urbibus Prædicantes Lutherani adverſus choreas etiam honeſtas earumque patronos tam acriter detonabant. Iſta principio clanculum & paucorum in aures, mox autem valentius & pene cum clamoſa altercatione, tantoque ſtomacho dicebantur, ut ipſe Præco ſeveras haſce objurgationes identidem ſibi in faciem obtrudi doleret, atque ad imminentem ſui Synedrii procellam tempeſtive eludendam nil reliquum haberet, niſi ut propriæ ſuæ cauſſæ Advocatus, ac pro domo ſua Cicero fieret. Nec ad id peropportuna defuit occaſio; cum enim die nona Junii anno hujus ſæculi trigeſimo octavo ad Doctoratus honores evectus, inauguralem diſputationem habere juberetur, ſtudioſe thema ſibi elegit de αμαρτωχοιτοια ſeu *de pruritu peccata fabricandi:* „In ea igitur fuſius ex„poſuit, haud tolerandum eſſe illorum „rigorem, qui quascunque voluptates, „ſpectacula, diverſi generis luſus, de„ambulationes, curribus & præcipue

Sæc XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„traheis excurſiones, diverſasque cor„poris exercitationes Chriſtianis inter„dictas eſſe volunt; non equidem „inquiebat ipſe, omnia publica ſcan„dala, quæ harum voluptatum uſum „comitantur, excuſari poſſe; eoquod „valde difficulter bonum a malo, & „rectus uſus ab abuſu diſcerni poſſet, „non tamen omnia promiſcue eſſe dam„nanda: Chriſtiano quippe exercita„tionum varietatem eſſe neceſſariam, „nec illum perpetuo Sacris occupatio„nibus vacare poſſe, ſed licere chartis, „aleis, alioque luſu ſeſe divertere, di„gladiari, ſaltare, equitare &c.„ His aliisque expoſitis propius ad rem ſuam deſcendens ſubjunxit, „vix operæ pre„tium fuiſſet de honeſta deambulatione „verbum facere, niſi quidam prorſus „inſulſi darentur homines, qui quæ„dam deambulationum genera, præ„cipue ſi quis hyemali tempore trahea „vehitur, penitus rejiciunt, & lethalis „noxæ damnant, quibus tamen reſponſi „loco conſulimus, ut cerebrum ſuum „helleboro purgent, ac ſedulo conſide„rent, cujus claſſis homines Matth. „XXIII. v. 24. fuerint illi, qui culicem „excolant, & camelum deglutiunt &c. His pluribusque aliis acerbioribus ejusmodi verbis hic Doctor adverſantium ora obſtruere moliebatur: haud diu tamen

tamen tenuit horum malacia; paulo- Sæc. XVIII.
post enim in vulgus spargebatur scri- A. C. 1738.
ptum quoddam, cui titulus: *Inauguralis Disputationis a Doctore Trensenreutero habitæ Synopsis circa humana quædam oblectamenta Christianis permissa, sumptibus cujusdam honestatis studiosi, & vanitatum hostis, cum annotationibus.* In his Auctor Doctori exprobrabat, quod inauguralis suæ disputationis non decentius argumentum, quam suam trahææ excursionem invenire potuerit, de cetero autem ægre illos suum thesaurum & conversationem in cælis habituros, qui cum tanta voluptate terrenis inhiant delitiis, iisque tempus inutiliter insumunt: distinguendum esse inter Ecclesiasticum & inter Laicum trahea vehentem, & inter hanc exercitationem ex necessitate, vel officii gratia susceptam, & inter ejusmodi cursum ad voluptatem, & pompæ ostentationem institutum &c. Nihilominus hunc Authorem alius quidam anonymus acri admodum stylo insectabatur, edita epistola, in qua eidem objectabat, quod statum hujus quæstionis: *Utrum Christiano licitum sit trahea vehi*, perperam in hanc immutarit: *An Theologiæ Doctori id liceat?* hoc autem idem esse, acsi quis propugnaret, Christianum esse posse Sartorem, alius vero negaret, quod

Sæc. XVIII. A. C. 1738. Studiosus laceras suas tibias ipsemet licite reficere posset &c. Sic aliquamdiu inter venerandos hosce viros mutuis jocis & scurrilibus probris digladiatum est, adeo, ut Saniores ad præcavendam majorem utrinque infamiam rem silentio supprimi curarent.

§. XXXI.

Libri a S. Romanæ Inquisitionis Congregatione proscripti.

Sub idem ferme tempus nova Appendix ad Indicem librorum prohibitorum, & quidem ab anno Christi millesimo septingentesimo decimo octavo usque ad annum trigesimum quartum prodiit. Inde Protestantes vetera sua convitia, scommata & querelas pro more suo recoquendi ansam arripuere; convitiabantur enim, ejusmodi Indices non ad aliud aptos esse, nisi ut veritas opprimatur, & ab illius cognitione populus censuræ metu & Pontificia potestate avertatur: Somniabant alii, hosce indices opportunum esse Romanæ Sedis arcana a periculosa manifestatione præservandi medium, si enim, inquiunt ipsi, Romano- Catholica Ecclesia non haberet, quod timeat, ne eorum Religio falso & lubrico fundamento innixa per libros, quos prohibet, concuteretur

tur, imo & penitus everteretur, ejus- Sæc. XVIII.
modi Indices conficere, haud neceſſe A. C. 1738.
foret, vel ſaltem libros ab Acatholicis compoſitos, in quibus veritatis puritas eluceſcit, tanto ardore proſcribere, ſuperfluum eſſet. Attamen quam præſumptuoſa, temeraria & iniqua ſit hæc criminatio, ac ſiniſtra rectiſſimæ mentis interpretatio, quilibet a partium ſtudio alienus manibus palpat: Quænam, amabo, ſunt illa Sedis Romanæ arcana, quæ per libros prohibitos Eccleſia Romano Catholica manifeſtari timeret? certe non alia ſunt in libris prohibitis contenta, quam male conſarcinatæ fabulæ, mendacia, calumniæ centies ac centies a Proteſtantibus recoctæ, & millies a Catholicis confutatæ: Ex quibus autem fontibus putidas has aquas hauſere? ante Lutherum, Calvinum &c. nullos *ſuæ ſectæ* Hiſtoricos, coevos aut proxime coevos teſtes afferre poſſunt; ſi quid ergo de Romanæ Sedis arcanis ante hæc tempora in libris ſuis manifeſtant, vel ex ſuo cerebro pro inveterata calumniandi licentia adinvenerunt, vel ea ab antiquioribus Scriptoribus ſolo nomine Catholicis prodita legerunt: Hi vero, cujus fidei atque auctoritatis erant? ſane in Hiſtoria Eccleſiaſtica omnino peregrinus idiota ſit, qui ignorat, cuncta, quæ in

Sæc. XVIII A. C. 1738.

contumeliam Ecclesiæ Romano-Apostolico-Catholicæ, ac summorum Pontificum &c. ante Lutherum scripta inveniuntur, a Viris fuisse conficta quos vel ambitio, vel luxuria, vel vindicta, vel vitæ libertas promeritis pœnis coercita ad odium in hunc vel illum Papam, vel alios Romanæ Curiæ Præsules incitavit, & ad ipsam sæpe apostasiam induxit: Proh! quam egregios veritatis testes, integerrimos incorruptæ fidei Depositarios, purissimos Historiæ fontes! & ex his lacunis confluit cloaca illorum arcanorum, quæ tam nobiles Historiographi cum æterna nominis sui infamia manifestarunt & quidem jam dudum ante ipsos Protestantes; Famosæ istorum rapsodiæ longo ante Lutherum tempore scriptæ & impressæ proin jam dudum manifestatæ fuerunt, qua ergo verisimilitudine, qua fronte asseri potest, Romanos librorum prohibitorum Indices ex post aptum esse medium, quo Romanæ Sedis arcana a periculosa manifestatione præservarentur: Non equidem diffiteor, quosdam ex Papis, Cardinalibus, Præsulibus, aliisque extitisse, qui dignitatis suæ splendorem vitiorum maculis obfuscarunt: Evolvantur autem a capite ad calcem omnes Romani Indices a primo usque ultimum, & sine ulla hæsitatione spondeo,

deo, in nullo vel ullum reperiri Scriptorem, nullumque librum propterea atro ſtigmate notatum, quia de aliquo Papa, ejus Curia, Cardinale &c. crimen retulit, quod *re ipſa* perpetratum fuit: Et tamen hos Indices ad præſervandam Romanam Sedem a periculoſa arcanorum manifeſtatione inventos fuiſſe audacter hi Ariſtarchi comminiſcuntur? Aſt ſaltem ad opprimendam veritatem, & populum ab illius cognitione abſtrahendum apti erunt? vel ergo per hos Indices opprimitur & populo occultatur veritas fidei, vel veritas Hiſtorica? non hæc; a putidis enim Hiſtoriæ fontibus non hauritur puræ Hiſtoriæ aqua; ac ideo plane ridiculum eſt, cernere, quod quotiescunque ab Acatholico recentiore Hiſtorico quoddam commentum contra Papas refertur, non alii allegentur teſtes, quam itidem Acatholici, ab antiquioribus vero duntaxat citentur peſſimæ notæ, nulliusque fidei Scriptores v. g. Benno, Arnoldus Brixienſis, Leti &c. Si vero fidei veritatem per hos Indices opprimi cenſent, tandem aliquando per S. Scripturas & evidentiam credibilitatis demonſtrent, certam fidei ſuæ veritatem in libris hiſce prohibitis contineri; ſecus negatur ſuppoſitum; quippe Catholicæ fidei veritas in tuta immota-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

que poſſeſſione per octodecim ſæcula conſervata eſt, & ab ea nec per paces profanas, nec usque ad conſummationem ſæculi per millenos & millenos libros prohibitos deturbabitur: Quam præſumptuoſe igitur, ſecta pro veritate, & fides Catholica pro errore venditatur? Præterea, quam improvidum & temerarium eſt hoc aſſertum! Nonne jam primo Chriſti ſæculo circa Annum 51. Epheſii libros Magicos, ut cenſent Chryſoſtomus, Beda & alii, vel de Aſtrologia judiciaria, ut putat S. Auguſtinus tractantes contulerunt & combuſſerunt act. c. 19. & ſic illius conſuetudinis, vi cujus Eccleſia perniciosos libros fidelium manibus vel rogo, vel interdicto ſubtrahit, tam inſigne reliquere documentum, ut ipſe etiam Schlüſſelburgius Lutheranus fateri cogeretur, quod *ex novi Teſtamenti & primitivæ Eccleſiæ hiſtoria certum ſit, Apoſtolos, & eorum Succeſſores, non tantum malorum librorum lectione ſuis auditoribus interdixiſſe, verum etiam ejusmodi libros comportatos coram omnibus exuſſiſſe, ut legitur act.* 19. Ita etiam ab Eccleſia circa Sæculi II. exitum impii, apocryphi, & falſo inſcripti impiorum libri fidelium manibus eripiebantur, ut patet ex Canone Apoſt. quinquageſimo nono juxta editionem Joan. Hervei, & S. Cyprianus

nus famosum libellum contra S. Cornelium Papam a Novatiani Pseudo-Papæ Oratoribus divulgatum proscripsit, eoquod NB. *facile promenda non sint, & incaute ac temere publicanda, quæ discordioso stylo audientibus scandalum movent, & fratres longe positos, ac trans mare constitutos incerta opinione confundunt*: hinc S. Cyprianus *libellos quorumdam calumniosa temeritate conscriptos* Carthagine legi non patiebatur. l. c. Sæc. XVIII. A. C. 1738. *Epist. 42. Pamel. edit. in not. ad ep. 4.*

Notum quoque est, hæreticos Arii libros a Nicænis Patribus, & ab ipso Constantino Imp. fuisse proscriptos, venenata Eunonymi scripta a Constantinopolitana Synodo Anno 398. damnata & ab Arcadio Imp. flammis tradi, eorumque detentores capite plecti jussos, Gentilium & hæreticorum libros a Concilii Carthaginensis IV. Patribus legi prohibitos, Originis opera Anno Christi 400. primo Nitriæ, Romæ, Mediolani & Aquileiæ, imo ab ipsis etiam Imperatoribus, & denuo ab Anastasio Papa & Episcopis Palæstini proscripta, atque Anno 405. ab Innocentio I. Pontifice rejectos illos libros, qui sub conficto Apostolorum nomine vulgabantur: Anno 409. libros *de judiciaria Astrologia* tractantes a Theodosio Imp. comburi, eorumque Auctores, ni resipiscant, exilio plecti jussos, Pelagii

Sæc. XVIII A. C. 1738.

librum ab Africanis Episcopis delatum ab Innocentio Papa Anno 416. Nestorii suorumque fautorum libros ab Imperatoribus Theodosio & Valentiniano circa Anno 435. & 448. Manichæorum opuscula a S. Leone Magno Pontifice, a Gelasio, Simacho, Hormisda PP. Anno 536. Acephalorum libros a Synodo Constantinopolitana & Justiniano Imp. Anno 563. Priscillinastarum scripta a Bracarensi Synodo; Eutychii librum Constantinopoli; Arianorum scripta Toleti Anno 587. Monothelitarum libros in Concilio Romano a Martino Anno 649. & 680. in Concilio Generali VI necnon 692. falsa acta Martyrum a Synodo Trullana: Adalberti hæretici scripta in Concilio Romano a Zacharia Pontifice Anno 745. libros S. Imaginibus injuriosos aliosque a Concilio Nicæno II. Anno 787. falsas relationes, libros Pœnitentiales &c. a Carolo M. Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano, a Synodo Cabillonensi II. & Valentina III. &c. fuisse damnatos & concrematos.

Quis insuper ignorat, in sæculo nono Joannis Scotti, Gottescalci, Photii in decimo sæculo acta Concilii Romani contra Formosum Papam; in sæculo undecimo Berengarii scripta & errores Nicolai Pectorati librum; in sæculo duo-

duodecimo Petri Abailardi libros, Gilberti Porretani expositionem, vitam S. Paraſceves, & verſionem Gallicam S. Scripturæ a ſuſpectis Viris concinnatam; in ſæculo decimo tertio varios libros in Pariſina Synodo, Joachimi Abbatis librum in Concilio Lateranenſi IV. Joannis Scoti ab Honorio III. Thalmudicos libros a Gregorio IX. Evangelium æternum, librum Ludovici San-Amorei contra Religioſos, opera Raymundi Lulli, & Arnoldi Villanovani: in ſæculo decimo quarto libros Petri Joannis Ulivi de Serignano, Marſilii Paduani, Joannis de Janduno &c. proſcriptos, & ultricibus flammis eliminatos. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Ex his paucis conſtat, Eccleſiam Romano Catholicam, ſummos Pontifices, Imperatores, Synodos atque Epiſcopos a primis Eccleſiæ ſæculis usque ad hæc tempora ſemper ſollicitos fuiſſe, ut hæretici, pernicioſi, calumnioſi, falſi & apocryphi libri, ſcripta & tractatus ſolemni *proſcriptione*, aut rogi pœna fidelium manibus eripiantur. Quid ſi autem Epheſii, Novatiani, Ariani, Origeniſtæ, Pelagiani, Manichæi, Macedoniani, Priſcillianiſtæ, Acephali, Monothelitæ, Iconoclaſtæ, & ceteri proſcriptorum Codicum Auctores, fautoresque in primitivæ Eccleſiæ Pontifices, Syno-

Sæc. XVIII. A. C. 1738

Synodorum Patres, Imperatoresque insurgerent, eisque (uti nunc Protestantes Catholicis) exprobrarent, eorum proscriptiones, censuras, ac sanctiones in hos Codices incendia ad *nil aliud apta fuisse, nisi ut veritatis puritas, quæ in his libris eluxit, opprimeretur, & populus a veritatis cognitione averteretur; si enim* hi Imperatores, Papæ & Synodi *non habuissent, quod timeant, ne eorum Religio falsa & lubrico fundamento innixa* circa Divinitatem, naturam & voluntatem Christi, cognitionem futurorum, gratiam, Sacrificium N. Legis, animam, SS. Trinitatem, Pœnitentiam &c. *per libros, quos prohibuerunt, concuteretur, imo & penitus everteretur, ejusmodi proscriptiones* omni ævo decernere, *haud necesse fuisset, vel saltem libros ab his Auctoribus compositos, in quibus veritatis puritas elucescit, tanto ardore proscriberet?* Quid illis responderent Protestantes? nonne vel asserere cogerentur, aut per has proscriptiones Arianismi, Novatianismi, Monotelismi, Manichæismi &c. fidei veritates opprimi, aut hoc Protestantium argumentum contra Romanos Indices ac librorum proscriptiones esse improvidam cavillationem, iniquam criminationem, putidamque calumniam? Ast propius accedamus, & tantisper atque ad tempus Lutheranis,

nis, & Calviniſtis concedamus, horum fidei ſyſtema pro veritate eſſe habendum: Quid autem manifeſtius eſt, quam quod *Calviniſtæ* libros *Lutheranos* prohibeant, proſcribant, exterminent, ad infamiæ rogum condemnent: ipſemet Calvinus confeſſionem Joachimi Weſtphali Lutherani de cæna Domini vocat librum non minus inſulſum, quam virulentum, & in Francofordienſes Prædicantes debacchatur, quod hunc librum ibi imprimi permiſerint. Hieronymus quoque Zanchius ait, ſe mirari vehementer, potuiſſe ab eo Senatu permitti, ut contumelioſa Hesbuſii *de cæna Domini* ſcripta, quæ nil aliud ſunt, quam eſca incendiorum, imo faces jam accenſæ ad omnes Eccleſias novis diſſidiorum & inimicitiarum flammis concremandas, in ea imprimantur Urbe, quæ ſolebat eſſe ceu Mater Eccleſiarum omnium &c. Inſuper Calvinus docuit, libros diverſos a ſana (id eſt a ſua doctrina) non eſſe tolerandos, ut vel proponantur, vel legantur in cætu Virorum, ſed *exurantur*. Nonne etiam Calviniſtæ Heidelbergenſes Lutheri & Brentii Catechismum proſcripſerunt, ejus lectione ſuis interdixere, cunctos ſerio adhortati ſunt, ut ab omnibus quoque illorum ſcriptis quam diligentiſſime abſtinerent?

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Schlüſſel. l. c.

Eder Inquiſ. Evang. tab. 32.

Viciſſim

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Viciſſim vero Lutherani Calviniſtarum libros & ſcripta non modo jam nata, ſed & ex Calvinianorum lumbis naſcitura exterminant, proſcribunt, & ſuorum manibus eripiunt: Ita de Lutheranis Lavaterus Zwinglianus amare queritur, quod Lutherani ſuos tantum libros hominibus obtrudere conentur, & Zwinglianorum lectione ſuis Auditoribus interdicant, contra manifeſtam Apoſtolorum doctrinam, & veteris Eccleſiæ traditionem. Heidelbergenſes quoque Calviniſtæ in ſua *pia confeſſione de Cæna Domini* Lutheranos eadem de re inſimulant. Idem repetunt Calviniſtæ in ſuo *conſenſu orthodoxo*, quem Lutherani per vituperium vocant, *Cacodoxum*: Pariter Lambertus Danæus queritur, quod Lutherani *more Pontificiorum ad extinguendum omne veritatis lumen*, Calviniſtarum libros publice *proſcribant*, & lectione eorum populo interdicant. Nonne etiam Cruciger, Pezelius, Widebramus, & Mollerus propter Calvinismum in Saxonia in vincula conjecti non aliter libertatem conſecuti ſunt, niſi jurata ſub conditione, ſe de hac ſecta nullos libros ſine approbatione Electoris Saxonici unquam compoſituros? Itaque Lutherani proſcribunt, ſuis interdicunt, & damnant Calviniſtarum libros, & Calviniſtæ prohibent, &

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

& eliminant Lutheranorum ſcripta, accuſant ea de re Lutherani Calviniſtas, & Calviniſtæ Lutheranos: Quorumnam querela & accuſatio eſt juſta, quorum iniqua? Calviniſtas Lutheranorum libros damnando, inique agere, contendunt Lutherani, eoquod hac prohibitione veritatis puritas opprimatur, & populus ab inquiſitione veritatis, quam ex Lutheranorum libris diſcere poſſet, arceatur: E contrario Calviniſtæ de Lutheranorum tyrannicidio in Calvinianos libros queruntur, quia ſana doctrina in eorum libris contenta extinguitur, veritas opprimitur, & ab ejus inquiſitione populus avertitur: denique tam hi quam illi ſuas proſcriptiones eſſe æquas contendunt ex ratione utrique parti propitia, ſcilicet, veriſſime dictum eſſe, nullum venenum eſſe præſentius malo libro, & prohibitos hoſce libros erroribus & hæreſibus ſcatere, ſeductionis periculum obverſari præſentaneum, ac propterea eorum diſtractionem ac venditionem ſine diſcrimine non eſſe permittendam. Hanc rationem tam hi quam illi pro honeſtanda proſcriptione ſua adducunt: injuſte ergo Lutherani Calviniſtis & Calviniſtæ Lutheranis objicerent, quod ejusmodi proſcriptiones ad nil aliud deſervirent, quam ut veritas

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ritas opprimeretur, & populus ab ejus inquisitione per eas averteretur: ve ergo Lutherani fateri coguntur, se inique agere, si Calvinianorum Codicum proscriptione Calvinismi veritatem opprimunt, quod tamen nunquam admittent, vel si rectissime se agere dicunt, cum pro vigilantis Magistratus ac Ministerii officio libros Calvinianos *ob seductionis periculum* opprimunt, neve succrescant, omni ope & opera enituntur, tunc manibus palpare coguntur, quod vel injustissime Catholicam Ecclesiam insimulent, eoquod Calvinianos æque ac Lutheranos libros prohibeat, quodque eorum prohibitio duntaxat ad opprimendam veritatem, & ad populum ab ejus inquisitione avertendum nata sit: vel immerito etiam Calvinistæ Lutheranis objicient, quod si Lutherana Ecclesia non haberet, quod timeat, ne eorum secta falsa & unius hominis fulcro innixa per libros, quos ipsa prohibet, concutiatur, imo penitus evertatur, libros Calvinianos tanta sollicitudine interdicere ac proscribere necesse haud foret: quidquid Lutherani Calvinistis, vel hi vicissim Lutheranis ad hanc criminationem respondebunt, Catholicis solidum præbebit argumentum, parem contumeliam in eos retorquendi; ni Lutherani nimis præsumptuose dicere velint,

velint, evidens esse, eorum sectam *solam* esse veram, proin *solos* eorum libros veritatem continere; idem tamen Calviniſtæ Lutheranis, & longiſſimo intervallo certius, veriusque tam his quam illis reponent Catholici, & ſic Lutherani in quamcunque ſe vertent partem, ſemper fateri cogentur, vel quod Eccleſia Catholica & Calviniſtæ libros ſuæ Religioni pernicioſos ac injurios juſte damnent, vel quod Lutherani injuſtiſſime Catholicos &c. inſimulent de veritate per prohibitionem oppreſſa &c. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Magis adhuc frivolæ ſunt argutiæ recentioris cujusdam Prædicantis in has querelas effuſi: *Ipſa ſacra Biblia, ſanctiſſima ſupremi Numinis oracula, proſcribi, ſubjecta exuri flamma, quis æquo ferat animo? Execrabilia quidem hominum monſtra, Antiochos & Diocletianos fidelium cæde madentes, tantum neſas ſuiſſe auſos, forte nemo mirabitur: ſed inter ipſos Chriſtianos hoc deteſtandæ ſævitiæ genus haud prorſus inuſitatum eſſe, omnem fidem ſuperare videtur. . . . . Ad carnificem & contumelioſos ignes plus ſimplici vice variis in Regionibus ablegata fuerunt veneranda divinorum myſteriorum volumina.* Dic, ſodes, joco an ſerio Catholicis exprobras, quod hi ipſa S. Biblia, & veneranda Divinorum myſteriorum volumina

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

proscribant, flammis exurant? An nondum distinguere didicisti inter *purum & genuinum* Dei Verbum, & inter corruptum, depravatum & mutilatum, seu inter Biblia Catholica, & inter Biblia eorumque versiones innumeris locis ab Acatholicis vitiata: Ecclesia Catholica, Biblia Acatholicorum prohibendo atque exurendo vindictam exerit non in ipsum Dei Verbum, sed Verbi Divini Majestatem zelando exardescit in improbos ejusdem Corruptores, in malas divini oraculi notas, glossas, vitiosas epentheses, prava scholia, perperam omissa, addita, mutata, sinistre versa &c. Hoc non jam est Verbum prout ex ore Dei, Prophetarum, Christi ejusque Discipulorum ac suæ adeo Ecclesiæ processit, sed est humanum commentum ad stabiliendos errores pro libitu excogitatum, quod Ecclesia Catholica suis Filiis subtrahit, proscribit & damnat, sicut Princeps edictum suum a malevolis perfidiose corruptum ac depravatum proscribit, & nonnunquam Vulcano tradit: Num forte Antiocho & Diocletiano immaniores erant Carolus VI. Imperator, Georgius II. Angliæ, & Augustus III. Poloniæ Rex, necnon Carolus Holsato-Gottorpiensis Dux, & Francofordienſis ac Norimbergensis Magistratus, qui omnes plures-

que

que alii Wertheimenſia Biblia, & Dresdenſes Præcones, qui Zinzendorffiana Biblia proſcripſerunt? Num & illi tam execrabilia erant hominum monſtra, ut ſacra Biblia, ſanctiſſima ſupremi Numinis oracula, & veneranda Divinorum myſteriorum volumina atro ſtigmate notarunt? Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Attamen in ipſa etiam Biblia genuina & pura, & non tantum blasphemiis & hæreſibus infarta Eccleſiam Catholicam deſæviiſſe, eaque librorum malæ notæ Indici inſerta, teſtatur Benedictus Turretinus Genevenſis: *non*, inquit ipſe, *diſpicitur, utrum blasphemiis & hæreſibus liber* (loquitur de Bibliorum verſionibus) *infartus, ſed utrum Italus, Hiſpanus ſit; Chriſto fraudi eſt, ſi populariter loquatur, ſcriptura periclitatur, niſi latine loquitur.* Haud diffiteor, in Pauli IV. Indice Anno 1559. prout eum exhibet Petrus Paulus Vergerius Apoſtata, plures Bibliorum editiones legi proſcriptas, & in Indice Venetiis Anno 1597. apud Marcum de Claſeris, necnon in illo Coloniæ Anno 1627. edito legi hæc verba: *Biblia hæreticorum opera impreſſa vel eorumdem annotationibus, argumentis, ſummariis, ſcholiis, & indicibus referta omnino prohibentur.* Sed quid inde? num propterea purum Dei Verbum, aut Biblia genuina fuere pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

hibita? Abſit, prohibita enim vulgaris editionis lectione S. Scripturarum abuſum, & damna inde promanantia præcaveri, notiſſimum omnino eſt: Percipe tertiam Regulam indicis Tridentini Concilii: *librorum Veteris Teſtamenti verſiones, viris tantum doctis & piis, judicio Epiſcopi concedi poterunt* ..... Verſiones vero N. T. ab Auctoribus primæ claſſis factæ nemini concedantur, *quia utilitatis parum, periculi vero plurimum lectoribus ex earum lectione manare ſolet*, non quidem vitio S. Scripturæ, ſed vitio legentium, & hominum temeritate; inde enim jam primis Eccleſiæ ſæculis ex promiſcuo hoc legendi pruritu plurima emerſere mala, *poſtquam*, ait S. Hieronymus, *ſola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi omnes paſſim vendicant: & poſtquam hanc garrula anus, delirus ſenex, ſophiſta verboſus, & universi præſumunt, lacerant, docent, antequam diſcant.* Nonne Alexander Roſſ Puritanus, ſuæ ſectæ ruinam, corruptosque mores in promiſcuam hanc S. Scripturæ lectionem refundit. *His aliisque opinionibus*, ait ille, *quæ hodiedum inter nos tolerantur & defenduntur, videmus, quo prolapſa ſit Chriſti his locis Religio* .... *quid ſupereſt, niſi mera Religionis larva? Ipſa per tot hæreſes & blasphemias conſumpta veritatis ac vitæ ſubſtantia.*

Hi

. . . . *Hi sunt fructus & consequentiæ ex SS. Scripturarum lectione per ignorantes, improbosque spiritus tentata.* Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Ex his omnibus manifeste patet, quam antiquum, legitimum, atque innocuum sit in Ecclesia Romano-Catholica libros malæ notæ interdicendi, prohibendique jus ac consuetudo, quamque futiles sint eidem oppositæ, antea relatæ ac confutatæ Adversariorum criminationes; his utique imposterum Catholicos turbare desinent, nec ultra eis crimini dabunt, quod per omnia retro sæcula libros, quos suæ Religioni vel morum honestati noxios judicarunt, proscripserint, cum & ipsi per duo sæcula libros, quos suæ sectæ pernicioſos censebant, interdicendi jus sibi arrogent, hancque consuetudinem conservent, ac dilaudent: Æquum est, ut *quod uni parti* &c. At eis fors displicere potest, quod Catholici libros non modo Protestantium, sed & Catholicorum, Judæorum aliorumque pernicioſos ad quemdam *Indicem* reducant, eumque ad totius Catholici Orbis notitiam, normamque publicis typis divulgent: Et quid in eo mali? certe idem ipsimet Protestantes pro sua sagacitate, vigilantia, ac Zelo jam dudum feciſſent, si inter eos tanta foret concordia, unitas, & subjectio, ut ad vocem unius

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

supremi Capitis noxia pabula indican-tis atque eliminantis cunctas oves ab eis declinaturas sibi polliceri possent. Utut autem de hoc sit, id certissimum est, ejusmodi Indices conficere, antiquissimi moris esse; jam enim circa annum Domini 251 quoddam illius paradigma habemus in quinquingesimo nono ex Canonibus Apostolorum, in quo sub exauctorationis pœna *falso inscripti impiorum libri* prohibebantur; quamvis hos Canones (uti hodie circumferuntur) ab Apostolis minime conscriptos, antiquissimos tamen & a quodam Concilio Sæculi III. conditos fuisse constet, certum tamen est hunc Canonem respexisse ad tot adulterina Evangelia & Acta, quæ sub Apostolorum nomine in Sæculo II. vulgabantur, & fidelium usui subtrahere, necesse erat.

Alia adhuc prohibitionum genera nostro Indici magis vicina exhibet sæculum quartum & sequentia: Harum tria potissimum genera occurrunt; existant enim quidam Indices, in quibus duntaxat designantur libri ab Ecclesia recipiendi, alii vero recensent libros expurgandos seu corrigendos a quibusdam nævis, maledicentiis, falsitatibus doctrinis non sanis obiter insertis, obscœnis, offensivis verbis &c. qui libri ceteroquin boni, si ab his mendis ex-

pur-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

purgantur, legi ac vendi permittuntur, & ideo tales Indices vocantur *expurgatorii:* Alii ſunt Indices librorum *prohibitorum*, ſeu in quibus recenſentur ordine ſuo libri, in quibus vera Religio ex profeſſo impugnatur, vel laſcivæ, Magicæ, ſuperſtitioſæ res ex profeſſo tractantur, ac propterea ab Eccleſia vel per Pontificum decreta, vel per S. Inquiſitionem Romanam prohibentur. Porro primi generis Index prodiit circa annum Domini 397. ubi in Concilio Urbis Romanæ ſub Damaſo Papa conſtructus fuit Index Sacrorum librorum, *& quid univerſalis Eccleſia recipiat, & quid vitari debeat*, ſeu prout in Codice Sæculi X. in Conventu Florentino S. Marci reperto legitur *de recipiendis & non recipiendis libris*, quamvis haud ignoremus, non omnes hujus decreti partes, prout ad nos transmiſſæ ſunt, e Damaſi calamo profluxiſſe. Pariter circa annum ſalutis reparatæ 405. Innocentius I. in ſuo reſponſo ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum ejusmodi Indicem contexuit librorum N. T. quos Eccleſia Romana non modo a Canone excluſit, ſed omnino damnavit. Locupletior erat Index tam expurgatorius quam prohibitorius, quem Gelaſius Papa in Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum Anno 469. confecit, & libros

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

tam V. quam N. Teſtamenti, necnon Synodos, S. Patres &c. recenſuit, quos Sancta & Romano-Catholica Eccleſia *recipit*, & veneratur; alios autem libros expurgandos refert, ſimulque enumerat libros Apogryphos, quos Eccleſia non recipit, denique recenſitis quibusdam hæreſiarchis ita concludit, quæ *omnes hæretici, eorumque diſcipuli, ſive ſchismatici docuerunt vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia eliminata, atque cum ſuis Auctoribus, Auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata.* Nil equidem moror inſulſas cavillationes Cavei, Wernsdorffii, aliorumque Proteſtantium, qui hoc Gelaſii decretum Iſidoro Mercatori adjudicant; quippe annotaſſe ſufficit, hunc Iſidorum nonniſi circa Annum 853. adulterinas ſuas merces vendidiſſe, ex Codicibus autem manuſcriptis quamplurimis, & Scriptoribus antiquiſſimis evidentiſſime conſtare, hoc decretum ſub Gelaſii nomine jam dudum ante ſæculum octavum omnium manibus fuiſſe tritum (*). Trans-

(*) Vid. P. Kell Auct. utriusque libri Mach. Canonico-Hiſt. edit. Vienn. 1749. p. 94. & ſeqq. & P. F. A. Zachariam Hiſt. Liter. Italiæ Tom. 4. p. 196. & ſeqq.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Transeamus nunc ad viciniora tempora, in quibus ejusmodi indices fuisse editos constat: Enimvero (si tamen Vergerio Transfugæ fides) jam Anno 1542. a Parisinis & Lovanienſibus ejusmodi Catalogi librorum pestilentium fuere confecti: Insuper Carolus du Plessis Tutelensis Episcopus in sua Collectione judiciorum Tom. II. pag. 167. adducit Catalogum librorum, quos Sorbona ab Anno 1544. usque ad Annum 1551. editos, ac censura dignos secundum ordinem Alphabeticum juxta Auctorum cognomina proscripsit, atque in fine Biblia etiam quædam legi ac retineri prohibuit, hæc observans: *Quamvis in quamcunque linguam vertantur sacræ literæ, quæ suapte natura sanctæ sunt, & bonæ: quanti tamen sit periculi permittere passim lectionem earum in linguam vulgarem traductarum idiotis & simplicibus, nec eas pie & humiliter legentibus, quales nunc plurimi reperiuntur, satis indicarunt Waldenses, pauperes de Lugduno, Albigenses, & Turelupini, qui inde occasione sumpta, in multos errores lapsi, plurimos in eosdem induxerunt. Quare hujusce tempestatis perspecta hominum malitia, periculosa, ac pernicioſa censetur ejusmodi traductio.* Hæc sibi notent Protestantes.

Idem quoque Episcopus ad calcem Tomi I. p. XIII. loquitur de secunda

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

quoque Parisina hujus Indicis editione, quæ additis identidem aliis reprobatis libris facta fuit, *quando autem*, subjungit ipse, *in Comitiis sacræ Facultatis Parisiensis Epistola præliminaris illius Catalogi in lucem edendi recitata fuit, sapientissimi Magistri ad calcem hæc adjungi voluerunt.* Sub correctione sanctæ Matris Ecclesiæ, & sanctæ Sedis Apostolicæ.

„Anno prædicto (1544.) die 27. „mensis Maij . . . Audita relatione „nonnullorum Magistrorum nostrorum, „qui visitaverant aliquos libros, post „maturam deliberationem, visum est „Facultati, librum inscriptum: *Specu-* „*lum Religionis*, editum a reverendo Pa- „risiensi Abbate S. Victoris prope Pari- „sios, inserendum & inscribendum Ca- „talogo librorum reprobatorum; atque „monendum per eos, qui prædictum „librum visitaverunt, & de eo Facul- „tati retulerunt, ut errata in eo emen- „det; &, si velit, tersius *Religionis Spe-* „*culum* oculis offerat.

Anno prædicto, die vero 15. men- „sis Julii . . . supplicavit Magister no- „ster Claudius Bertault, quod Facultas „differret annumerare prædicto Cata- „logo librum editum a reverendo in „Christo Patre & Domino Abbate S. Vi- „ctoris prope muros Parisienses, usque „in diem undecimum proxime ventu- „rum;

„rum; quia prædictus Abbas eundem „librum a se editum, inscriptum: *Speculum Religionis*, emendat, & ab „erroribus purgabit. Cui quidem Sup- „plicanti annuit prædicta Facultas, „diemque emendationis & correctionis „libri prædicti præfixit octavam proxime „venturam; qua emendatione & correc- „tione facta, providebit Facultas su- „per orto scandalo ex præfati libri prio- „ribus editionibus. Etsi Catalogo e- „dendo dictus liber inscriptus: *Specu- lum Religionis*, sit annumerandus. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Eodem quoque anno Sacra Facultas die 15. Julii voluit, ut epistola seu præfatio huic Catalogo præfigatur, & ad ejus calcem submissio Romanæ Ecclesiæ, & invocatio Sanctorum addatur, ac demum libri Fabri & Erasmi censura præfatæ Facultatis notati huic Indici inserantur. „Quoniam vero orta „esset controversia de Cajetano in no- „vum Testamentum, an adderetur „dicto Catalogo, judicio multorum, „veniebant libri dicti Cajetani in no- „vum Testamentum inserendi dicto Ca- „talogo. Negotium remissum est ter- „minandum in Congregatione, die „proxime sequenti celebranda.

Die decima tertia . . . Audita sup- „plicatione Magistrorum nostrorum Do- „minicanorum, qua supplicaverunt „præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

„prædictæ Facultati, ut præfigeretur „eis aliquod tempus, infra quod colligerent errata ipsius Cajetani in novum Testamentum, qua proponerentur dicto Cajetano, cum censuris & qualificationibus; post omnium Magistrorum nostrorum maturam deliberationem præfixit eadem Facultas eisdem Dominicanis mensem pro omni termino, intra quem habeant colligere eadem errata, & præsentare dictæ Facultati. Quæ quidem Facultas postea judicabit, si omnia errata fuerint collecta.„

Nunc vero redeamus ad Indices Romanos, qua in re exploratum habetur, quod sedente Paulo III. Anno 1548. Venetiis primus editus fuerit ejusmodi Index promovente Joanne CasaBeneventano Archiepiscopo, in quo tamen Indice nonnisi septuaginta libri damnati reperiuntur, alius sub Pontificatu Julii III. Anno 1552. Florentiis, & Anno 1554. Mediolani & denuo Venetiis ac demum copiosior talis Index auctoritate Pauli IV. Anno 1559. prodiit. Hos indices Petrus Paulus Vergerius Apostata virulentissimis annotationibus pro more suo proscidit, ac inter cetera Paulum IV. falso insimulavit, perinde ac si *consilium seu consultationem de emendanda Ecclesia*, quam Paulus

lus III. cum novem Cardinalibus iniit, in Romanum ſuum librorum proſcriptorum indicem retuliſſet: Suæ vero criminationi veriſimilitudinis ſpeciem adſciverat Vergerius, ex eo, quod in præfato Indice ad literam L. legiſſet: *Liber inſcriptus, Conſilium de emendanda Eccleſia*, non attendens, aut, ut calumnia locum haberet, ſtudioſe attendere nolens, quod hæc proſcriptio non in ipſum Novem-virale Pauli III. conſilium, ſed in acerbam Joannis Sturmii cadat epiſtolam, quæ Pauli IV. tempore in Sturmiana hujus Conſilii editione erat annexa (*): ſeu ut clarius & ad tollendam omnem cavillationem, & proſcripti hujus Conſilii ſuſpicionem expreſſum legitur in Indice Benedicti XIV. juſſu edito, ubi ad literam C. legitur: *Conſilium de emendanda Eccleſia, cum notis vel Præfationibus hæreticorum.* Præterea in eodem Pauli IV. Indice proſcriptus etiam legitur *liber de unitate Eccleſiaſtica*, cum omnibus tamen notum ſit, non librum hunc a Reginaldo

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

(*) Hanc cavillationem Kieslingius & Schelhornius recoxerunt, utriusque vero argutias doctiſſimus Cardinalis Quirinus confutavit; vid. ejusdem epiſt. 46. & 48. necnon Kieslingi epiſtolam ad Eundem Lipſiæ 1747. & illam Schelhornii Tiguri 1748. impreſſam.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

naldo Polo compositum, sed prout a Vergerio Argentorati editus est, designari (*). Utut de hoc sit, id certissimum est, quod, cum hæresis periculum augeretur, & hæreticorum, malæque notæ librorum copia succresceret, operam suam jungentibus ipso Michaele Gislerio tum Generali Inquisitore, & Christophoro Patavino Ord. Erem. S. Augustini Generali, aliisque Theologis Congregatio S. Officii sub auspiciis Pauli IV. Anno 1559. Romæ, eodemque anno Bononiæ per F. Eustachium Locatellium Bononiensem Inquisitorem ampliorem hunc confecerit Indicem, cui titulus: *Index Auctorum & librorum, qui ab officio S. R. & Universalis Inquisitionis caveri ab omnibus & singulis in universa Christiana Republica mandantur sub censuris contra legentes vel tenentes libros prohibitos in Bulla, quæ lecta est in Cœna Domini expressis, & sub aliis*

(*) Hic Catalogus Anno 1560. Regiomonti in Borussia apud Jacobum Dabmonnum recursus est, quo autem consilio & quibus Auctoribus patet ex præfixo hoc titulo: *Postremus Catalogus hæreticorum Romæ conflatus Anno 1559. continens alios quatuor Catalogos, qui post decennium in Italia, necnon eos, qui in Gallia & Flandria post renatum Evangelium fuerunt editi cum nonnullis annotationibus Vergerii, quæ tyrannidem, ineptias & fæditatem ipsius Catalogi magis aperiunt.*

aliis pœnis decreto ejusdem S. Officii contentis, typis Antonii Baldi Cameralis Impressoris, de mandato speciali S. Officii Romæ Anno MDLIX. *Mense Januario.* Hic Index quatuor complectebatur partes, in quarum prima referebatur S. Inquisitionis decretum de prohibendis libris: in secunda recensebantur ordine Alphabetico libri vetiti, in tertia erat Index specialis Bibliorum, quorum editiones potissimum ab hæreticis factæ prohibentur: quarta recitat nomina typographorum. Adversus hunc Indicem variæ movebantur difficultates, quapropter in aliquibus Provinciis ac locis non fuit receptus præcipue quia in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione privari sibi permolestum censebant Viri docti, qui etiam notarunt, in eo nonnulla esse parum explicate posita, quæ explicatione indige-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Eapropter in Indice librorum jussu Bernardi Sandoval Card. & Archiepiscopi Toletani Anno CIC. ICCXII. Madriti excuso legitur: *Consilium de emendanda Ecclesia*: LIBER SIC INSCRIPTUS, & *Consilium Pauli III. datum Imperatori in Belgis cum Eusebii Pamphili pia explicatione*: *LIBER SIC INSCRIPTUS.* Ubi per addita hæc verba: *liber sic inscriptus* clare indicatur, non ipsam horum librorum materiam, sed a malevolis & hæreticis addita & sub hoc titulo edita fuisse proscripta:

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

digerent. His difficultatibus cum longe prævaleret ejusmodi operis utilitas imo & neceſſitas, hinc ut doctorum commodis & ſtudiis, ſalva veritate ac religione conſuleretur, ſtatutum eſt, retinendum eſſe quidem hunc Indicem, demptis tamen quibusdam atque etiam additis, & conficiendas eſſe quasdam Regulas, quas illi, qui indici componendo operam dabant, obſervare teneantur: demum vero Paulini Indicis mutatio, totumque hoc negotium ad Tridentinam Synodum remiſſum eſt: Illa vero in Seſſione decima octava, quæ erat ſecunda ſub Pio IV. Papa Anno 1562. die vigeſima ſexta Februarii cenſuit, quamvis *multæ cenſuræ in variis Provinciis, & præſertim in alma Urbe Roma pio quodam Zelo editæ* fuiſſent, quin *huic tam magno ac pernicioſo morbo ſalutaris ulla profuiſſet medicina*, ſeligendos eſſe quosdam Synodi Patres, qui *de cenſuris, librisque, quid factu opus eſſet, diligenter conſiderarent, atque etiam ad eandem S. Synodum ſuo tempore referrent.* Igitur ex omnibus ferme Nationibus plures ſelecti *Præſules tam doctrina, quam judicio inſignes qui non ſine maximo labore, plurimisque vigiliis, adhibitis quoque in conſilium lectiſſimis quibusdam Theologis* conficiendo huic Indici manum admovere, cum autem

autem res majoris esset operis, quam ut a totius Synodi Patribus adhuc congregatis, *ob librorum varietatem & multitudinem, distincte & commode* in examen vocari posset, hinc Synodus præcepit, ut hic Index plene confectus Pio IV. Pontifici exhiberetur, ejusque judicio atque auctoritate, terminato negotio, evulgaretur. Hic ergo Pontifex hunc Indicem *doctissimis quibusdam, probatissimisque Prælatis denuo accuratissime legendum, examinandumque tradidit*, ac ipsemet eum pervolvit: cumque illum magno studio, acri judicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognosceret, eum unacum Regulis eidem præfixis auctoritate Apostolica die vigesima quarta Martii Anno MDLXIV. approbavit, & imprimi ac divulgari præcepit. Hic igitur Index, qui ex præscripto Tridentinæ Synodi editus, & in variis hujus Concilii editionibus annexus reperitur, Coloniæ Agrippinæ Anno 1564. & pluribus aliis in locis publicis typis divulgatus est.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Præterea Neapoli P. Gregorius Ord. FF. Capuccinorum indicem expurgatorium Venetis literis Anno 1588. excusum publici juris fecit: cum autem post Tridentinæ Synodi Catalogum plures alii æque pernicioſi libri partim conscri-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

pti ac editi, partim alii, qui scripti antea delituerant, in medium prodirent, eapropter Gregorius XIII. & postea Sixtus V. multis illustratis atque ad regulas adjectis necessariis rebus mandavit, ut nonnulli alii ejusdem generis libri præfato Indici adderentur: quoniam vero hic Pontifex opere nondum adsoluto vivis eriperetur, Clemens VIII. ejus Successor septem Cardinales, aliosque pios ac eruditos Viros selegit, quibus omnia & singula, quæ a Sixto V. hanc in rem statuta fuere, diligenter examinanda commisit, huncque Indicem, qui Tridentini Indicis appendix vocari solet, sedulo recognitum, librorum numero auctum, atque nonnullis in præfatas Regulas observationibus illustratum nova luce donavit, qui Romæ Anno 1596. & postea eodem anno Venetiis, ac biennio post Coloniæ *adjecta instructione de exequendæ prohibitionis, deque sincere emendandi & prohibendi libros ratione* editus fuit: anno autem sequenti idem Catalogus Ferrariæ excusus prodiit.

Suppl. apol. ad acta Boll. pag. 661. §. 4. n. 22.

Silentio haud prætereundum censeo, recentiorem quemdam Scriptorem liberius asserere, quod Regulæ Indicis & Instructio Clementis VIII. ad easdem, nonnulla contineant in usum nunquam de-

deducta. *Promittunt* enim, uti ille ait, Expurgatorium Codicem, quo *omnium & singulorum Auctorum* undequaque suspectorum libri castigarentur, & sic castigati typo vel manu tractari a quolibet libere possent, addita in principio libri, tum veteris prohibitionis tum recentis emendationis ac permissionis mentione, exempli gratia, *Bibliotheca a Conrado Gesnero Tigurino damnato auctore olim edita ac prohibita, nunc jussu superiorum expurgata ac permissa.* Hæc ille, attamen nec Instructione VII. nec in Regulis deprehenditur, promissum fuisse ejusmodi Codicem expurgatorium, sed unice Episcopis & Inquisitoribus per Viros eruditione & pietate insignes expurgandi facultas datur, eisque præcipitur, ut postquam ejusmodi Codicem expurgatorium confecerint, mandato isque Episcopi ac Inquisitoris impressus fuerit illi, qui libros expurgandos habebunt, eos de eorumdem licentia corrigere possint, ad præscriptum harum regularum: Ceterum quod Clemens VIII. dum modum denuo imprimendi taliter expurgatum damnati Auctoris librum præscripsit, in exemplum Bibliothecam Gesneri Tigurini (uti præfatus auctor scripsit) ideo adduxerit, quia hæc *una est ex primis libris, quos Papa optavit, voluitque propter sum-*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

mam ejus inter Scriptores utilitatem ac
neceſſitatem expurgatos, hæc plane ni
niſi minus fundata, ac pro arbitrio e
cogitata conjectura eſt, ſed ad noſtr
Indices revertamur.

Igitur Anno 1607. Romæ edit
eſt Index expurgatorius, ſub hoc t
tulo: *Indicis librorum expurgando*
ſtudioſorum gratiam confecti Tomus I.
quo quinquaginta Auctorum libri præ
ris deſiderati emendantur. Per Fr.
Mariam Braſichellenſem ſacri Palatii Ap
ſtolici Magiſtrum in unum corpus adac
& publicæ commoditati editus, Romæ
typographia R. Cameræ Apoſtolicæ Sup
riorum permiſſu. Inter hoſce libros r
peritur etiam liber *de inſtitutione M*
nachorum, acriori, quam par erat, ce
ſura caſtigatus, præterea *Bibliothe*
ſanctorum Patrum Pariſ. Anno 1589. ex
cutitur, cujus titulum Braſichellenſis
ita immutavit: *Bibliotheca Patrum*
veterum Auctorum Eccleſiaſticorum; ple
rumque enim titulum *ſancti* vel *dic*
aliaque tanquam de Pelagianismo alis
que erroribus ſuſpecta expunxit,
nominatim in libello S. Antonii Abbat
ad hanc gloſſam: *penes nos ſitum*
ut Deus miſereatur noſtri, item, *ſalutem*
no

(*) Vero nomine vocabatur Joannes Ba
ptiſta Guanzellus natus Briſighellæ in Faven
tina Diæceſi.

noſtram reliquit Deus in voluntate noſtra addidit: caute lege, nam verba inclinant in Pelagianum errorem &c. item, *caute lege; nam ſalus noſtra in manu Dei, ejusque gratia potiſſimum ac primum ſita eſt* &c. Pariter teſtimonia quædam pro immaculata conceptione B.V.M. necnon revelationes ex SS. Athanaſio, Chryſoſtomo, Ambroſio &c delevit, atque in dubium revocavit: quocirca hic tomus, *quamprimum Romæ prodierat, ſuppreſſus ac recudi prohibitus eſt, nec porro proceſſum in reliquo opere, quod mox apparuit futurum ſeminarium litium infinitarum, quibus ſuſtinendis nec unus nec plures forent pares, quantavis auctoritate ſubnixi, ut de labore nihil dicam nunquam finiendo, licet omnes Curiæ Romanæ miniſtri fuiſſent Braſichellenſi pares eruditione, ſolertia, aſſiduitate, & faſtidioſiſſimi ſtudii tolerantia.* Nova equidem expurgatorii hujus indicis editio facta eſt Bergami Anno 1608. quarto tamen poſt anno per Pontificis decretum ſuppreſſa. Index vero Romanus a Clemente VIII. recognitus ſæpiſſime recuſus eſt, & quidem Venetiis 1597. Coloniæ Anno 1627. Duaci Anno 1618. ſicut & Anno 1640. Franciſci Magdaleni Capiferrei elenchus Librorum prohibitorum Romæ ſecunda vice vulgatus, præter *decretum S. Indicis Congregationis, quo damnati & re-* Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. *ſpective ſuſpenſi fuere infra ſcripti libri &c.*
A. C. 1738. *Romæ* 1664.

Præterea Alexander VII. An. 166[illegible] librorum proſcriptorum indicem diver[illegible] a prioribus methodo ordinatum, atqu[illegible] in varias partes diſtributum Romæ ſu[illegible] nomine edi ac promulgari juſſit, c[illegible] Anno 1667. junctus eſt index Trident[illegible] tinus cum indice decretorum, qu[illegible] circa librorum prohibitorum edita fuer[illegible] Pariter Innocentii XI. juſſu Anno 168[illegible] Romæ alius prodiit ejusmodi Cat[illegible] logus, qui Pragæ Anno 1726. jux[illegible] exemplar Romanum recuſus contin[illegible] ejusdem Papæ Indicem usque ad an[illegible] num 1681. & unam appendicem usqu[illegible] ad Annum 1704. & alteram usque a[illegible] Annum 1716. & tertiam usque ad Men[illegible] ſem Majum Anni 1718. & quartam us[illegible] que ad M. Junium Anni 1734. Roma[illegible] editas. Exſtat quoque alius Clemen[illegible] tis XI. Romæ Anno 1711. & 1716. im[illegible] preſſus: Cum autem omnia hominum[illegible] labore ac ingenio confecta (præter ſo[illegible] lam fidem Catholicam) omnimodam in[illegible] ſuo principio ac progreſſu perfectionem[illegible] non habeant, ita & in his Indicibus ac[illegible] cidiſſe teſtatur Benedictus XIV, ut ea[illegible] pro illa temporum conditione ſatis dili[illegible] genter atque utiliter in iis conficiendis[illegible] laboratum ſit, diuturna tamen obſer[illegible] vatione atque experimento compertum[illegible] ha-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

haberetur, memoratos Indices neque satis correctos, neque satis usui accommodatos prodiisse; eapropter idem Pontifex e publica utilitate fore censuit, si novus Index methodo aptiore digestus, & a mendis, erratisque pluribus emendatus construeretur. Hanc in rem prævie Anno 1753. Constitutione edita methodum in examine & librorum proscriptione servandam præscripsit, ac demum totum hoc negotium Congregationis Indicis Cardinalibus dirigendum, promovendumque commisit. Absolutum vero ad ipsius mentem Indicem, & ab iisdem Purpuratis revisum atque recognitum Pontifex approbavit, & Romæ Anno 1758. opera R.P. Thomæ Augustini Richinii Ord. FF. Præd. præfatæ Congregationis Secretarii edi curavit, cui etiam appendix librorum ab Anno 1758. usque ad diem decimam septimam Januarii Anni 1763. proscriptorum accessit.

Editi sunt præterea alibi Episcoporum imo & Principum cura ac vigilantia plures hujusmodi indices, & quidem in Hispania jussu Philippi II. Regis Anno 1570. primus ex officina Plantiniana Antverpiæ publicam lucem aspexit, mox etiam anno sequenti idem Rex alium ab Hispaniæ Archiepiscopis & Theologis confectum & Ariæ Mon-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

tani præfatione illuſtratum ibidem ed curavit ſub hoc titulo: *Index expurg torius librorum, qui hoc ſæculo prodieru vel doctrinæ non ſanæ erroribus inſper vel inutilis & offenſivæ maledicentiæ fel bus permixtis, juxta S. Concilii Triden decretum; Philippi II. Regis Catholici ju & auctoritate atque Albani Ducis conſi ac miniſterio in Belgio concinnatus.* Hun indicem Junius Calviniſta, ſicut cam lunam, allatravit, & Heilbrunenſes Præcones illius Auctores fuiſſe Jeſu tas, falſiſſime aſſerunt, ut patet ex ipſ Benedicti Ariæ Montani præfation Inſuper Anno 1583. Caſpar Quirog Cardinalis & Archiepiſcopus Toletanu Hiſpaniæ Generalis Inquiſitor ex con ſilio ſupremi Senatus & generalis In quiſitionis alium Indicem expurgato rium Madriti vulgavit: hic idem inde Indici Belgico Albani Ducis conſilio, ut meminimus, concinnato, & Ann 1609. Argentinæ recuſo adjectus fuit. Inſuper Bernardus de Sandoval & Ro xas Cardinalis, Archiepiſcopus Tole tanus, Hiſpaniarum Primas Anno 161 Madriti(*) & Antonius Zapata Cardinalis ac Inquiſitor Generalis Hiſpali Anno 1631. & Antonius a Sotomajor ſupre mus Præſes, & generalis Inquiſitor au ctori-

(*) Hic idem Index Genevæ 1619. recuſus prodiit.

ctoritate Philippi IV. Anno 1640. Madriti ejusmodi Indices librorum prohibitorum atque expurgandorum edidere: Denique ex consilio supremi Senatus Inquisitionis generalis Madriti Anno 1677. & sub Philippo V. Rege Anno 1707. novi ejusmodi Indices prodierunt, Panormi, Madriti & alibi sæpius recusi. Postremo Mascarenhas Algarbiæ Episcopus & in Lusitania Inquisitor Generalis Indicem a Lutheri & Erasmi tempore publicavit. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Hoc autem anno Clementis XII. jussu ad prohibitorum censum die decima quarta Januarii revocati sunt sequentes Libri I. Festa Christianorum & Apostolorum auctore Andrea Wilkio. II. Vade mecum piorum Christianorum. III. Res contractus Joannis Tubæ. IV. Historia universalis ab exordio Mundi usque ad præsens tempus ex Anglico in idioma Gallicum & Italicum versa. V. Guilielmi Scherlocki sermones in varios textus S. Scripturæ. VI. Samuelis Pufendorffii introductio ad Historiam Europæam latine reddita a Cramero unacum supplemento. VII. Francis Osborn opera miscellanea. VIII. Gerardi Noodo opera omnia. IX. Media secura & honesta pro conversione omnium hæreticorum & monita salutaria pro reformanda Eccle-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

sia. X. Danielis Morhofii Polyhistor literarius, Philosophicus ac practicus cum accessionibus Frickii & Molleri. XI. Matthiæ Martinii epitome S. Theologiæ XII. Samuelis Basnagii Annales Politico-Ecclesiastici XIII. Bibliotheca Lubecensis, & Bibliotheca magna Ecclesiastica XIV. Dominici Brullaughani opusculum de Missione & Missionariis. XV. Ascanii Centomani notæ in favorem Josephi Nardelli XVI. Cleitronii dialogus Richardum inter & Joannem quondam condiscipulos. XVII. Corona aurea ad B. V. M. XVIII. Antonii van Dale Dissertationes de oraculis Ethnicorum, de consecrationibus Ethnici, de origine & progressu idololatriæ, de vera & falsa Prophetia. XIX. Tobiæ Eckard auctoritas Henrici Leonis circa sacra. XX. Ecclesia Protestantium per Ecclesiam Romanam circa quosdam controversos articulos vindicata. XXI. Joan. Alberti Fabritii Salutaris Lux Evangelii, *donec corrigatur.* XXII. Joannis Locke rationalis Christianismus. XXIII. Vitæ Sanctorum collectæ ex authenticis Historiæ Ecclesiasticæ monumentis XXIV. Eduardi Leigh annotationes Philologicæ & Theologicæ in N. T. XXV. Christophori Joecheri Philosophia Hæresium obex. XXVI. Historiæ Ecclesiasticæ compendium a Christo

Christo nato usque ad annum 1700. Sæc. XVIII.
XXVII. Nicolai Gürtleri Institutiones A. C. 1738.
Theologicæ cum Martinii epitome.
XXVIII. Salomonis Glassii Philologia Sacra. XXIX. Joannis Genselii observationes sacræ in Codicem sacrum.

§. XXXII.

Catholicorum vexatio in Sinensi Imperio.

Interim Catholicorum res in Sinensi Imperio inter crebros alternantis fortunæ casus semper dubia fluctuabat; Kienlungus enim novus Imperator Juntschini defuncti Filius, cum sese totum carnis illecebris, otio & vanitatibus dicaret, & aliunde volubilis ingenii Princeps esset, ad Regni Procerum & Mandarinorum nutum Catholicis quandoque benignum, plerumque vero austerum sese exhibuit, & quod pessimum erat, cuicunque delatori, neglecta veritatis indagandæ cura, faciles præbuit aures; inde frequens atroxque procella Catholicis ac præsertim Viris Apostolicis incubuit, Mandarinis omnem Imperatoris animum accendendi occasionem studiose captantibus. Horum quidam infimæ sortis homuncio nomine *Tchasse hai* totius rei Catholicæ excidium hoc anno parare meditabatur,

Sæc. XVIII. A. C. 1738. tur, cauſſa & quidem leviſſima inde arrepta. Sororem habebat Catholicorum ſacris addictam, hanc ad anniverſariam Gentilis ſuperſtitionis feſtivitatem invitat, illa tamen eo accedere cum Religionis ſanctitas prohiberet, Fratri repulſam dat: Tum vero Mandarinus minari, inſanire, & velut lymphatus furere: pro more igitur porrecto rurſus libello, Imperatori graves in Chriſtianos calumnias effundit, multaque eis crimina falſo impingit, aut potius jam antea expoſita & centies diluta recoquit, ac inſuper media præſcribit, quorum uſu Religio Chriſtiana latius ſerpens, & Sinenſi Imperio exitioſa facillime ac radicitus extirpari poſſet. Hujus calumniatoris flabello perſecutionis flamma ſub cineribus latens in apertum erupit incendium; nam Imperator ſæva in Catholicos edicta a ſuo Patre ſancita innovat, in Catholicos natione Sinenſes ſedulo inquiri, eosque ad ejurandum Chriſti nomen compelli jubet, ſecus omni tormentorum genere cruciandos. Europæos autem, qui ſcientia præſtantes eſſent, tolerandos quidem, indictis tamen ſeveriſſimis pœnis præpediendos, ne quempiam de populo aut militia a patria ſua Religione ad Chriſtianam inducere præſumerent. Enimvero Miſſiona-

sionarii hoc mandato velut fulmine tacti, sua tamen innocentia tuti, Imperatoris clementiam exorare statuunt, eoque fine Eidem per primæ admissionis Ministrum nomine *Ma Tsi* libellum supplicem tradunt. Hic equidem suum eis spondet officium, promisso tamen animosior quam facto; quippe hic idem præter omnem spem die sexta Februarii libellum nequidem referatum Missionariis restituit. ac causæ exitum patienter esse præstolandum respondit. Ergo nil nisi funestum ac fatale sibi inde præsagire poterant Missionarii, haud ignari, quod Imperator, quod justum & æquum esset, discutere haud sollicitus, a Procerum & Mandarinorum arbitrio dependeret, & ad eorum sententiam sua edicta moderaretur: Nec vanus erat eorum timor ac suspicio; Mandarini enim in Christianæ fidei exterminium oppido intenti, rem tanta festinatione urgebant, ut jamjam die vigesima Aprilis sævum Imperatoris mandatum per omnes Regni Provincias & Urbes esset promulgatum. Hoc comperto Catholici mox altera die sese jamjam ad tormenta, martyrium & mortem mira animi fortitudine ac fidei constantia præmuniunt, ad Templa certatim convolant, & expiatis conscientiæ noxis Cælesti fortium cibo robo-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

roborari poſtulant. Paulopoſt ſeverâ inquiſitioni datur initium, & Mandarini ſuos quisque ſubditos ad examen trahunt, demum patefacto Imperatoris mandato, eos ut Chriſti fidem abnegarent, jubent, ſi qui vero renuerent, mox tortoribus traditi, crudelem in modum fuſtibus adeo tundebantur, ut vix non ipſa oſſa comminuta diſſilirent. Erat tamen Catholicorum incredibilis in ſuppliciis conſtantia tantaque in appetenda morte alacritas, ut Mandarini ſe a Chriſtianis ad perferendos cruciatus potius quam inferendos prævenirí ſuam ignominiam eſſe arbitrarentur. Primas plane obtinuit quidam viginti ſex annorum juvenis, nomine Laurentius Theou: Is a Mandarino, ut Chriſtum abdicaret, laceſſitus, invocato nomine Jeſu, intrepido prorſus animo reſpondit, ſe nullis cruciatibus adigi poſſe, ut a ſuſcepta Chriſti fide deficeret: Inſtat Mandarinus promiſſis, precibus & minis, ſed his omnibus longe ſuperior erat immota Laurentii conſtantia, qua inter pſalmos & cantica hilari vultu atrociſſima quævis tormenta ſuſtinuit, unice dolens, quod ob remiſſam carnificis fævitiam parata martyrii palma ſibi velut e manibus erepta fuiſſet; non raro enim Judices, cum Catholicorum animas perdere potius quam

quam corpora anhellarent, immitti clementia invitos ac renitentes Christi Athletas post diuturnos cruciatus vinculis exui, & a tormentis cessari jusserunt, sparso mentientis famæ rumore, eos a Christo defeciisse. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Ast illi geminato Spiritus ardore pro Christi caussa decertantes ad Mandarinorum confusionem testati sunt, non vitam sibi ab his sceleratis donatam, sed duntaxat mortem ideo dilatam, ut per acrius longiusque martyrium vitam cum sanguine eo glorioſius pro Christo profundere possent: Interim in cunctos Christianos tanta rabie sævitum, eorumque corpora tam crudeliter fustibus contusa, ut ipsimet Prætores ad tam immane spectaculum exhorrescerent, Christiani vero in eo maximopere lætarentur, quod per horum Martyrum constantiam Religionis Catholicæ veritas, virtus & triumphus luculento comprobaretur testimonio.

Ceterum persecutionis tempestas in ipsos etiam Christianos prætoriæ cohortis milites propagata est, inter hos præcipuus erat cujusdam Nobilis Mandarini Filius, nomine Petrus Tchang, qui tanta animi fortitudine ac fidei constantia horrendos cruciatus tolerabat, ut Mandarinus quidam ceteroquin truculentissimus in hæc verba pro-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

prorumperet, *aut hanc tantamque Christianæ fidei vim ineſſe, aut Chriſtianos ea pollere arte, quæ inter atrociſſima verbera doloris ſenſum in eis extingueret.* Interim Miſſionarii ſedulo Dei, hominumque opem implorabant, ut ni penitus ceſſaret, lenior ſaltem eſſet procella, remiſſiorque perſecutio: haud temere enim ſibi perſuadebant, quod Juvenis Imperator aliunde rebus publicis indormiens, aut tantæ immanitatis in Chriſtianos exercitæ inſcius eſſet, aut forte rem edoctus, facile ad mitiora flecti poſſet: igitur Caſtiglionis, quitum in Imperatoris cubiculo pingebat, opera utuntur, eidemque libellum ſupplicem tradunt, atque Imperatori pro temporis opportunitate porrigendum committunt, unacum decreto, vi cujus Imperatoris Avus Catholicis liberum Chriſtianæ Religionis exercitium perpetuo indulſerat: Pictor itaque captata occaſione libellum Imperatori tradit, eumque ſibi adeo propitium experitur, ut Imperator, quid Miſſionarii peterent, comperto reſponderet, *Chriſtianam Religionem non proſcripſimus, ſed duntaxat eam profiteri, militiæ adſcriptis inhibuimus*: Interea vero temporis *Cenſorium* ut vocant, Tribunal die duodecima Maij edito decreto ſtatuit, ut quiscunque ex plebe aut militia Chriſtianæ Reli-

Religioni nomen dediſſe convinceretur, in vincula conjectus, ſeveriſſimis mulctandus eſſet ſuppliciis. Hoc percepto Miſſionarii omni ſpe dejecti, ac conſilii inopes, quo ſe verterent, quidque agerent, non invenere, altera tamen die in ſpem novam erigebantur, ad ædes vocati cujusdam ex præcipuis Aulæ Miniſtris, nomine Hay ouang, a quo intellexerant, Imperatorem nolle eorum libellum ſupplicem diſcutere, eoquod eis jam antea Religionis ſuæ libertatem conceſſiſſet, & ab ea duntaxat Sinenſes milites excluſos vellet: Inſtabant quidem Miſſionarii impenſis oppido precibus, ut & his Chriſti fidem profiteri liceret, ſimulque præſentibus Chriſtianorum ærumnis levamen afferretur; aſt incaſſum omnia; ſæva hæc vexatio integrum adhuc tenuit bimeſtre; nihilominus tamen Tribunalis edictum, ut alias moris eſt, nec publicis inſertum novellis, proin nec perſecutionis tempeſtas ad univerſum imperium effuſa: quinimo ipſemet Imperator in variis occaſionibus erga Viros Apoſtolicos magis benignum ſeſe exhibuit, eisque, dum in die Natalis ſui pro more ad Palatium acceſſerant, de menſa ſua ſelectiores quosdam cibos porrigi juſſit, compertaque P. Joſephi Suareſii I. Miſſionarii plusquam octoge-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

narii morte pro ejus sepultura magnam pecuniæ vim erogavit.

In hoc statu erant hoc anno in Sinis Catholicorum res, qui quamvis benignioris fortunæ spe sese lactarent, edictorum tamen severitate nondum revocata in continuo mortis periculo ac metu fluctuabant, Mandarinis in id unice intentis, ut arrepta quavis occasione Christianorum sanguine implacabilem odii furorisque sui sitim explerent. Nec diu abfuit ejusmodi consilii prætextus; cum enim Peckinensis Urbis Missionarii infantes publice expositos ad Nosocomia deferre, eos sacro fonte tingere, alere, & Christianæ Religionis præceptis imbuere curarent, præter omnem exspectationem Lieoneulus Missionarius natione Lusitanus, cum sacro hoc ministerio fungeretur, capitur, & ad Gubernatoris domum raptatur. Severa in eum fit inquisitio, varia imputantur crimina, adhibentur etiam minæ; nullum tamen aliud deprehendi potuit scelus, quam ipsum esse Catholicum, quapropter unacum suo delatore ad criminale Tribunal trahitur, cujus Præses de oblata Christianos vexandi occasione lætissimus Lieoneulum bis equuleo torqueri jubet, eo fine, ut tormentorum vi adactus fateretur, quod Europæi popu-

lum

lum Sinenſem promiſſo datoque auro ad fidem Catholicam alliciant, ac pertrahant; cum vero id omnino negaret, eosque ſolam Evangelii prædicationem adhibere, conſtanter aſſereret, tyranni juſſu centum fuſtium ictibus dire mulctatus, atque ad collum ferream cincturam, cui hæc inſcripta erant verba: *Reus, quia Chriſtianus*, integro Menſe, geſtare juſſus, demum quadraginta fuſtibus rurſus crudeliter excruciatus eſt: Nec innocui hujus ſupplicio ſatiabatur Præſidis rabies; inſuper enim die decima quinta Novembris per univerſam Urbem edictum promulgari juſſit, vi cujus ſevere inhibitum, ne quis ſub ſpecioſo infirmos ſanandi obtentu Noſocomia accedere, aut Religionem Chriſtianam &c. amplecti præſumeret: Inde novæ Miſſionariorum curæ & anguſtiæ; priſtinæ tamen Imperatoris benevolentiæ confiſi, denuo libello ſupplici ſuas preces in ejus ſinum effundunt: iniquiſſimo tamen fato contigit, ut Imperator peregre profectus, abſens eſſet, proin ejus abſentia fretus Criminalis Curiæ Præſes præfatum contra Catholicos edictum in Urbis foribus aliisque locis ubique affigi juberet.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Itaque in fatali hoc rerum concurſu nil reliquum erat Miſſionariis, niſi ut inter lacrimas & gemitus reditum Im-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

peratoris patienter præstolarentur; cui etiam die secunda Decembris reverso, per quemdam Nobilem sibi sat propitium quinto post die libellum suum supplicem porrexere: Ast Imperator libellum eidem Curiæ, adversus quam Missionarii suas querelas deferebant, discutiendum, infausta prorsus sorte tradidit; desuper enim Præses interrogatus, præprimis suam agendi rationem excusabat edictis Cæsareis jam sæpius promulgatis, vi quorum omnibus Missionariis (exceptis illis, qui ad exercendas artes & scientias Peckini subsistere permissi essent) Imperio excedere mandatum, omnibusque Sinensibus & Tartaris Christianam Religionem profiteri inhibitum fuisset; postea in Christianorum odium apprime diserrtus, fusius exponebat, de Sinensis Imperii & Imperatoris salute populique incolumitate actum esse, si spreta religione patria promiscue omnes ad nova sacra toti Regno vel maxime nociva inducere ac imbuere concederetur &c. Hæc & atrociora adhuc Præses contra Catholicos invidiosa prorsus eloquentia exponebat, quæ etiam Imperator secundis auribus excepit, atque in ejus vota descendens, Missionariis significari jussit, liberum Religionis suæ exercitium ipsis in eorum, Templis concessi qui-

quidem, severissime tamen prohiberi Sæc. XVIII. A. C. 1738.
Tartaris ac Sinensibus, ne hanc Religionem profiterentur. Hoc responso parum Apostolici Ministerii libertati consultum esse censebant Missionarii, quapropter per Castiglionem rursus suas preces Imperatori insinuabant, a quo quidem per Regium Principem paulo benignius recepere responsum, propterea tamen securitati Catholicorum a Mandarinorum vexationibus sat cautum non erat; eoquod hæc Regis pollicitatio duntaxat oretenus data in tabulis non esset relata, proin Missionarii probe prospicerent, supremos Curiarum Præfectos nullam hujus promissi rationem habituros, sed potius continuata Christianorum persecutione non modo Peckini, sed & in omnibus Imperii Provinciis sua edicta contra Catholicos promulgaturos: Eapropter rursus Imperatorem interpellare tentant, lacrimisque ubertim effusis eidem supplicant, ut quempiam ob Religionem Catholicam castigari, aut contra Catholicos edicta affigi, Regio decreto prohibere velit: Annuit Missionariorum votis Imperator, eisque respondit, deinceps contra Religionem Christianam nullum affigendum esse edictum. Cum autem hæc Imperatoris voluntas rursus duntaxat oretenus supremis

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Curiis significaretur, hinc earum Præ- sides magis inde exasperati, linguam & manus contra Christianos armarunt, ac præprimis Præsidis sententiam nu- per Imperatori expositam, ejusdemque approbationem ab Imperatore desuper factam ad omnes Imperii Provincias transmiserunt, addito mandato, ut ibi cuncta hæc scripta ad acta referren- tur, postea Christianos hostium suorum furori expositos adeo coarctabant, ut nequidem necessaria obtinere possent, nisi ea a Provinciarum Gubernatoribus & Mandarinis maxima animi submis- sione, flexisque genibus efflagitarent: Enimvero Missionarii vicissim suos li- bellos supplices, & responsa sat propi- tia ipsis nuper ab Imperatore desuper data, iterataque ejusdem promissa pu- blicis typis vulgabant, sibique Patha- lyensis Gubernatoris gratiam per Pa- trem Pereyram Lusitanum mirifice con- ciliabant: Attamen apud eos, quibus Christianos perdere constitutum erat, prævaluere Præsidum edicta; quocirca Missionarii hinc inde in Imperio agentes proximæ persecutionis metu vel clam aufugerunt, aut in angulis delituere, atque inter eos præcipue PP. Antonius a Matre Dei, & Ferrayus Ord. S. Fran- cisci Peckinum sese receperunt, quos etiam die decima sexta Augusti anno se-

sequenti integra cujusdam Chensiensis Mandarini Familia Christi fidem professa sequebatur: Nihilominus tamen in Evangelici laboris subsidium S. Congregatio de Propaganda novos Operarios ex Ordine S. Augustini natione Gallos Sinas ablegavit, qui tamen recepti non fuere, quocirca hoc anno Pontifex Halicarnaseum Episcopum de la Beaume des Achards Commissarium Apostolicum eo decrevit, qui etiam die vigesima octava Septembris Roma profectus, ac postea Font-bellaqueum deductus per Nuntium Apostolicum ad Franciæ Regis alloquium admissus est. Præterea fervente persecutione quatuor Sinenses Juvenes e patria sua profugi Parisios venere, efflagitantes, ut in fide Catholica probe instituerentur: quocirca in exterarum Missionum Seminario recepti sunt, ut veræ Religionis præcepta plene edocti in patriam reverterentur, & ibi Christi Evangelium suis popularibus annuntiarent: Cumque Sinensium Missionariorum literis compertum esset, quod plures adhuc Sinenses Catholicæ fidei desiderio incensi in Europam transmigraturi sint, hinc pariter Neapoli de construendo ejusmodi Seminario actum est, in quo Religionis Christianæ institutis optime imbuerentur. Coloniæ etiam congre-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

gabantur Sacerdotes, qui pro conversione Ethnicorum in Malabaricis Insulis, aliisque Orientalis Indiæ regionibus laborarent.

§. XXXIII.

Catholici in Tunchinensi Regno graviter vexati.

Ab eo tempore, quo Tunchinenses excusso Sinici Imperii jugo, sese in libertatem asseruerant, propriumque Regem elegerant, multo Missionariorum sudore & sanguine Crux Christi in his terris plantata, ac rigata fuit. Varia tum in hoc Regno erat Rei Catholicæ sors; sæpe enim maximis incrementis floruit, & non raro asperiori persecutionis pruina nascentes Evangelii flores ad imas ferme radices decoxit; alternabant aliquamdiu hæ vices & quidem pro genio Regum, quorum aliqui Catholicis favebant, alii sufflantibus Bonziis Christianorum germina ferro & igne exscindere nitebantur; semper tamen in hoc Regno immota Christianorum virtus & constantia inter carceres, tormenta, & mortes enituit; id vero sine omni controversia debebatur indefesso Divinæ gloriæ Zelo, quo inflammati Viri Apostolici ex Macaoensi Urbe in hoc Regnum generoso

tot

tot periculorum mortisque contemptu penetrarunt. Erant hi Casparus Graz Juliacensis Germanus, Bartholomæus Alvarez, Emanuel de Abreu Christoval, necnon Sampayus, Carvalhus & da Chuna Jesuitæ Lusitani. Hi anni prioris die decima Martii Ancamia Lofeoum finitimam Regni Urbem pervenere, Sampayo tamen gravi infirmitate oppresso Carvalhus & quidam Catechista ibidem subsistere jussi sunt, ceteri vero quatuor unacum Marco & Vincentio Catechistis ad Pagum *Batxa* navigarunt, ubi tamen a quibusdam circumvagantibus Tunchinensibus explorati, ac superata navi rebus omnibus spoliati sunt, cum vero hi scelerati prædones inter alias reculas etiam Christi Crucifixi imaginem deprehendissent, hos esse Missionarios suspicati, illos unacum Catechistis & nauta itidem Catholico fustibus, pugnis & calcibus crudelem in modum vexarunt, ac demum die decima octava Aprilis vinculis onustos ad hujus Provinciæ Gubernatorem, & ab hoc ad Regis aulam raptarunt. Tum vero atrociſſimum quæstionis genus a quodam Eunucho Christianæ fidei desertore in eos præsentibus quibusdam Mandarinis susceptum, quorum jussu Crucifixi imago in medium allata est, quam Mandarinus contumelioſe in terram

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII
A. C. 1738

projecit, captisque Missionariis præce-
pit, ut illam pedibus conculcarent.
His vero tam sacrilegum facinus incre-
dibili constantia detestantibus, eorum
causſa ad literatorum, ut vocant, Cu-
riæ Judices devolvebatur, quorum sen-
tentia omnes hi Christi milites ferreis
malleis ad genua diriſſime biduo con-
tusi, demum in teterrimum, fætidum
humidumque carcerem conjecti sunt,
gaudentes & summo cordis jubilo plau-
dentes, quod pro nomine Christi tam
dira perpeti, digni fuerint habiti: ei
tamen eis maximi mæroris argumen-
tum erat, quod Nauta hujus supplicii
immanitatem libertatemque probrosæ
Crucis conculcatione redimere, ac seſe
Sathanæ vinculis mancipare non eru-
buerit: Ceteri quinque (nam Vincen-
tius Catechiſta carceris squalore con-
tabescens martyrii coronam jamjam erat
adeptus) diuturnas fœdi ergaſtuli ae-
rumnas sustinere cogebantur, donec
tandem die decima Januarii hujus anni
impiorum Judicum sententia capite dam-
nati sunt. Die ergo vigesima secunda
ejusdem Mensis e carcere educti, ne-
dis pedibus prægraves suas catenas
per integram leucam usque ad Palatii
portam trahere, ibidem vero latam in
eos mortis sententiam ipsimet alta voce
prælegere, ac demum auribus etiam
per-

percipere jubebantur: quo finito rursus duarum leucarum itinere ad supplicii locum raptati, cum martyrii palmas jam ad maturitatem florescere cernerent, in genua provoluti pro singulari hoc beneficio summas Deo laudes rependebant, quibus nondum absolutis eorum quatuor capite truncati, & Marcus Catechista exilio mulctatus est, eo quod contra Imperatoris mandata (hæc erat scripta causa mortis) Christianam Religionem prædicaturi in Regnum irrepsissent. Peracto hoc supplicio Christiani certatim advolant, & custodibus auro corruptis, occisorum cadavera in tumbam reposita tamdiu in ædibus suis asservarunt, donec ea Macoum honorifice transferendi opportunam nanciscerentur occasionem. Missionarii vero tam glorioso horum Martyrum certamine animati, aucto fervore, Christi vexillum latius explicare adlaborabant, insuperhabita satellitum vigilantia & technis Mandarinorum, qui nil inausum, intentatumque reliquere, ut Christianos ad tormenta & necem conquirerent, mactarent, perderent: Unde Catholicis crebra & luculenta Christianæ constantiæ specimina edendi occasio erat oblata; & Religio Martyrum cruore rigata indies in hoc Regno altiores egit radices. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Atta-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Attamen longe placidior aura adſpirabat Apoſtolicæ expeditioni in Inſulis Philippinis; Iſmaganæ enim nationis populi Apoſtolicæ Evangelii prædicationi tam pronas ac benignas aures & animos præbebant, ut eorum potiſſimi ultro colla ſua ſuaviſſimo Chriſti jugo ſubderent, quæ tamen ampliſſima animarum ſeges potiſſimum indefeſſo Zelo & impigris adſcribenda eſt laboribus Patrum Auguſtinianorum, qui ibidem benedicente Domino, hanc vineam per plures annos cum maximo Evangelii incremento excoluerunt, ac demum inſatiabili animas Chriſto lucrandi deſiderio incenſi vicinis quoque populis, quantumvis moribus ritibusque efferati eſſent, Evangelii lucem inferre adlaborabant; nec Apoſtolico eorum conatui optatus defuit ſucceſſus, quippe hæ gentes Chriſtianæ fidei præceptis imbuti, depoſita feritate innata, tam ingens Divini cultus ſtudium præſeferebant, ut ipſimet datis ad Auguſtinianæ Provinciæ Superiorem literis ſibi plures Evangelicos Operarios ſubmitti peterent, per quos aſſumptæ Religionis pietatisque exercitationes in eorum Eccleſiis pro more Catholicorum quotidie ac decenter fierent: Ad horum quoque exemplum Igorrottæ & Tingujani (Aſiatica gens) ex Ilacenſi Pro-

Provincia Viros Apostolicos efflagitarunt. Sæc XVIII. A. C. 1738.

Nec silentio præterire fas est, quanta industria, & propagandæ Divinæ gloriæ Zelo S. Congregatio de Propaganda fide a Gregorio XV. fundata semper intenta fuerit, ut in remotissimis Universi Orbis regionibus lux Evangelica per Viros Apostolicos illata illucescat, & tandem barbaræ gentes ex infidelitatis errorumque tenebris feliciter eruantur. Eo fine amplissimum Romæ erexit Collegium, in quo ex omni ferme Natione barbara juvenes fidei Catholicæ præceptis aliisque scientiis magno numero imbuuntur, & maximis sumptibus eo fine aluntur, ut suo tempore in patriam reversuri, suos populares a superstitiosis ritibus ad unius veri Dei notitiam, cultumque traducere possent. Præterea ad maximum Apostolicorum Missionariorum commodum in eodem Collegio jam anno 1626. erecta est typographia, alterum plane Orbis prodigium, & luculentum Apostolici Zeli monumentum: Ea enim non modo Hebraicæ, Chaldeæ, Syriacæ, Græcæ ac Illyricæ linguæ, sed & Japonici, Arabici, Coptici, imo omnis ferme peregrini idiomatis characteribus seu typis provide non minus, quam copiose instructa est, inque dicta Officina

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

cina etiam ad addiſcendas ejusmodi linguas lexica, *Alphabeta* vocant & Grammaticæ, ac inſtitutiones linguarum necnon ad erudiendos Neophytos Biblia, catechismi, precationum libelli, orthodoxæ fidei profeſſiones, Kalendaria, Liturgiæ, Miſſalia &c. ac denique ad Miſſionariorum utilitatem ac commodum libri Polemici in lingua illius Nationis, ubi Apoſtolicam agunt expeditionem, typis edun-tur: Tam ſalutaris operis prima fundamenta jecit Franciſcus Ingolius Ravennas, qui præfatæ ſacræ Congregationi a ſecretis, opera utebatur Stephani Paullinii: Hic enim peregrinorum characterum cælator eximius erat, qui tamen hanc artem in acceptis referre debebat doctiſſimo non minus, quam plurium linguarum peritiſſimo Viro Joanni Baptiſtæ Raymundio, quem jamjam Sixtus V. ad Vaticanam typographiam inſtituendam evocaverat, ejusque cura & arte plurimos libros ediderat. Porro ut hoc opus tam feliciter cœptum ſemper magis magisque ipſa ſua diuturnitate proficeret, ſummi Pontifices felici prorſus ſelectu nominarunt Viros doctrina ac ſedulitate inſignes, qui huic typographiæ præeſſent. Horum primus erat Achilles Venereus, cujus ſtudio ac cura nonnullos libros im-

impressos conspicimus. Huic successit Joannes Dominicus Verusius oppidi Vitulani Beneventanæ Diæcesis, Datariæ Procurator & Romanæ Parochiæ SS. Salvatoris ad Pontem Senatorium Rector, qui opus anecdotum ad Missionariorum commodum typis excudi curavit, ac primus elenchum librorum sive typis sive impensis S. Congregationis impressorum Anno 1639. vulgavit. Eo mortuo successit Hyacinthus Lupius Ord. FF. Præd. & continuata serie Cosmus Ricciardius, & Vir clarissimus Leo Allatius, qui non modo ipsus plurimos libros typis S. Congregationis edidit, sed & ad augendum hujus typographiæ decus ac incrementum Anno 1655. conduxit Zachariam Acsamitekium a Kronenfeld Pragensem Bohemum suo ævo inter omnes Impressores, qui tum Romæ agebant, longe celeberrimum, a quo etiam editus est plenior ejusmodi Elenchus, ac denique tertius longe amplior, qui forte ab uno ex subsequentibus hujus typographiæ Præfectis confectus fuerat. Erant autem hi Joannes Pastritius, Franciscus Nazarius, Augustinus Taja, Franciscus Antonius Simeonius, quorum solertiam atque eruditionem opera ab ipsis edita sat superque commendant. Ut vero ad proximiora accedamus tempora, sine aliorum

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

rum invidia asserere audemus, Nicolaum Antonellium, qui per plures annos me sua benevolentia dignabatur, de palma cum ceteris certasse. Hic ab Anno 1733. usque ad annum 1758. hujus typographiæ Præses ac dictæ Congregationis Secretarius & demum S. R. E. Cardinalis quartum vulgavit Elenchum & per Josephum Collinium Typographum plurimos libros ad Missionum utilitatem excudi curavit. Huic suffectus est doctissimus Vir Constantinus Raggiarius, qui ab Anno 1761. vulgavit Catalogum quintum librorum, qui e typographia præfatæ Congregationis variis linguis hactenus prodierant: Sequebantur Marcus Ubaldus Biccius ab Anno 1765. & demum Anno 1770. Joannes Christophorus Amadutius, qui Alphabetum veterum Etruscorum, & alia eorum monumenta necnon distractis omnibus Bicciani Elenchi exemplaribus novum imprimi curavit, in quo non modo eos recensuit libros, qui in hujus typographiæ apothecis etiamnum asservantur, sed etiam quotquot olim ibi impressi nunc desiderantur, ut inde perpetuo egregii conatus & sacræ Congregationis studia pro Religione & literis in longinquas quoque Regiones diffundendis innotescant, & ipsius etiam historiæ literariæ monumen-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

mentorum apprime utilium memoria perennaret.

Ceterum ſua etiam, nec ea vulgaris laus debetur Miſſionariis Evangelicis, qui in ſuis expeditionibus ſacris ſeneſcentes, ac illius regionis idiomate luculentiſſime inſtructi pro erudiendis aliis ejusmodi Operariis, eorumque Neophytis plures utilesque libros elucubrarunt, ſuaque manuſcripta Romæ excudenda vel ad hanc typographiam transmiſerunt, vel ipſimet inde reduces pro typo exacte conficiendo operam dedere: Ex horum induſtria profluxere tot Alphabetha, Æthiopici, Illyrici, Iberici ſeu Georgiani. Hibernici, Japonici, Armeni, Tunkinenſis ſeu Annamitici, Syriaci, Bulgari, Angolenſis, Arabici, Chaldæi, Armenici, Epirotici ſeu Albanenſis, Tibetani, Coptici ſeu Ægyptiaci, Perſici, Malabarici, Turcici, Valachi, Græci, Hebraici, Malaici, &c. idiomatis Biblia, Miſſalia, liturgiæ, Dictionaria, Grammaticæ, doctrinæ Chriſtianæ, libri Aſcetici, Theologici, Hiſtorici &c. quæ omnia opera typis & ſumptibus S. Congregationis edita fuere. Sic Tibetanæ in Magna Tartaria Miſſionis Præfectus P. Franciſcus Horatius De la Penna di Billi ex Ord. FF. Capucinorum Anno 1737. integrum Alphabetum ſcri-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ptum Tibetanorum seu Butanicorum characterum Romam ad Cardinalem Bellugam misit, qui etiam biennio p omnes has formas a quodam pere lebri characterum fusore confici cur vit, Pontifex vero mox Præside P. R canati, ejusque Socio P. Cassiano M ceratensi duodecim ejusdem Ordi Missionarios eo ablegavit, qui nova hanc typographiam Tibetum deferre nec frustranea erat hæc providentia præter plures enim Tibetani idioma libros ad gentis hujus institution percommodos prodiit non modo Alp betum Tibetanum, sed etiam stud P. Augustini Antonii Georgi Ordi S. Aug. Procuratoris didicimus va de literis, ac Regionis hujus nomi moribus, superstitione, ac Manichæ mo: Hic quoque in sua disquisitio Anno 1762. demonstratum ibat, a T betanis duplex Numen sub *Buttæ* n mine coli &c. Pariter curante præ fato Cardinale Belluga typis dict S. Congregationis edita est epistola o thodoxa ad Orientales de Incarnation adversus Cophtos, Armenos, Syros Æthiopes, & Jacobitas. Nec minor etiam solertia ac utilitate P. Ignatius a Jesu plurium annorum in Persida Mis sionarius Carmelita Excalceatus no tantum Grammaticam linguæ Persicæ

Anno

Anno 1661. sed etiam narrationem originis rituum, & errorum Christianorum S. Joannis unacum confutatione triginta quatuor errorum præfatæ Nationis Anno 1652. in eadem Romana typographia edendam curavit: Novissime vero P. Clemens a Jesu, Peanius, patria Alexandrinus Carmelita Discalceatus & Missionarius Zelosissimus ex Malabaria Anno 1771. Romam venit, ac in eadem typographia percelebre suum Malabaricum seu Samscrudonicum Alphabetum excudi fecit, mortuus Verapoli in Malabaria Anno 1783. Taceo Jacobi Wermers Carmelitæ Lexicon Æthiopicium, Gazophilacium linguæ Persarum a P. Angelo a S. Joseph Carmelita excalceato editum, Matthæi Caramanii Jadransis Archiepiscopi Alphabetum Illyricum, necnon Clementis Gallani, Alexandri de Rhodes variorum idiomatum peregrinorum libros typis atque expensis præfatæ S. Congregationis pro utilitate Missionum excusos. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

§. XXXIV.

Principum atque Illustrium obitus.

Hoc item anno non pauci ex Principibus atque Ecclesiæ Præsulibus mo tis victima cecidere: Hos inter primus occurrit Franciscus Boucaud Sor-

Sæc. XVIII. A. C. 1738. bonæ Doctor, Abbas S. Amandi de Cely Aletenſis Epiſcopus, qui quindecim annis ſuæ Eccleſiæ cum laude præfuit, & Menſe Januario ab ea ad æternitatem evocatus eſt: Hunc paulopoſt pari fato ſequebatur Joannes Maria Henriau Bolognenſis Epiſcopus acerrimus Conſtitutionis *Unigenitus* Vindex. Eodem Menſe deceſſit L'Eſtaingius Sanctæ Floriacenſis Epiſcopus necnon Sebaſtianus Venier Vicentinus Præſul. Diem vero decimum præfati Menſis vitæ ſuæ poſtremum habuit Boccarius Pontificius Romanæ Urbis Pro-Regens & Boviani Epiſcopus: ſequenti autem Menſe obiit Capuæ Princeps della Riccia Archi-Epiſcopus Salernitanus, cui ſucceſſit Roſſius Tarentenſis Præſul. Menſis Martii die decima quarta. In Hiſpaniis mortuus eſt die decima ſeptima Februarii anno ætatis quinquageſimo ſexto Thomas Ratto de Ottonelli Cordubenſis Epiſcopus, qui olim Romanæ Rotæ Auditor, poſtea ante Cardinalem Aquavivam Hiſpanus apud Aulam Pontificiam Legatus Regi ſuo præclara præſtitit obſequia, uti ſæpius meminimus: Eodem Menſe vitæ finem fecit Joannes du Douffet Bellicenſis Epiſcopus, qui Conſtitutionem *Unigenitus* acerrime propugnabat.

Porro

Porro Menſe Aprili vitæ ſuæ finem fecit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo Carolus Joachimus Colbert de Croyſſii Montpeſſulanus Epiſcopus, qui ferrea ſua contumacia, qua Papæ deciſionibus reſiſtere, in conſuetudinem traxit, ingens Eccleſiæ Gallicanæ damnum intulit, ſibi iteratam Papæ Regisque indignationem accerſivit, ſuo gregi ſeductionis exemplum & probroſam nominis ſui memoriam reliquit. Cetera Præſul erat morum integritate, temperantia, & omnigena eruditione Statui ſuo congrua inſignis. Caverat teſtamento, ut omnis ferme ejus ſubſtantia in pauperes diſtribueretur, locupletiſſima vero ipſius Bibliotheca ejus Fratri Marchioni de Torcy traderetur. Die etiam decima Octobris Ulyſſipone obiit Cajetanus Cavalierus Nuntius Apoſtolicus, quem ob meritorum præſtantiam non modo Rex, ſed ipſemet Pontifex ad Purpuram deſtinaverat. Præterea hujus anni die duodecima Novembris Varſoviæ ex magno mundi theatro, in quo variæ fortunæ Actor erat, ad tumbam delatus eſt Theodorus ex illuſtriſſima juxta ac locupletiſſima Potokyorum familia in Lithuania natus: Hic juvenis adhuc ab Auguſto II. Polonorum Rege in Culmenſem Epiſcopum nominatus, eidem Regi

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

contra Stanislai factionem constantissime adhæsit, quapropter a Rege & Republica maximi habitus, pluribusque honorum dignitatumque titulis auctus primo Warmiæ Episcopus ac demum mortuo Stanislao Szembecki Gnesnensis Archiepiscopus & totius Regni Primas nominatus est. Verum hæc ipsa suprema Regni dignitas (solito terrenæ felicitatis vitio) nonnisi molestiarum spinas & tribulos Potockio progerminavit; seditiosæ quippe Thornensium Calviniſtarum petulantiæ contra Catholicos, tumultuaria Mauritii Saxonis in Curlandiæ Ducem electio, controversiæ de Jure Patronatus a Pontifice prætenso, pluraque alia gravissima negotia hunc Præsulem in maximas contentiones, fastidia ac incredibiles angustias conjecerunt: Denique ad cumulum malorum accessit obitus Augusti II. Regis, novumque eligendi necessitas; tum enim privato ejus affectu in Gallos expugnatus sibi Cæsaris, Russorum, Polonorum Præsulum Procerumque odium, & Regno extremam calamitatem accersivit, prout fusius jam supra relatum fuit: Unde prævalentibus, qui exauctorato Stanislao Augustum in Regem elegerant, Primas Dantiscum profugere coactus, & a Russis in captivitatem abstractus, ac

Tho-

Thorunii arctius in arce integro fer- Sæc. XVIII.
me anno inter maximas ærumnas & A. C. 1738.
acutissimos calculi dolores detinebatur, donec tandem deprecante ipso Augusto III. quem Regem agnoscere prius pertinacius renuebat, libertatem obtineret: qua demum potitus præclara prorsus fidelitatis, patriique amoris specimina Regi & Reipublicæ dedit, allatisque rationibus suam agendi rationem apud summum Pontificem vindicavit: Tandem vero senio, laboribus atque ærumnis confectus anno ætatis suæ septuagesimo quinto, Primatialis dignitatis decimo sexto ad æternam quietem translatus est. Successorem habuit Joannem Lipskyum Cardinalem, cui hoc anno die quinta Octobris Biretum, quod Roma Mancifortius Canonicus attulerat, ipsemet Poloniæ Rex Varsoviæ in Ecclesia S. Joannis consueto ritu imposuit. Potockii obitum prævenerat Stanislaus Josephus Hosius magni nominis Episcopus primo Camenacienſis, postea Posnanienſis Episcopus, qui pariter Varsoviæ die decima tertia Octobris annos natus sexaginta quinque decessit, & hoc anno Diæcesanam Synodum habuit, ejusque acta publici juris fecit, sub hoc titulo: *Synodus Diæcesana Posnanienſis Anno Domini* MDCCXXXVIII. *diebus septima, octava*

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

& nona Menſis Julii in Eccleſia Cathedrali Posnanienſi habita, publice edita Varſoviæ 1738. *&c.* Poſtea Zeloſiſſimo hujus Præſuli die decima quinta ejusdem Menſis Theodorus Czartoriskyus Plocenſis Præpoſitus ſucceſſerat.

Menſis autem Novembris die vigeſima octava Joannes Baptiſta Gambaruccius Amaſanus Archiepiſcopus, primus Rituum Magiſter Pontificius, & Canonicus ad S. Mariam Majorem, dum veſtes ſuas induit, repentina morte obrutus vitam exuit. Die autem vigeſima prima Octobris Joannes Fridericus de la Tour D'Auvergne, Sorbonæ Doctor & Canonicus Pariſienſis anno ætatis ſexageſimo octavo naturæ debitum ſolvit non ſine maximo proborum & præcipue pauperum luctu, in quos annue ex quinquaginta quinque librarum millibus id omne, quod propriæ ſuſtentationi ſupererat, liberaliter erogabat. Obiit denique Menſe Septembri Moszinskyus Livoniæ Epiſcopus, ac demum die vigeſima Decembris mortuus eſt Carolus Franciſcus le Fevre Sueſſionenſis Epiſcopus. Pariter die nona Februarii Beatrix Hieronyma de Lislebonne, Lotharingicæ Domus Princeps & Romerici - Montis Abbatiſſa annos ſeptuaginta ſex nata vivis valedixit, quam ad eandem æternita-

nitatis viam Menſe Majo ſequebatur Eliſabetha Eleonora de la Tour D'Auvergne, Comitis Bouillonii Filia, & hujus nominis Cardinalis Soror, quæ Anno 1691. Pariſiis in Monaſterio de Bella Chaſſe ſeſe Deo devovit, ac demum in Torigeyenſem Abbatiſſam electa fuerat. Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Attamen non modo in Eccleſiaſticos Principes implacabilis Libitina deſæviit, ſed & in Laicos & quidem Martios Heroes, quos, cum eis ferrum in caſtris peperciſſet, in lecto mors proſtravit, & quidem Menſe Januario hos inter primus erat Guido Auguſtus de la Porte-Mazarini, Mazarini Dux & Par Franciæ, qui nonniſi triginta ſeptem annos natus, die trigeſima Januarii mortuus in lecto repertus eſt. II. Maria Anna Nivernienſis Duciſſa anno ætatis quinquageſimo ſecundo. III. Antonius Carolus Comes de Oettingen Wallerſtein militari ſcientia clarus die vigeſima ejusdem Menſis annos natus quinquaginta novem Viennæ ex apoplexia obiit. Diem quoque vigeſimam Martii exitialem habuit Ludovicus Doxat de Moraz religione Calvinianus, triginta octo annis Architectus militaris, qui poſtquam Niſſam propugnaculis oppido validis muniebat, ejusdem Urbis Præfectus nominabatur, quoniam vero

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

idem hoc propugnaculum ad primum Turcici exercitus conſpectum, nequidem exploſo vel unico tormento die decima ſexta Octobris anni prioris Chriſtiani nominis hoſtibus conſignavit, habito belli Senatu Belgradi manu carnificis cecidit.

Luxerat quoque hoc anno Bavaria obitum nimis præmaturum Maximiliani Joſephi, qui Ferdinandi Bavariæ Ducis Filius natu maximus, optimæ ſpei Princeps nondum expleto ætatis anno decimo octavo ex variolis die vigeſima octava Aprilis Monachii vivere deſiit. Adhucdum Aula Bavarica ob tam præclari Principis mortem nimis acerbam lacrimis prope & gemitibus contabeſcebat, cum omnium Bavarorum animi novo luctu occuparentur propter obitum Ferdinandi Bavariæ Ducis, qui defuncti nuper Maximiliani Joſephi Parens, & Caroli VII. Electoris Frater nondum expleto quadrageſimo ætatis anno die nona Decembris ex catharo ſuffocativo Monachii extinctus eſt. Princeps erat animi fortitudine, morum comitate, prudentia & generoſitate nemini ſecundus: Vix decimum quintum ætatis annum expleverat, cum jamjam honorariam militiam profeſſus, bellicæ expeditioni contra Turcas intereſſet, atque in Belgradi obſidione tam lucu-

lenta

lenta leoninæ virtutis ſpecimina ederet, ut ſollicitante ipſo Archiſtratego Principe Eugenio ſupremus Vigiliarum Præfectus a Cæſare nominaretur. Expetebatur etiam a Polonis Proceribus in Regem, maluit tamen ſua deferre obſequia Carolo VI. Imperatori, ſub cujus ſignis etiam ad Rhenum decertabat, dictus ſupremi Copiarum Præfecti Legatus. Pari etiam fortitudinis laude ſub Seckendorffio Belliduce Anno 1736. ad Moſelam cum ſua Equitum legione hoſtes proſtraverat, demum ſupremus Cæſarei exercitus Imperator renuntiatus, pro avita ſua pietate Lauretanam B. Virginem ſalutabat, ac inde Monachium reverſus obiit. Præterea Menſis Maij duodecima die anno vitæ ſuæ quinquageſimo nono e vivis exceſſit Carolus Guilielmus Bado-Durlacenſis Dux, Cæſareus Bellidux militari fortitudine, ac experientia inclytus: Quarta poſt die Ludovica Chriſtina vidua Saxo-Weiſſenfelſenſis Duciſſa anno ætatis ſexageſimo tertio, & ſexta Maij die octoginta duos annos natus, ultimus familiæ ſuæ mortuus eſt Gaſto Joannes Baptiſta Dux de Roquelaure, Franciæ Mareſcallus. Præterea die prima Junii Jacobus Franciſcus Filz-James Dux de Bervick nondum evoluto quadrageſimo tertio vitæ ſuæ anno, & die & ſexta

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII A.C. 1738.

sexta ejusdem Mensis Sophia Vidua Ducissa Würtenbergico - Oelsensis ex apoplexia anno ætatis septuagesimo sexto, & sequenti die annos natus quinquaginta novem Marchio de Vilhena Escalonæ Dux; die autem vigesima septima Julii Henricus Saxo - Merseburgensis Dux postulatus ejusdem Ecclesiæ Administrator anno ætatis septuagesimo septimo, necnon die vigesima quinta Augusti ejusdem Conjux septuagenaria Elisabetha Saxo - Merseburgensis Ducissa, ac die decima quinta ejusdem Mensis Ludovicus Britannicus de Chabot Rohanii Dux & Leonii Princeps, sexagenario minor, pluresque alii Principes hoc anno mortalitatem exuere.

Pariter Mense Octobri vitam cum morte commutarunt, I. Carolina Amalia Nassovio-Usingana Princeps II. Joannes Adolphus hæreditarius Princeps Weisenfelsensis III. Mense Novembri Waltherus Antonius Dietrichsteinius Princeps. IV. Ludovicus Otto Princeps Salmensis V. Hannibal Alphonsus Princeps de Portia. VI. Denique Abdulla Bassa supremus Vezirius, qui ob vecordem Oczakoviensis Urbis expugnationem Thessalonicæ Mense Januario strangulatus periit.

§. XXXV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

§. XXXV.

Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.

Non leve luctus argumentum erat Reipublicæ literariæ frequens obitus Virorum, qui non modo editis doctissimis suis lucubrationibus maximam Ecclesiæ utilitatem procurarunt, sed etiam clarioribus adhuc edendis majus Orbi erudito lumen addidissent, si eorum assiduitati laboris, ac ingenii vastitati longior vita accessisset. Hos inter jure primum sibi locum vendicat P. Jacobus Hyacinthus Serry Tolonii in Gallia natus, inclytum Ord. FF. Prædicatorum ornamentum, Parisiensis Doctor, primarius Patavinæ Universitatis Professor, Cardinalium Casanatæ & Altierii Theologus, & Congregationis Indicis Consultor. Præstantissimi hujus Viri industriæ, ac integritati genuinam Historiam Congregationum de auxiliis in acceptis referre tenemur; doctrinale enim judicium ac Censuras Censorum & Judicum, quos Clemens VIII. & Paulus V. Pontifices deputabant, & notabiliora ibidem actitata ipse solus ex puris ac authenticis fontibus & autographis hausta publici juris fecit. Hac tamen sinceritate eorum

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

rum, qui hæc acta potius æterno silentio suppressa cuperent, acutiores calamos in se concitavit; mox enim Leodii contra hanc Historiam primo quædam epistola, postmodum *quæstiones* prodiere, quarum tamen cavillos Serryus sine mora solide confutavit: Postmodum adversus Livini de Maier Historiam sub Eleutherii nomine Anno 1705. editam vulgavit denuo Anno 1709. eandem Historiam suam Congregationum, in qua Livini objecta diluit, cui labori idem Livinus opposuit Anno 1715. suam *Historiam controversiarum ab objectionibus Serrii vindicatam*, quam tamen cum Serrius in ea nonnisi confutata recoqui & nonnisi differationes ad arbitrium elaboratas obtrudi crederet, refellere supervacaneum censuit, contra alios vero, qui iisdem Livini vestigiis insistebant, varios edidit libellos, uti sunt, ejus *Corrector correctus; epistola* Abbatis *Le Blanc loco responsi ad epistolam Leodiensis Secretarii; defensio Auctoris Historiæ Congregationum de auxiliis adversus querelam Casparis Metzenii; Historia Congregationum contra oppugnatores vindicationibus asserta, defensa, illustrata* &c. Edidit quoque *Augustinum summum prædestinationis & gratiæ Doctorem vindicatum; Augustinum a calumnia vindicatum adversus Launoii tru-*

traditionem; Scholam Thomisticam vindicatam, Vindicias operis Melchioris Cani de locis Theologicis; Epistolam ad P. Danielem Jesuitam; confutationem responsi epistolaris ejusdem Danielis; responsum oppositum, Mahometismum in Chiensi Insula per Jesuitas toleratum, orationes de Conceptione B. V. & de institutione SS. Rosarii, orationem funebrem in exequiis Laurentii Brancati; carmen Eucharisticum in laudem Natalis Alexandri, cujus etiam concertationis cum præfato P. Daniele habitæ Historiam descripsit Serryus, dignissimus Natalis Alexandri Discipulus, eamque Auctor supplementi Hist. Natal. pag. 13. Tom. I. recenset. Scripsit etiam Serryus exercitationes Historico-criticas, & polemicas de Christo, ejusque Virgine Matre præter alias Prælectiones Theologiæ dogmatico-Polemico-Scholasticas habitas in Academia Patavina, quas post Auctoris mortem, quæ die duodecima Martii contigit, Camillus Manettius publici juris fecit. An autem Serrius auctor exstiterit *epistolarum nomine puerorum sine baptismo ante usum rationis mortuorum* incertissimum, & vix credibile est. Obiit Patavii die duodecima Martii anno ætatis septuagesimo nono. 11. Stephanus Puzyna Polonus Theologiæ Doctor, qui septuagenarius Varsoviæ mor- Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

mortuus, librum de immaculata Conceptione B. V. & quatuor Orbis partium & præcipuorum Regnorum delineationes posteris reliquit, & Jacobi Casimiri Haurs *Oeconomicum* notis illustratum novo prelo subjecit. III. Adamus Rostkowskius Philadelphiæ Episcopus, & Varsovienſis Præpositus, qui octogenarius die sexta Martii vita functus edidit Clypeum Cleri Poloni contra tela fori sæcularis, tractatum de vita privata sapienter instituenda, disceptationem de Rege Poloniæ ex indigenis eligendo, necnon sub ficto nomine *Rogally* relationem de obitu Andreæ Zaluski Episcopi Varmienſis. IV. Augustinus Romanus Fiori Camaldulenſium Abbas Faventinus, qui ibidem die tertia Februarii mortuus præter plura opuscula nondum edita vulgavit Ecclesiam in triplici statu, legis naturalis, & veteris & novæ, Hymnum de Deo ex solis Scripturæ S. dictis compositum, vitam S. Jacobi Philippi Bertoni, & B. Ludovici Pamphili Eugubenſis Episcopi, vitam B. Michaelis Monachi Camaldulenſis, & Pauli Justiniani, Fundatoris Congregationis PP. Eremitarum, Regulam Sanctimonialium sub titulo S. Josephi Ravennæ congregatarum. V. Paulus Sebastianus Medicæus, qui ex Judaica superstitione

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

stitione ad Christi Ecclesiam vocatus, ferventissimus Verbi Divini Præco Judæos ad veræ fidei cognitionem adducere immoto studio adlaborabat: demum Theologiæ ac hebraici idiomatis publicus Professor ac Franciſci Mariæ Medicæi Etruriæ magni Ducis Theologus Florentiis die decima octava Septembris pientissime in Domino obdormivit, postquam omnia sua bona Patribus *de bona morte* in Monasterio S. Gregorii degentibus reliquerat. Hic ad promovendam Judæorum conversionem scripsit. I. Alphabetum Hebraicum II. Enchiridion linguæ sacræ III. Promptuariam Biblicorum textuum IV. Martyrium Judaici pueri Simonis Abelis. V. Medullam linguæ sacræ. VI. Prolegomena ad facilitandum sensum sacræ Scripturæ. VII. Epistolam ad omnes Judæorum Synagogas. VIII. Dialogos Sacros in S. Scripturam. IX. Ritus & hebræorum consuetudines, quem librum Nicolaus Stratta olim Rabbinus, postea Romano-Catholicus notis illustratum rursus edidit, addita epistola ad totam gentem Judæorum. Præter hos libros insuper idem Auctor elucubravit Epistolam ad venerabilem Clerum directam, aliam ad Clerum Florentinum, Catalogum præcipuorum Romanæ Ecclesiæ Proselytorum, Sa-

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

cerdotem de myſteriis S. Officii edo-ctum, Myſterium S. Miſſæ, dilucida-tionem rituum in S. Miſſa, regulas Chriſtianas ad Judices; exercitia ſpiri-tualia pro Clericis, examen pro Ordi-nandis, prodigioſam converſionem & pretioſam mortem duorum Judæorum, annotationes in officium B. V. & defuncto-rum, & Pſalmos pœnitentiales ac gra-duales. VI. Joannes Petrus Niceron ex Congregatione Barnabitarum, qui quadraginta tomulos Hiſtoriæ litera-riæ, ſeu Virorum in republica literaria celebrium edidit, & Bibliothecam Gal-licam ſeu vitas omnium, qui in idio-mate Gallico libros ediderunt, una cum notis criticis operum eorum, prælo ſub-jicere parabat, aſt die octava Julii anno ætatis quinquageſimo tertio Pariſiis morte præventus nonniſi primas tres Alphabeti A. B. C. literas complevit, relicta ad reliquas copioſa ſuppellectili. Ex Anglico quoque in Gallicum tran-ſtulit *converſionem Angliæ ad Chriſti fidem cum prætenſa Reformatione collatam*, præ-ter alia nonnulla. VII. Philibertus Papillonus Diviodunenſis Canonicus, qui die vigeſima tertia Februarii mor-tuus non modo locupletiſſimam reli-quit Bibliothecam, ſed ipſus elucubra-vit Bibliothecam Auctorum Burgun-dionum, vitam Caroli Fevreti, & Phi-

liberti

liberti Collecti Advocati, Dissertatio- Sæc. XVIII.
nem, in qua demonstratum, Auctorem A. C. 1738.
latini chronici S. Benigni Diviodunensis fuisse Monachum, dissertationem in opera Claudii Mignoti, Dissertationem de ævo, quo Typographi usum Y & v consonantium invexerunt VIII. Joannes Baptista Labat Ord. FF. Prædicatorum, qui relationes de novo itinere in Insulas Gallicas Americæ, necnon itinerarium per Hispaniam & Italiam, relationem Historicam de Æthiopia occidentali Gallice redditam prælo subjecit. IX. Venderaminus Bianchi Senatus Veneti decemviralis Secretarius, qui die duodecima Januarii vivis ereptus posteris reliquit suam relationem Historicam pacis Passarovitsensis, & relationem de Regionibus Helvetiorum, Grisonum, eisque fœderatorum sub ementito nomine Arminii Dannebuchii editam. X. Josephus Avarani Pisanus Jurisprudentiæ Professor, qui die vigesima quarta Augusti Florentiis vita functus edidit interpretationes juris, novem lectiones de Passione Domini, & Fratris sui Commentarium de mensibus Ægyptiacis, præter lectiones linguæ Etruscæ. XI. Franciscus Bruys, qui in Hollandiam profectus Calvini venenum incautus hausit, illud vero agnita peste rursus evomuit, Divioduni

Sæc. XVIII. A. C. 1738. die vigesima Maij in gremio S. Matris Ecclesiæ mortuus, scripsit Historiam Pontificum a D. Petro usque ad Benedictum XIII. responsum ad Literas ad Hollandis, Tacitum cum notis, Critic in Diaria literaria, & Eruditorum ope ra, quo tamen libro, cum Saurini opi nionem de mendacio in quibusdam ca sibus licito propugnasse argueretur, gra ve sibi negotium facessivit. Præter hos ex Ordine S. Benedicti decesserunt. I. Benedictus Gebhardt, qui Mogun tini sui Cænobii ad S. Jacobum Chro nicon reliquit. II. Joachimus La Ro che Senonensis Monasterii Monachus, qui eruditas conscripsit dissertationes de Nummis Tulli leucorum, & notas atque animadversiones in librum Ge nesis, plures epistolas de Religiosorum habilitate ad beneficia perpetua seu ad vitam præter alia nonnulla. III. Lu dovicus Riclos S. Vitoni Veroduni Pro fessus, qui edidit Paraphrases in Epi stolas D. Pauli & in Canonicas. Ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum Scriptores hoc anno mortui erant. I. Vincentius a S. Dominico, qui publici juris fecit commentaria literaria de re bus ex N. T. variisque ex Auctoribus desumpta. Tom. VII. Explicationem antilogiarum tum. V. tum N.T. Tom. II. Speculum Regularium, Historiam Ge-

nera-

neralem Carmelitarum Diſcalc. Congr. S. Eliæ cum Geographia Hiſtorica Urbium, duos tomos de Magnitudine B. V. Hiſtoriam Generalem omnium Miſſionum Ord. Carm. Diſcalc. cum tractatu de Origine Monialium ejusdem Congr. in Galliis. Ideam perfecti Carmelitæ Diſcalc. in ſtatu communi, ſolitudinis & Miſſionum, Indicem maximum Hiſtoricorum S. Bibliorum Tom. V. Doctrinam Myſticam SS. Thereſiæ & Joannis a Cruce, & inſtructionem pro Sororibus Crucis Aurelianenſibus. II. Euſebius a S. Joanne Concionator Zeloſus ac pius, qui octoginta octo annos natus concinnavit Conciones quadrageſimales & exhortationes Monaſticas. III. Joannes Jacobus Calmel, qui octogenarius edidit *facilem methodum acquirendæ felicitatis in hac vita, & certam reddendi ſalutem ſuam in altera.* Hunc librum Honoratus Tournelii Sorbonæ Doctor tanquam *ad fidem pietatemque fidelium nutriendam* utiliſſimum approbavit, Bonardius tamen in eo fugillavit binas has propoſitiones. I. *Animæ imperfectionibus plenæ perduntur, ſi eis S. Communionem frequentare ſæpius permittitur* pag. 303. II. *Animæ ad perfectionem tendenti duo hæc abſolute ſunt neceſſaria, S. Communio & S. Scriptura,* pag. 309. Obiit etiam Pariſiis die vi-

Sæc. XVIII. A.C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1738

gesima tertia Maij. Ludovicus Franciscus de la Barre, qui antiquitatum Lexicon incepit, sed ante obitum perficere haud potuit.

§. XXXVI.

Acatholicorum Scriptorum Lucubrationes & decessus.

Plures etiam ex Scriptoribus alienæ fidei hoc anno obiere, & quidem I. Isacc de Beausobre Calvinista, qui in concinnanda Bibliotheca Germanica magnam partem habuit, ipsusque epistolas D. Pauli Gallice reddidit, quam tamen versionem Dartisus, turbidæ indolis Præco acriter exagitabat: Edidit quoque Historiam reformationis, necnon Historiam Manichæi & Manischæismi, observationes Philologicas in N. T. præter alia non nulla. II. Burchard Gotthelf Struve, qui ad prelum promovit suam Bibliothecam numismatum antiquorum, Syntagma antiquitatum romanarum de ritibus sacris, selectam Bibliothecam historicam, Thesaurum variæ eruditionis, Corpus Historiæ Germanicæ, Jus Ecclesiæ circa religionem, de Constantini M. Christianismo Politico, de Pyrrhonismo historico, theses ex Historia Pontificum, præter alia quamplurima, in Jöcheri

Lexico

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Lexico fusius enumerata. III. Gustavus Zeltner Lutheranus, e cujus calamo profluxit adolescentia Reipublicæ Judaicæ, epistola de peccato in Spiritum Sanctum & de descensu Christi ad inferos, de corruptelis & medelis Theologiæ, de novis Bibliorum versionibus germanicis non temere vulgandis, de suspicionibus Ecclesiæ noxiis, Breviarium controversiarum cum Enthusiastis & cum Remonstrantibus, Historia crypto-Socinianismi Altorfini, de Priscilla Aquilæ uxore, de typo Polygamiæ in N. T. abolito, de horologio Pilati & Caiphæ & alia quamplurima. IV. Carolus Engelschall pariter Lutheranus, qui scripsit præjudicia vitæ, meditationes in V. libros Moysis, & librum Judicum ac Ruth, observationem de umbra Petri ægris salutari, Bidenbachii concordiam Jesuitarum & Christianorum in doctrina de Religione teutonice redditam præter alia opuscula Germanice edita. V. Joannes Hallwachs, qui edidit disputationem de Atheo, de pœnis in Atheum, de juramento Athei & de juramento religionis, de Joanna Papissa, Carolo Magno & Lothario Imp. &c. VI. Franciscus Fabritius Calvinista, qui elucubravit tractatum de Sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech, Chrisologiam Noachicam

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

chicam & Abrahamicam; fidem Christianam Patriarcharum, & Prophetarum, orationes de scholis Prophetarum, & de scriba edocto in Regno cælorum, Theologiam Christianam ex solis Christi verbis, Christum unicum Ecclesiæ fundamentum &c. VII. Justus Motschmann, cujus nomen inter eruditos unice celebratur propter editam ab ipso Erfordiam literariam. VIII. Joannes Henricus Michaelis linguarum Orientalium Professor, qui evulgavit conamina brevioris manuductionis ad doctrinam de accentibus Hebræorum prosaicis, dissertationem de his accentibus metricis, epicrisin philologicam &c. dissertationem de Angelo Dei, novam versionem psalterii æthiopici de peculiaribus Hebræorum loquendi modis, Historiam linguæ Arabicæ, dissertationem de textu N. T. græco, de Isaia Propheta, ejusque vaticinio, uberiores annotationes in hagiographos, dissertationem de Christo Petra ac fundamento Ecclesiæ, de usu LXX. Interpretum in N. T. de Ecclesiaste Salomonis, de Canticis Canticorum, dissertationem de nexu officiorum Christiani cum vero Dei cultu, & alia nonnulla. IX. Joannes Jacobus Jantsen, cujus præcipua lucubratio est

nexus

nexus & differentia vivæ & operosæ fidei. X. Gottlieb Bayer, qui scripsit vindicias verborum Christi: *Eli Lama Sabbactani*, de eclypsi Sinica, & de eclypsi solis in morte Christi, Historiam Congregationis de Propaganda, de Verbiasti scriptis Sinicis, de Confucii libro Chun cieu de Cyclo horarum Sinico &c. Sæc.XVIII. A. C. 1738.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXXII.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. 1.

Universitatis Parisinæ fata.

Enimvero Parisina Universitas, quam diu sacræ Sedi immoto filiali obsequii studio adhæserat, ac legitimi Regis sui mandatis non modo debita submissione obtemperaverat, sed etiam pro ejusdem salute & securitate tuenda & conservandis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus invictam sollicitudinem ac fidem luculentis omnino speciminibus testatam reddiderat, semper Viris eruditione summis & ad Ecclesiæ & Regni utilitatem ac decorem natis floruit, summisque laudum encomiis & honorum significationibus usque adeo cumulata fuit, ut ab ipsismet Regibus pri-

primogenita nominaretur *Filia:* poſt- Sæc. XVIII.
quam vero rerum novarum cupiditas A. C. 1739.
& effrænis ſentiendi libertas quosdam Doctores velut peſtifera lues afflaverat, apud ipſos primo Eccleſiæ univerſalis definitioni, poſtea Regum decretis palam contradicendi pruritus atque aperta pervicacia infauſto omine invaluit. Inde maximum celeberrimæ hujus Univerſitatis dedecus, tetra priſtini honoris ac famæ eclypſis, contemptus & neglectus oriebatur: Ceterum inter alias adhuc plures priſtinæ ac ſingularis venerationis teſtificationes haud infima erat, quod ab antiquo, priusquam Univerſitas quotannis novum Rectorem elegerat, cum omnes Doctores inſtructo ordine ad Abbatiam S. Germani procederent, a Priore, omnibusque religioſis in Templo perhonorifice exciperentur, imo etiam Rector Magnificus titulo *Monſeigneur*, iisdemque honoribus, qui ipſis Regibus exhiberi ſolent, decoraretur: Attamen continuata quorumdam pertinacia Ludovici XV. Regis indignationem adeo provocabat, ut hic multas honorum prærogativas antea Univerſitati conceſſas, revocaret necnon ſolemnem hujus Collegii receptionem, novique Rectoris ſalutationem omitti juberet, idemque obſequii genus & præfatæ Abbatiæ Priori

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

Priori interdiceret. Regio huic mandato accessit insuper hujus Abbatis declaratio, qua Universitati significatum Abbatem utpote Regii sanguinis Principem nunquam permissurum, ut quiscunque locum suum in Ecclesia occuparet. Enimvero non omnes Universitatis Doctores obstinatæ cum Pontifice dissensionis consortes erant, sed multo major Sorbonæ pars aliarumque Facultatum Magistri quamplurimi non modo acceptationis An. 1714. factæ sed etiam nuperrime, uti relatum est, Apostolicis decretis plenam ac perfectam submissionem testati sunt; ut vero inustam pervicaciæ labem hi ipsi Doctores a Sorbona Matre sua penitus delerent, pristinumque eidem decorem restituere possent, hoc anno omnes vires, extremosque conatus impenderunt, uti mox dicemus.

§. II.

Constitutio Unigenitus *in solemni Parisinæ Universitatis Conventu recepta, & appellationes revocatæ.*

Ad glorioſum hoc propoſitum rite exequendum, nil magis efficax, magisque expeditum fore cenſebant hi Doctores, quam novam talis Rectoris ele-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

electionem, qui doctrina, pietate, & auctoritate insignis suo exemplo, ac rationum momentis ceteros ad sui imitationem, & salutaris hujus consilii executionem permovere posset: Eo fine præprimis unanimi suffragio inter se concludebant, novum Universitatis Rectorem magnificum, quiscunque demum inter eos eligeretur, obstrictum fore, ut omni ope & opera in id unice incumberet, quatenus non modo nota Constitutio sine ulla restrictione ab omnibus Facultatibus reciperetur, sed & omnes appellationes ab ea hucusque interpositæ revocarentur, ac deinceps ullas interponi prohiberetur: His ita deliberatis unice agebatur de ejusmodi Viro, in quo tantum roboris & virtutis esset, ut omnes interventuras difficultates (cujuslibet pii magnique operis pedisequas) superare, suaque prudentia ac moderatione ceterorum pertinaciam frangere posset. Præ ceteris ad tanti momenti rem aptus credebatur doctissimus Abbas Rohan de Vantadour, Armandi Gastonis Principis Soubisii Rohanii Cardinalis & Argentinensis Episcopi Nepos, ætate quidem juvenis, ingenii tamen perspicacia, morum comitate, prudentia, rerumque gerendarum dexteritate oppido maturus, & quod rei caput erat, Regi, Aulæque acce-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

acceptiſſimus. In hunc ergo potiſſ
morum collimabant Doctorum ſuffrag
non pœnitendo plane ſelectu; quip
vix electus, jamjam cum Fleurio
Rohanio Cardinalibus de exequen
gravi hoc negotio frequentem habe
conſultationem: Utriusque erat con
lium, ut res ſine ſtrepitu ageretur,
devii Doctorum animi propoſitis rat
num momentis ad rectam ſemitam r
ducerentur. Ipſe etiam Cardinalis Ro
hanius, qui ad reſtaurandam Eccleſ
Gallicanæ pacem jam dudum ſuas co
tulerat partes, hoc negotium ad opt
tum exitum perducere ſtrenue adlab
rabat, eaque de cauſſa cunctos cujus
libet Collegii Profeſſores ad prandium
invitabat, miraque ſermonis affabili
tate unitatem Eccleſiæ, ac domeſticam
pacem commendans, varia ad id pro
poſuit argumenta, ab aliis oppoſita di
ſolvit, eisque, quos ceteris magis ob
firmatos reperit, palam declaravit
ipſos quidem appellationis uſum, ut
pote conſuetum ſuæ pertinaciæ palli
dium, oretenus propugnare poſſe, Re
gem tamen, ejusque Senatum ſcriptas
proteſtationes nunquam admiſſurum.
Animis ita diſpoſitis ad diem undeci
mam Maij ſolemnis Univerſitatis con
ventus indicitur, comparent omnium
Facultatum Doctores, Magiſtri, Bac
calau-

calaurei, etiam ii, quibus alias ex veterum ſtatutorum præſcripto vel nupero Regis interdicto intereſſe erat vetitum. Præprimis Rector nitidam adeo, tamque verborum copia & rationum pondere gravem habuit orationem, ut Auditores ad ejus vota non tam ſequi, quam rapi viderentur: mira dein in dicendo jucunditate præſentibus expoſuit, totam Univerſitatem huc eſſe convocatam, ut de Conſtitutione tanquam Eccleſiæ doctrina, & Regni lege recipienda, necnon de revocandis appellationibus deliberaretur: Abſoluta hac oratione Gilbertus Univerſitatis Syndicus huic deliberationi ſeſe pro more oppoſuit, habito ſermone demonſtrare niſus, quod appellatio ab Univerſitate interpoſita nullatenus revocari poſſet, ſeque cuncta, quæ mox expoſuiſſet, ſuo ſanguine firmare, paratum eſſe, declaravit. Rollinus quoque & Collinius unacum aliis ſeptuaginta octo Syndici ſententiæ acceſſerunt, factamque oppoſitionem ad acta referri petierunt, quod eis tamen denegatum eſt: cum vero Notarii eo fine ad Conventum admiſſi non fuiſſent, ipſi inde exceſſerunt, & coram Notariis, qui magno numero extra Sorbonæ Aulam jam erant congregati, adverſus deliberationem proteſtati ſunt. Pariter Facul-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

tas

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

tas Medica palam minitabatur, quo si ad revocandam appellationem cogere tur, haud amplius suo functura esse officio, proin Universitatis Medici, quo rum ingens erat copia, deinceps ne venarum pulsu morbos exploratur nulli medicamentum ordinaturi, & ne quidem infirmos visitaturi essent. Vi verbis exprimi potest, quam ridicul diversorum affectuum scena occasio hujus declarationis a Medicis factæ Parisino theatro fuerit exhibita; No biles Matronæ vix non flexis genibus vitæ suæ Patronos rogabant, ne ab eis desererentur; alii, qui ad nudum Me dici conspectum novo phantasiæ morbo cruciari solebant, ob Medici, utpote potentissimi sui Amici jacturam ad ex tremas mortis angustias redigebantur potissimi tamen sperabant, Medicos cessantibus aliquamdiu Galeni opibus, ultro pedes cum Aristotele ituros ad infirmorum domus: Verebantur tamen non pauci, Parisinæ Urbis incolas, si Medici haud amplius medicinas essent præscripturi, tanto numero augendos, ut inde extrema inedia foret pertime scenda: Hæc per jocum fuere dicta, serio tamen res acta est; quippe insu perhabita quorumdam oppositione per solemne Universitatis decretum concur rentibus Doctorum potissimis Consti tutio

tutio pure & simpliciter recepta fuit, omnesque appellationes ab ea interpositæ fuerunt revocatæ: Inde maxima celeberrimæ huic Universitati gloria accessit, ac prospero hujus negotii successu præcipue Vantadourius Rector immortalem sui nominis famam sibi conciliavit, non modo a Fleuryo Cardinale, sed ab ipso etiam Galliarum Rege amplissimis encomiis honoratus, eoquod rem, quæ per integrum ferme sæculum innumeris dissensionum turbis Ecclesiam, Regnumque involvit, tam dextre, tamque feliciter composuisset. Pariter gratulatorias literas paterno affectu plenas ab ipso summo Pontifice recepit, ejusque nomen Romæ in publicis Consistoriis, & Purpuratorum Congregationibus non sine maxima laude celebratum est. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. III.

Parisini Parlamenti motus contra hoc Universitatis decretum.

Adversus hanc Universitatis declarationem vehementer reclamabant circiter centum quatuordecim Doctores, qui solemnem suam oppositionem Vantadourio Rectori tradi curarunt, qua tamen rejecta ad Parisiense Parlamentum adjecto libello supplici provocarunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Horum vero pervicacia tantopere Regem offendit, ut Gibertum Universitatis Syndicum, utpote præcipuum rebellionis caput, transmissis Regii mandati literis Antissiodorum in exilium amandaret, ac ceteris, nisi a sua oppositione desisterent, parem pertinaciæ pœnam interminari juberet. Hoc Regis exemplo animati Franciæ Præsules, aucto Religionis Zelo Quesnellianæ factionis pestem penitus eliminare adlaborabant, eorumque septem scilicet Amianus, Massilienſis, Laudunensis, Nannetensis, Catalaunus, Dolensis, & Bolognensis Episcopi hoc anno edita Ipris epistola declararunt, Appellantes ipso facto esse suspensos, & si Bullam recipere renuerent, autsancta contra illam pertinaciter retinerent, Sacramentorum usu, sacraque sepultura esse privandos. Attamen Parisiense Parlamentum, cum inde auctoritati suæ in res sacras arrogatæ novum vulnus infligi crederet, horum Præsulum epistolam edito decreto suppressit. Nihilominus Laudunensis Episcopus, Ecclesiæ causſam, & Episcopalis Ordinis jura imperterrito pectore propugnare assuetus, mox aliam edidit Instructionem Pastoralem, in qua declaravit, Appellantes esse hæreticos, schismaticos, pertinaces, proin in vita communi-

munione cum fidelibus, & in mortis etiam articulo Sacramentis Ecclesiæ, & post mortem sacra sepultura privandos. Sub idem ferme tempus in Præfectura Villæ-novæ Regiæ Parochus obstinato cuidam Appellanti infirmo Sacramenta administrare recusabat; quo tamen comperto mox Boulartus Criminalis fori Præfectus die vigesima quinta Augusti suburbico Parocho præcepit, ut sine ulla tergiversatione Eucharistiam ad hunc infirmum deferret: Obstiterat acriter Episcopus, atque ad ipsum Regem adversus sacrilegam hanc violentiam questum ibat: mox ergo tota rei serie maturius ponderata, Rex die octavo Septembris adversus laicæ potestatis usurpationes Ecclesiam ejusque Ministros vindicare statuit, ac promulgato Regii Senatus edicto Præfecti mandatum omnino nullum, irritum, & incompetenter editum fuisse declaravit, certaque potestatis spiritualis jura enormiter violata doluit, *cumque* (verba sunt edicti Regii) *protectio Regia Ecclesiæ indulta non permittat, ut Rex relinquat impunitum attentatum tam temerarium in jura maxime essentialia annexa authoritati spirituali, sua Majestas id severissime reprimendum censuit, ut sicut hactenus nullum reperitur illius exemplum, ita imposterum in nullum trahi*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII A. C. 1739

possit exemplum. Eapropter Rex præ- cepit, ut Præfectus per trimestre a omnibus muneris sui functionibus su- spensus remaneret. Nihilominus Jan- seniſtæ Bojacensis Ecclesiæ Parochum ad Sacramenta refractariis adminis- randa adigere præsumpserant, cumque Episcopus adversus profanum Judicem & violatam jurisdictionem Ecclesiasti- cam reclamaret, mox factiosi jus sibi violenter arrogatum propugnare inten- Episcopum maledico ore tanquam schismatis auctorem fautoremque per- strinxere, & repulsam, qua petentibus Sacramenta denegantur, ex schismate tanquam malo ovo excluſam esse, hu- jusque patronos infausto prorsus fato esse primos Pastores inclamabant: nec his contenti, eorum impulsu Parisien- ses Advocati facundia sine dubio con- ducta diserti ac copiosi, in temeritatis defensionem scriptum in vulgus spar- sere, sub hoc titulo: *Consultatio DD. Ad- vocatorum Curiæ Parisinæ de juribus Lai- corum Judicum in exercenda cognitione de rebus schismatis, & de comprimendis auda- bus Ecclesiasticorum, qui negando Sacra- menta schisma fovent.*

§. IV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

§. IV.

Monialium Congregationis de Calvaria fata.

Hoc quidem Regis edicto graviter irritabatur Parisiense Parlamentum, paulopost tamen inexspectatus eventus longe intimius unguem in ulcus immisit. Res ita se habuit: Franciæ Præsulum nonnulli, cum suam jurisdictionem contra Parlamenti ausus potenter sæpiusque a Rege, ejusque secretiori Senatu vindicatam cernerent, ægris oculis jam dudum aspiciebant, Regulares utriusque sexus ferme potissimos immediate summi Pontificis jurisdictioni esse subjectos, atque ab Episcoporum potestate Ecclesiastica etiam post Tridentini Concilii decreta in pluribus omnino exemptos: Inde autem non modo Episcopali suæ auctoritati grave vulnus infligi querebantur, sed insuper, quotquot per aliquot sæcula in Regularibus subinde exorta scandala, morum corruptelas, & Regularis disciplinæ relaxationes studiose in unum censum contrahere poterant, ea omnia ex horum exemptione tanquam infecta radice pullulare dictitabant, totisque viribus machinabantur, ut sublata hac exemptione deinceps in Galliis saltem Mo-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

niales immediate in omnibus Episcoporum jurisdictioni subjectæ essent. Horum petito suffragabatur aliquot annorum consuetudo, vi cujus nullæ omnino Sanctimoniales in Regnum recipiebantur, nisi sese Episcopali jurisdictioni penitus subjicerent. Ad exequendum tamen horum propositum omnino necessarium videbatur suffragium longe potentissimum Cardinalis Fleurii, qui etiam re percepta eorum votis sat propensum sese exhibuit, totamque rei seriem Ludovico XV. Regi proposuit. Hic vero hoc negotium summi Pontificis judicio ac decisioni reliquit, exposuitque, sat conveniens esse, ut præprimis Benedictinæ Sanctimoniales Congregationis de Calvaria Parisiensis Archiepiscopi visitationi ac demum jurisdictioni subjicerentur: Annuit Pontifex Regis precibus, atque ad eundem Apostolicas transmisit literas, vi quarum hic idem Episcopus præfatæ Congregationis Visitator nominatus, & hæ Moniales ejus jurisdictioni subjectæ declarabantur: Hac novitate Moniales velut fulmine tactæ, quascunque possent, rationes oppositerunt, porrecto etiam ad Regem & Fleuryum Cardinalem libello, & invocato Amicorum, & potentum patrocinio. Attamen incassum erant omnia; Cardinalis enim Fleu-

Fleuryus cum Rohanio Cardinale, Senonensi Archiepiscopo, aliisque Præsulibus hac super re consultationem Versaliis habuit, ac tandem præfatæ Congregationis Monialibus ad earum preces, & opposita rationum momenta rescripsit. Regem hac in re sententiam suam minime mutaturum, nil ergo consultius fore, quam ut ejus voluntati plene prompteque sese subjicerent, ni Regiæ indignationis severitatem in caput suum accersere vellent: cum autem prima hujus Congregationis Præposita antiqui juris possessioni firmius insisteret, atque Archiepiscopum Visitatorem agnoscere renueret, Regiis literis ad Gerseyensem Abbatiam prope Groobacum relegata est, ceteræ vero Superiores Majores ab officio suspensæ fuerunt. Ea res summopere displicuit Parlamento Parisiensi; tantum enim arrogatæ suæ auctoritati inde detractum existimabat, quantum Episcoporum jurisdictioni per novam hanc Regularium subjectionem adjectum fuisset: Eapropter Purellius Abbas primariis Centumviralis Senatus Patribus Pontificium Breve Archiepiscopo Parisiensi transmissum, necnon nuperum Regis edictum, quo tam Parlamento, quam ceteris Curiis hujus causæ cognitio erat interdicta, discutiendum ac

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739

desuper deliberandum proposuit, habitoque sermone admodum gravi demonstrandum suscepit, quod, cum Rex causas plurimas sibi soli, suæque cognitioni iterato reservaret, per ejusmodi evocationes tandem tota Parlamenti auctoritas & jurisdictio evanesceret, nil ergo magis necessarium foret, quam ut universalis Curiæ Conventus haberetur, maloque remedium tempestive quæreretur: Id quod petiit facile obtinuit Purellius, moxque habitis comitiis unanimi omnium suffragio concluſum, Deputatos esse nominandos, qui Regi humillimas Parlamenti preces & postulata exponerent: Obtenta igitur alloquii venia Deputati nomine Parlamenti quatuor hosce articulos Regi proponebant. I. Haud esse ultra tolerandum, ut Pontificis Brevia in Franciæ Regno executioni mandentur, nisi a Parlamento, cujus esset illa exequi, fuissent acceptata, in tabulas relata, & literis, ut vocant, *patentibus* munita. II. Nihil esse immutandum circa veterem consuetudinem, vi cujus Universitas Parisina immediate sit subjecta jurisdictioni Parlamenti. III. Quicquid in contrarium ageretur, recta Regni principiis ac legibus adversari. IV. Si introduceretur simplex & pura Constitutionis *Unigenitus*

genitus acceptatio, eversum iri modificationem a defuncto Rege provide appositam. Attamen Ludovicus XV. Rex Deputatis ad hæc respondit, se nullatenus indigere Parlamenti monitis hac super re, sed potius res in suo statu esse relinquendas, donec aliter decerneretur. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. V.

Eadem Constitutio Pontificia Leodii solemniter recepta.

Hoc item anno Clemens XII. Georgium Ludovicum Principem de Berghes Leodiensem Episcopum datis literis impensius hortabatur, ut Constitutionem *Unigenitus* ab universo suo Clero & populo solemniter recipi curaret. Oblatam exerendi zeli sui Apostolici occasionem ambabus ulnis amplectebatur Episcopus Princeps, moxque die vigesima tertia Decembris habito publico conventu & oratione tantum effecit, ut nullo tergiversante Cathedralis Ecclesiæ Canonici, omnes Regularium Conventus, & totius Diæcesis ac ditionis Parochi, necnon cuncti Episcopales Ministri ac famuli ad *puram & simplicem* hujus Constitutionis acceptationem juramenti Religione sese obstringerent, & Jansenii doctrinam

Sæc. XVIII. A. C. 1739

in perpetuum damnarent: Re tam feliciter, tamque glorioſe peracta Epiſcopus omnes libros & ſcripta Janſeniano veneno infecta publice combuſſit. Accepto hujus rei nuntio ſummus Pontifex immenſa animi lætitia perfuſus, gratulatorias ad Epiſcopum dedit literas, ejusque Religionis Zelum & filiale obſequium pluribus commendavit.

§. VI.

Ulteriores Janſeniſtarum motus contra quosdam Franciæ Epiſcopos.

Sub idem ferme tempus Georgius Lazarus Berger de Charency, qui Carolo Colberto in Montpeſſulana Eccleſia Epiſcopus ſucceſſit, totus in eo erat, ut quas Prædeceſſor propagandæ Janſenianæ ſectæ ſtudio Eccleſiæ ſuæ intulerat, ruinas repararet. Eo fine die ſeptima Martii omnibus & ſingulis ſuæ Diæceſis Clericis præcepit, ut Alexandri VII. formulæ, rejecta omni diſtinctione juris & facti, *pure & ſimpliciter* ſubſcriberent. Huic præcepto paruere omnes, excepto Villebrunio Parocho, qui indignatione motus, quod ab Epiſcopo in conſilium non fuiſſet adhibitus, hoc præceptum promulgare

pertinacius renuit: cumque ingenii sui vires ad suam contumaciam erudito calamo tuendam non sufficerent, Theseos conduxit Parisinæ Curiæ Advocatos, qui confestim in opem advolarunt edita *Consultatione in causſa litis intentatæ Villebrunio Curioni ad S. Annæ Montispessulano, & mandati Episcopi ejusdem, quo subscriptio formulæ Alexandri VII. præcipitur.* In hac rapsodia Advocati propugnant, distinctionem juris & facti immotis ac inconcussis rationis & Religionis fundamentis inniti, ac propterea in Episcopum acrius invehuntur, quod illam in subscriptione adhibitam erroribus in fide annumeraſſet, hancque notam contra contestatam rei notitiam eidem inurere, eosque, qui huic distinctioni suffragantur, velut Ecclesiastico percussos anathemate declarare ausus fuisset, cum tamen ipsamet Ecclesia suum de facti quæstione sensum manifestasset, &c. Postea hi Advocati dictatoria sententia edicunt, hunc Curionem jure egisse, dein amplo & magnifico elogio defuncti Montpessulani Episcopi legitimos de religione sensus prosequuntur, ejus vero Successorem probris sane indignissimis onerant, in hoc solo adhuc moderati, quod in eum, ejusque mandatum nondum ex Cathedra excommunicationis fulmen

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

men vibrarint. Paulopoſt tamen Janſeniſtæ ad hujus Epiſcopi mandatum reſponſionem vulgarant, quam anno ſequenti Benedictus XIV. peculiari Brevi die vigeſima nona Novembris damnavit. Pari temeritate in ipſum etiam Senonenſem Archiepiſcopum die prima Septembris tumultuati ſunt; cum enim hic novum confeciſſet catechismum, & proſcripto veteris uſu ex hoc ſolo fidei rudimenta tradi, indicta ſuſpenſionis pœna juſſiſſet, Parochi quidam Epiſcopis ſuis, eorumque imperiis non minus ac Eccleſiæ deciſionibus reſiſtere aſſueti, hunc catechismum rejecerunt; ut vero promeritam effugerent pœnam, pro more Janſeniſtis uſitato Advocatorum patrocinium implorant, obtinentque. Hi igitur omnes penitus hujus Catechismi apices ad pondus ſui Sanctuarii dimetiuntur, plura fidei dogmata Dictatore Quesnello cenſoria virga perſtringunt, præſertim illa, in quibus populus de obedientia Pontifici & Epiſcopis præſtanda inſtituitur, hancque *legibus Eccleſiæ eſſe contrariam* pronuntiant, & pro tribunali ſedentes declarant, quod Parochi hac in cauſſa ſuo Archiepiſcopo reſiſtendi, eique obſequium denegandi jure legitimo gaudeant.

§. VII.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. VII.

Cajetanus Stampa, & Petrus de Tencin a ſummo Pontifice Romana Purpura decorati.

Cum anno priori Sacrum Purpuratorum Collegium quatuor omnino præſtantiſſimis Cardinalibus orbatum fuiſſet, ſummus Pontifex ineuntis hujus anni die vigeſima tertia Februarii nova duorum longe meritiſſimorum Præſulum inauguratione hanc jacturam compenſare voluit. Ex his primus erat Cajetanus Comes de Stampa Mediolanenſis, Apoſtolicus ad Rempublicam Venetam Nuntius & Archiepiſcopus Mediolanenſis, Cardinalis Presbyter S. Alexii. Alter erat Petrus Guarin de Tenzin natione Gallus, Embrodunenſis Archiepiſcopus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. Ceterum jam anno hujus ſæculi vigeſimo octavo hic Præſul a Jacobo III. Britanniæ Rege commendatus erat, ut a Benedicto XIII. Purpuratorum Senatui accenſeretur; quoniam vero ob Janſenianum Sanitienſem Epiſcopum a ſuæ Diæceſis adminiſtratione in Synodo ſuſpenſum plurimorum ſubiiſſet invidiam, gravibusque moleſtiis a Parlamento aliisque Sanitienſis Epiſcopi ami

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

amicis exagitatus fuisset, ipsius inaugurationem Pontifex differendam censuit, Petrus quoque dilata Apostolici sui Zeli præmia patientissime tulit: vindicata demum ejus innocentia, agendique ratione hoc anno ad iteratam ejusdem Angliæ Regis, quem vulgo *Prætendentem* vocant, petitionem Clemens XII. illum promerito honore decoravit, dictoque Regi concessit, ut ipse prior Abbatem quendam, qui Petro obtentæ dignitatis nuntium referret, Parisios decernere posset, quo primum post aliquot horas Pontifex Clarallium Cancellariæ Pontificiæ Cursorem ablegabat. Attamen dignissimi hujus Præsulis inauguratio nonnullis permolesta accidit; ac præprimis Jansenistæ hujus Viri promotionem in magni terroris omen accepere; præterquam enim, quod illum capitalem suæ sectæ ac errorum hostem experti essent, timebant etiam, ne ipse mortuo Fleuryo in primum Franciæ Regis Administrum eligeretur: Insuper quam primum Georgio II. Angliæ Regi nuntiatum erat, Tencinum approbante Ludovico Galliarum Rege, ad nominationem Equitis S. Georgii (ita Jacobum III. Angli vocitabant) Purpuram obtinuisse, mox Waldgravio Anglo apud Franciæ Aulam Oratori injunctum, ut Ludovico

dovico Regi exponeret, Galliæ ſubditum ad Prætendentis preces Purpura decoratum a Galliarum Rege coli, quid aliud id eſſe, niſi tacite Anglici Regis titulum, quem ipſe Eques uſurparet, in eo agnoſcere, & quidem eo magis, quo expreſſius hic Cardinalis, dum Ludovicum Regem ſalutaret, Jacobum Regio titulo honoraſſet; Britanniæ igitur Regem hac ſuper re talem depoſcere declarationem, qua conceptæ ſuſpicionis fundamentum penitus tolleretur, ſi tamen priſtinæ amicitiæ vinculum Rex Galliæ indiſſolubile vellet: Hæc Orator Anglus Ameloto primario Regni Secretario ad Regem Gallum referenda expoſuit: Habebatur deſuper in ſanctiori Senatu conſultatio, tandemque Amelotus Ludovici Regis nomine Oratori Anglo reſpondere juſſus eſt: æquas utique fore querelas, ſi vel in minimo Angliæ Regis juribus quicquam hac in re fuiſſet detractum; rem autem non ita ſe habere; Equitem enim S. Georgii, dum Præſulem quemdam ad Purpuram nominaret, eo uſum fuiſſe jure, quod olim Romano-Catholicis (non item Proteſtantibus) Angliæ Regibus ab antiquo competeret; hunc ergo, cum Catholicus eſſet, & Romæ Regiis honoribus frueretur, omni jure quemcunque vellet, proin etiam natio-

Sæc XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

natione Gallum & quidem Embrodu-nensem Archiepiscopum nominare po-tuisse, de cetero de re agi, quæ Reli-gionem Catholicam concerneret, nec tamen Franciæ Regem, approbandi ipsius inaugurationem tacite, appro-basse titulum a Jacobo assumptum, is-que declarare, quod hanc nominati-nem non aliter respiceret, quam factu-ab ejusmodi Principe, qui in unica hæ-re pristina suorum Majorum jura pro-secutus esset, quemque nonnisi sua Re-ligio, & Anglorum statuta a Regni so-lio excluisissent &c. His cum Wald-gravius Orator quædam opponere pa-raret, Amelotus loquentem interrupit his verbis: *Nonne vester Rex Londini ti-tulum Regis Franciæ usurpat, non reclu-mantibus Gallis; nec ergo Angli ægre fe-rant, si S. Georgii Eques Romæ titulo Regis Angliæ utitur, nec hic nec ille titu-lus præscriptos transgreditur limites* &c.

Insuperhabita igitur Anglorum op-positione, & Jansenistarum obtrecta-tionibus cum contemptu spretis, Lu-dovicus XV. Franciæ Rex hunc Cardi-nalem singularis benevolentiæ testifi-cationibus excepit, eique propria sua manu Biretum rubrum imposuit; grato enim animo recolebat insigne be-neficium, quod hic idem Cardinalis olim Embrodunensis Episcopus Galli-

canæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

canæ Ecclesiæ, totique Galliarum Regno per Provincialem Synodum a se, habitam Anno 1727. præstitissetJuvat ergo præcipua illius decreta notatuque magis digna huc adducere: sunt autem, quæ sequuntur:

„Cum fides sit humanæ salutis ini„tium, & fundamentum, ac sine illa „*impossibile sit placere Deo;* primum ac præcipuum Pastoralis sollicitudinis ca„put est, illam integram illibatamque „servare.„

„Quoniam igitur simplicitate fidei „quidam non ambulantes, Constitutio„nibus Apostolicis, quibus succrescen„tes novissimis temporibus errores dam„nati sunt, palam & aperte refragan„tur, aut eas subdolis interpretationi„bus conantur eludere, idcirco de obe„dientia illis Constitutionibus debita „sequentes articulos promulgandos ju„dicavit hæc sancta Synodus.„

I. „Constitutio *Unigenitus*, qua cen„tum & una Quesnelli Propositiones „damnatæ sunt, cui suffragata est uni„versalis Ecclesia, est dogmaticum, de„finitivum, & irretractabile judicium „illius Ecclesiæ, de qua divino ore „dictum est: Portæ inferi non præva„lebunt adversus eam. Si quis igitur „eidem Constitutioni corde & animo „non acquiescit, aut veram, & since-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ram obedientiam non præſtat, inte
„eos habeatur, qui circa fidem na
„fragaverunt. Quod ſi nonnulli cu
„ſcente contumacia, hæreticorum n
„ſtigiis inſiſtentes, a præfato dogma
„tico judicio, quo non laudabiles P
„trum ſententiæ, non innoxiæ Cath
„licarum Scholarum opiniones, ut c
„lumniantur Novatores, ſed in prim
„Baij & Janſenii errores jam dudu
„damnati, iterum damnantur, ad f
„turum generale Concilium provoca
„præſumpſerint, hujusmodi provoc
„tionem noverint eſſe ipſo jure irrita
„ſcandaloſam, ſchismaticam, jam dam
„natis erroribus faventem, Sedi Apo
„ſtolicæ & Eccleſiæ injurioſam.„

II. „Quoniam autem quidam ec
„rum, per quos oborta ſunt memora
„ſcandala, præſcriptæ ab Alexandr
„VII. formulæ reluctantes diverſis ca
„villationibus vim illius eludere conan
„tur, obtenduntque Eccleſiam no
„exigere, ut quisque ſubſcribendo præ
„fatæ formulæ juramento profiteatur
„ſenſum hæreticum in quinque Propo
„ſitionibus ab Innocentio X. damnatum
„contineri in Cornelii Janſenii libro
„ideo non ejusdem Alexandri VII
„Conſtitutioni inhærentes, præfatam
„illam ſubſcriptionis interpretationem
„declaramus perniciosam, temerariam,

„Ec-

„Ecclesiæ & ejus praxi iujuriosam, Sæc. XVIII.
„schismaticam, necnon hæreticis & A. C. 1739.
„hæresibus faventem, & ut talem re-
„jicimus & damnamus.„

III. „Quod spectat ad inquietos il-
„los homines, qui non sine gravi Sedis
„Apostolicæ injuria, maximoque to-
„tius Ecclesiæ scandalo, docere non
„verentur, ad obedientiam præfatis
„Constitutionibus Apostolicis debitam,
„non requiri, ut quis prædicti Janse-
„nianı libri sensum in antedictis quin-
„que Propositionibus damnatum, inte-
„rius ut hæreticum damnet; sed satis
„esse, si ea de re obsequiosum, ut vo-
„cant, silentium teneatur, doctrinam
„illam declarat hæc S. Synodus ab omni
„catholico abhorrendam, fallacem,
„pernicioſam, & perjuriis faventem;
„hujus enim doctrinæ pallio non de-
„ponitur error, sed absconditur; Ec-
„clesiæ illuditur non paretur; & lata
„filiis inobedientiæ via sternitur ad
„fovendam silentio hæresim; statuit-
„que juxta Constitutionem Clemen-
„tis XI. Vineam Domini Sabaoth, obe-
„dientiæ, quæ memoratis Apostolicis
„Constitutionibus debetur, minime sa-
„tisfieri, sed damnatum in quinque
„præfatis Propositionibus Jansenii libri
„sensum, quem illarum verba præsefe-
„runt, ab omnibus Christifidelibus ut

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„hæreticum non ore solum, sed corde
„rejici, ac damnari debere; & qui ei
„cus docuerint, vel quovis modo assen
„ruerint, subjacere censuris & pœnis
„in supradictis Constitutionibus con
„tentis.„

IV. „Neminem ad sacros Ordines
„promoveant Episcopi, aut ad Confes
„siones audiendas, & munia Concio
„natoris obeunda applicent, vel ad be
„neficia possidenda admittant, nis
„prius Constitutionum Innocentii X. &
„Alexandri VII. subscriptionem exege
„rint, & de præstita Clementis XI.
„Constitutionibus *Vineam Domini Sa
„baoth*, & *Unigenitus Dei filius*, sincere
„ac demissa obedientia certiores fac
„fuerint.„

V. „Denique cum Novatores spe
„cies ubique virulentis ac fallacibus
„bellis incautos homines ipsosque
„tiam, si fieri posset, electos in errores
„suos inducere conentur, eaque pra
„valeat iniquitas temporum, ut libri
„improbi, quo graviori anathemate fe
„riuntur, eo curiosius requirantur, &
„legantur avidius; ne venenum latius
„serpat, & ut a noxiis pascuis Christi
„oves arceantur, priorum Conciliorum
„vestigiis inhærens declarat hæc sancta
„Synodus, omnes, qui prohibitos libros
„seu libellos, & præsertim adversus
„præ-

„præfatas Conſtitutiones Apoſtolicas „recens vulgatas, tam ſcriptos quam „typis editos, legere, deſcribere aut „apud ſe retinere auſi fuerint, excom„municationis vinculo eſſe ipſo facto „innotatos, a qua niſi ſpeciali licentia „(ſecluſo mortis articulo) abſolvi „nequeant.„ Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Hujus Synodi acta non modo Benedictus XIII approbavit, ipſumque Archiepiſcopum maximis laudibus eſt proſecutus, ſed etiam Ludovicus Franciæ Rex, ut ſua quoque auctoritate Regium pondus adjiceret, Regni ſui Cardinales, Archiepiſcopos & Epiſcopos extra ordinem occaſione hujus Concilii Pariſiis congregari juſſit, qui etiam anno ſequenti in commendationem hujus Synodi ad Regem dederunt epiſtolam prorſus egregiam, ut patet ex hoc illius fragmento: *Prorſus a nobis alienum ſit*, inquiunt hi Præſules, *cogitare vel dicere, quod ad ferendum vel ad acceptandum judicium in materia fidei, nec examine, nec diſcuſſione, nec libertate nobis opus ſit; fundantes tamen nos in promiſſione Jeſu Chriſti potius dicimus, quod poſt latam a corpore Paſtorum ſententiam nunquam fidelibus liceat recuſare ſubmiſſionem, nec in ea præſtanda hæſitare; quia promiſſum eſt, portas inferni prævalere non poſſe; conſequenter nec prævalebunt*

Sæc. XVIII. A. C. 1729.

lebunt per violentiam, nec per negligentiam nec per seductionem. Frustra objicitur rem non fuisse examinatam (defuisse libertatem) & animos in consensum motivo molumenti temporalis pertractos esse. Jesus Christus & cum corpore Pastorum, ipse sapientia Patris, simul ac veritas aterna itaque cum ipsis est etiam, in quantum sapientia providendo ipsis de mediis secur cognoscendi ea, quæ docuit, & simul cu ipsis est etiam, in quantum est veritas impediendo ne errent. Quando fidelis vide corpus Pastorum cum suo capite unitum fo mare decisionem pertinentem ad emolumen fidei & quando videt, hoc venerabile co pus, quod loquitur nomine Dei, & habe assistentiam ex alto, exigere submissionem ac præscribere obedientiam, non studuit Et quamvis ipsi dicatur; una Pars Episco porum non tulit sententiam in forma judici alii non conveniunt in motivo definitionis aliquos ad assensum unice determinavit in fallibilitas Papæ; aliorum vero examen insufficiens, aut non est juridicum, timen dum esse, ne eorum definitio propter ob scuritatem condemnatarum veritatum con fusura sit veritatem cum errore; omnes ta men ejusmodi discursus non commovebun soliditatem ejus fidei, nec infirmabunt ejus confidentiam in promissionibus Jesu Christi videt enim unitatem in corpore Pastorum, & videt etiam centrum, in quo uniuntur,

in quo ſua quoque credulitas fixa quieſcit. Sæc. XVIII. A. C. 1739.
Scit, huic unitati dictum eſſe, qui Vos audit, Me audit; non pluribus illi opus eſt; non examinat, quomodo fuerit hoc corporis uniti judicium; nec disquirit varia motiva, quibus innixi Epiſcopi ſuam ediderunt definitionem; ipſi ſufficit, quod locuti fuerint pro eo, qui ſuam fidem in ipſorum magiſterio fundat; non turbatur periculis, quæ tanquam conſideratione digna exaggerantur; novit enim, eum, qui Epiſcopis promiſit ſuam aſſiſtentiam in dicendo, etiam ipſos poſſe tueri, ac præſtare ſecuros, ſeque cum illis; ſuam enim ſimplicitatem in ſe ſubmittendo fore ſuam ſecuritatem, ſicut promiſſio Chriſti Epiſcopis præſtat ſecuritatem.

§. VIII.

Alii tres Præſules ab eodem Pontifice ad ſacrum Senatum aſſumpti.

Præter hos duos idem Clemens Pontifex hujus anni decima quinta Julii die ſacro Purpuratorum Collegio adſcripſit Manellinum Corium Mediolanenſem, antehac Romanæ Urbis Gubernatorem, quem in Conſiſtorio Cardinalem Diaconum tit. S. Hadriani dixit. Die autem trigeſima Septembris decimam quintam & quidem poſtremam

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

habuit Cardinalium renuntiationem qua sequentes duos Præsules Purpu honorabat. Ex his primus erat Pro sper Columna patria Romanus, C meræ Apostolicæ Auditor, Cardinal Diaconus tit. S. Angeli in foro Piscium & Carolus Maria Sacripantes itide Romanus, Presbyter Cardinalis t S. Mariæ ad Martyres.

§. IX.

Georgii Spinolæ Cardinalis obitu

Totidem Purpurati, quos Clemens Mense Julio promoverat, hoc ann morte sua vacuas in Collegio sedes r liquere. Ex his primus erat Georgiu Spinola, qui ex vetustissima æque illustrissima Genuensium Patricioru familia ortus, die quinta Junii ann Christi sexcentesimo sexagesimo sept mo post millesimum primam lucem a spexit, eximiis omnino Parentibus, Christophoro Marchione Reipublicæ Genuensis Duce, & Joanna Baptist Centurione. Horum cura Georgius primo paterna in domo hominis Chri stiani officiis, & literarum rudimentis probe imbutus, Senas ad Nobile Col legium Ptolomaicum mittebatur, u severioribus ibidem disciplinis institue retur. Inde Romam profectus, natura for-

fortuna & virtute ad unum hunc juvenem exornandum una concurrentibus, primo utriusque juris Doctor, paulopoſt ab Innocentio XII. utriusque Signaturæ Referendarius, ac demum Ferrarienſis Pro-Legatus renuntiabatur: His muniis non ſine laude perfunctus ad altiora ſibi viam aperuit; quippe ab eodem Pontifice ad Romani Regiminis curas admotus, Centumcellanæ urbi ac portui & poſtea Viterbienſi Provinciæ præeſſe juſſus eſt; ejus vero merita, cum Clementi XI. pariter apprime cognita eſſent, ab eodem Papa Gubernator Peruſinus, ac demum in Melitenſi Inſula Generalis Quæſitor fidei dictus eſt. Evoluto aliquot annorum ſpatio Romam reverſus, Noſocomii Romani & nummulariæ S. Spiritus in Saxonia Commendatarius nominabatur: ubi ejus integritate luculenter comprobata, ad Carolum Archiducem Auſtriacum, qui cum Philippo Andegavenſi Duce de Hiſpana Monarchia contenderat, Nuntius Apoſtolicus & Cæſareæ Archiepiſcopus dictus decernebatur; cum vero idem Carolus comperta Joſephi I. Imp. Fratris ſui morte, Barcinona Viennam remigraret, Spinola illum in itinere comitatus, apud eundem Carolum VI. in Imperatorem unanimi ſuffragio electum

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ctum Viennæ remanſit, ſummis in honoribus ibidem habitus, & in negotiis maxime arduis in conſilium vocatus. Auctor erat etiam Imperatori ad bellum Turcis inferendum, eoque fine Pontificium promulgabat diploma, quo omnes Eccleſiaſtici in hæreditariis Auſtriacæ Domus Provinciis decimas per integrum triennium ad proſequendi belli expenſas conferre jubebantur; Auctus demum a Papa prædivite Abbatia Mediolanenſi ad S. Dionyſium, non modo Leopoldum recens natum Caroli VI. Filium mox fatis ereptum, ſed ſubinde etiam Mariam Thereſiam, & anno ſequenti Mariam Annam Archiduciſſas ejusdem Imperatoris Filias Sacro fonte ſolemniter abluebat. Nec tamen hæc felicitas adverſus invidiam fatis tuta remanſit, nec ſine moleſtiæ fæcibus profluxit; quamvis enim Spinola apud Imperatorem maxima valeret gratia, nihilominus, poſtquam Hiſpani Sardiniam Inſulam hoſtiliter invaſerant, aliquamdiu Aula Cæſarea abeſſe juſſus eſt, eoquod Pontifex cum Hiſpanis colluſiſſe crederetur. Hanc tamen procellam brevi Spinola diſſipabat; cum enim Religionem & prudentiam in omnibus ſuis negotiis individuas haberet ſocias, his facem præferentibus ſemper inoffenſo pede per adverſa quæque

que ſecurus incedebat: detecta enim ejus integritate & Pontificis innocentia Imperator haud ſat amplis encomiis Nuntii ſui fidelitatem proſequi poterat, & cum eo amicabilia prorſus colloquia in longum tempus de graviſſimis negotiis extrahere ſolitus erat: Poſtquam vero Spinola per octo ferme annos perardua hac legatione ſtrenue functus erat, a Clemente XI. in S. Senatum evehebatur, Joſepho Spinellio Viennam deportante Pileum rubrum, quem ei ipſemet Imperator conſueta pompa die decima octava Februarii anno hujus ſæculi vigeſimo impoſuit. Hac dignitate auctus, ſolemnes quoque exequias pro defuncta Imperatrice Eleonora celebrabat, poſtea vero Vienna Romam reverſurus, Cæſari totique Auguſtiſſimæ Familiæ valedixit, & a Carolo VI. pretioſa Cruce aurea gemmis diſtincta honoratus, mortuo Pontifice, Sacris interfuit comitiis, & ab Innocentio XIII. neo-electo Papa in primum Aulæ Pontificiæ Adminiſtrum ſelectus eſt, quo in munere totus in eo erat, ut priſtinam Papam inter & Carolum VI. concordiam magis magisque firmaret. Electo autem poſtmodum Benedicto XIII. grave hoc officii ſui onus quidem depoſuit, cunctis tamen conſultationibus, majorisque momenti negotiis, necnon Con-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Concilio Lateranenſi interfuit: Nominabatur etiam rei agrariæ & immunitati Eccleſiaſticæ tuendæ præfectus, ac demum cum poteſtate Pro-conſolari Bononienſis Legatus. Sub idem tempus Parmæ Dux, hujus Familiæ poſtremus ſine prole deceſſerat, aperto igitur hoc Eccleſiæ feudo ad capiendam illius poſſeſſionem Spinola unacum Jacobo Oddi a Clemente XII. Papa eligebatur, a Cæſareo tamen Bellidux Stampa jamjam præventus, re infecta Romam rediit, ubi ob ſummam Apoſtolicorum jurium cognitionem, rerumque experientiam in omnibus, difficillimis etiam Eccleſiæ cauſſis, & præcipue in Polonicis controverſiis feliciter compoſitis maximam partem habuit; apud omnes enim, etiam apud inimicos ſuos tanquam Vir mira rerum gerendarum dexteritate præditus, & in publicis negotiis, regimine Eccleſiaſtico ac politico verſatiſſimus, rara-que prudentia inſignis deprædicabatur. Tandem vero rebus undique optime geſtis, cum die decima ſeptima Januarii integris viribus cænam ſumeret, apoplexia tactum, poſt trium horarum ſpatium mors oppreſſit, inopina quidem, non tamen improviſa; jam enim aliquot abhinc menſibus ſoli Deo, animæque ſuæ vivens, mori didicit, con-

fectis-

fectisque ultimæ voluntatis suæ tabulis Felicem Spinolam Fratrem suum hæredem ex asse instituit, largamque eleemosynam pauperibus reliquit: Expleverat annum ætatis suæ septuagesimum primum, Menses septem & dies duodecim: sepultus in Ecclesia Parochiali S. Salvatoris de Capellis. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. X.

Caroli Columnæ Cardinalis decessus.

Hunc quoque annum vitæ suæ postremum habuit Carolus Columna II. ex antiquissima, regibusque affine Columnensi gente ortus. Patrem habuit Laurentium Onuphrium, Comitem Palliani & Neapolitani Regni Magnum Commestabilem, Matrem vero Mariam Laurentiam Manciniam Mazarini Cardinalis Neptem. Carolus egregiis natalibus parem nactus educationem Romæ humanioribus literis operam navabat, inde Mediolanum profectus cultiores Italiæ Urbes peragravit. Annum egit ætatis vigesimum, cum inter Protonotarios Apostolicos conumeratus, ab Innocentio XIII. decimo quarto post anno Pontificiæ Domui præficeretur, ac tandem a Clemente XI. Romana Purpura decoratus, quinque Patrum

cæti-

Sæc. XVIII. A. C. 1739. cætibus adscriptus quidem erat, pacata tamen animi sui indole a publicis negotiis, & politicis curis, quantum licuit, sollicite abstinuit; nihil enim tranquilla vita, privata exercitatione ac librorum lectione ipsi potius erat, ac unica contentus, ut vocant præbenda, ex Ecclesiæ bonis ditescere abhorruit, parem tamen, ni superiorem cum locupletioribus Purpuratis cultum, ac magnificentiam sua generis, honorisque prærogativa dignam in omnibus rebus adhibere consuevit. Id præcipue patuit, dum die decimo Augusti anno hujus sæculi vigesimo primo in suo Palatio nocturnum musicorum concentum, confluentibus cunctis primæ Nobilitatis Proceribus, & viginti quinque Cardinalibus summo splendore haberet, quamvis extrema gaudii ingens occuparet luctus; exorta enim inter famulos rixa, & accurrente magni populi frequentia porticus muro innixa corruit, ex cujus ruderibus non pauci misere oppressi, pluresque graviter saucii post aliquot horas periere. Porro cum ceteris Cardinalibus Columna comitia celebravit, in quibus ad Innocentii XIII. & Benedicti XIII. & Clementis XII. electionem suum tulit suffragium. Jam tum de eo in Papam eligendo agebatur, in eumque Cæsa-

reo-

reorum, aliorumque Cardinalium vota, plebisque Romanæ desideria collineabant; id etiam significatum nonnulli credebant populari Malachiæ symbolo: *Columna excelsa*, cujus occasione hoc carmen vulgabatur: Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Fulciet ecce Petri sedem præcelsa Columna,
nam tantæ par es, Magne Columna, rei.

Verum obicem posuerunt Cardinales Gallorum partibus addicti, aliique Columnensis gloriæ æmuli, e quorum livido prorsus calamo varii profluxerunt libelli famosi; jam enim fingebantur colloquia inter ambos Cardinales Columnam, & Falconerium, ex quibus postremo scisitanti, *quis futurus esset hæc Pontifex*, ambo respondisse introducebantur: *si Spiritus in hac electione primas partes habuerit, erit quidam Sanctus, si Diabolus, unus ex nobis*: jam alio otiosi ingenii commento præsagiebatur, Columna in Papam electo Abbatem Vertunelli alterum Cosciam, & Papam alterum Benedictum XIII. fore. His nugis longe superior erat Columnæ animus, qui a laboriosæ hujus dignitatis ambitu multum alienus postremis vitæ suæ annis in assidua rerum cælestium meditatione versari in deliciis habuit, aliunde vero acutissimis cal-

Sæc. XVIII. A. C. 1739. calculi doloribus cruciatus, nonnisi felicem ex hac vita exitum ardentissime anhellabat; unde omnibus morientium subsidiis munitus, anno ætatis suæ septuagesimo quarto die octava Julii placidissime post vitam integerrime exactam obiit: Corpus ejus maxima, qua decuit, pompa in Ecclesia SS. Apostolorum elatum, ac demum ad Lateranensem Basilicam translatum in gentilitio suæ familiæ sepulcro terræ mandatum est.

§. XI.

Alvari Cardinalis de Cienfuegos fata.

Postremus ex Cardinalibus hoc anno denatis erat Alvarus de Cienfuegos, in Asturia natus. Hic impensis Parentum cura tam in Christianæ vitæ præceptis quam literis probe institutus, in Societate per plures annos Philosophiam & in Universitate Salmanticensi Theologiam & Rhetoricam professitebatur: Quoniam vero politicis artibus probe instructus esset, pulveris scholastici sordes pertæsus, in domesticum Thomæ Comitis de Henriquez & Malgar magni Hispaniæ Architalassi Theologum adoptari curavit, cumque hic idem Comes Caroli III. Austriæ Archi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Archiducis fortunam sequeretur, ac propterea apud ipsum gratia plurimum valeret, eundem quoque favorem Alvaro tam feliciter conciliaverat, ut sæpius Caroli conspectum subiret; postquam vero rebus in Hispania Carolo adversis Henriquez in Lusitaniam aufugerat, Alvarus quoque itineris socium sese eidem adjunxit, Regique auctor exstitit, ut Austriacæ Domui propensus Carolum neo-electum Hispaniæ Regem in suum Regnum reciperet; quo tamen in Hispaniis comperto Henriquez omnium bonorum proscriptione mulctatus est, vicissim vero, utpote Austriacæ parti addictissimus, & aliunde rerum publicarum Administer longe expertissimus, unacum Alvaro a secretis Caroli Archiducis consiliis esse meruit, hujusque Principis res contra ejus hostes strenue propugnavit: Accidit tamen, ut idem Carolus infelici prælio ad Allmanzan commisso, Hispanæ Monarchiæ spem amitteret, atque in Imperatorem Romanum electus e Lusitania Viennam proficiscereturque, simulque Architalassus Henriquez tædio confectus morti proximus esset. Eundem quidem Alvarus Christianæ pietatis officiis juvit, suasorque exstitit, ut prædivitem suam hæreditatem Cæsari relinqueret, ipse tamen suo Patrono

Sæc. XVIII. A. C. 1739

orbatus & Hiſpanis inviſus haud amplius tuto in patriam ſuam reverti poterat: unde Ulyſſipone ſubſiſtere coactus, ex Cæſaris benevolentia ibidem ejusdem negotia Cæſareus Adminiſter procuravit, multumque contulit ad connubium, quod Joannes V. Luſitaniæ Rex cum Maria Anna Archiducissa anno hujus ſæculi octavo contraxerat. Demum pace Ultrajecti concluſa Viennam evocatus, a Cæſare Londinum prius, inde ad Batavos decernebatur, ut cum ipſis ſecreta quædam mandata exequeretur: Tandem Viennam revecſus, a Luſitaniæ Regina condicto annuo ſalario Procuratorem agere juſſus erat, ubi hæreditatis partem, quæ illam ex Eleonoræ Matris ſuæ Imperatricis defunctæ teſtamento contigerat, ejus nomine repoſcebat. Peracto hoc negotio Alvarus Viennæ obſcuram aliquamdiu vitam duxit, a Cæſare tamen tanti habitus, ut eum ſuum Romæ Oratorem habere vellet, ac ſacra Purpura decorandum Clementi XI. nominaret, qua obtenta Alvarus magnifice cum conduxit Palatium, & numeroſa pediſſequorum turma ſtipatus, impetrata alloquii copia Imperatori pro impenſo apud Papam officio grates repetidit, nec id absque proventu; quippe a munifica ejusdem manu præter Cantalen-

tanienſem Epiſcopatum in Sicilia tantum obtinuit, quantum ad comparandam ſuppellectilem & apparatum ſuæ dignitati congruum requireretur: Nec hic ſtetit Caroli Cæſaris liberalitas; cum enim hic Cardinalis mortuo Clemente XI. ad ſacra comitia pergeret, pro ferendis Romani itineris ſumptibus non modo eidem duo florenorum millia ex ærario numerari, ſed & Mediolani & Neapolis, quotquot ad decentem ſuſtentationem neceſſariæ forent, pecunias ſuppeditari juſſit. Romam delatus ad Cæſaris votum electionem Innocentii XIII. promovit, a quo etiam in locum Althanii Cardinalis in Cæſareum Adminiſtrum nominatus eſt, rurſusque in comitiis poſt Innocentii obitum cunctos, qui Cæſari minus accepti eſſent, a Tiara excludere, ſedulo ſtuduit, tandem vero cum potiſſima ſuffragantium parte in Benedictum XIII. collimavit, a quo ad Lateranenſe Concilium vocatus, reclamantibus potiſſimis, pertinaciter defendit, illam Provincialem Synodum, cum eidem ipſemet Pontifex præſens eſſet, ab univerſa Eccleſia pro *œcumenica* eſſe habendam: Paulopoſt Siciliæ utriusque Protector prædivitem Montis Regalis Archiepiſcopatum impetravit. Interim Pontificiam inter & Luſitanam Aulam

Sæc. XVIII, A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A.C. 1739. tam grave exortum est dissidium, u Regis jussu omnes Lusitani Roma ex cederent, ac Cienfuegos Nationis hu jus Ecclesiam claudere, & ab ejus fo ribus regia insignia abstrahere juber tur, ideo inde omnem Sacram sup pellectilem, ne forte Papa per alios Sa cerdotes rem Divinam ibi peragi cura ret, conscribi & asservari præcepit Fervebat adhuc hæc contentio, dum mortuo Benedicto XIII. Alvarus denu in Conclavi Cardinalium potissimus unacum Albanio in favorem Clemen tis XII. conciliaret. Electo hoc Pap totus in eo erat, ut Lusitaniæ Regem in Sedis Apostolicæ gratiam revocaret dumque suo conatui optatus respondi ret successus, ipsemet ob nobiliorem in ter Spectatores locum in Alibertino Theatro cum Sant-Aignonico Duce Galliarum Regis Oratore molestæ im plicabatur liti, quam tamen Pontifex destructo hoc Spectatorum receptaculo diremit. Re composita Cardinalis cum ipso Pontifice sæpius male convenit; hunc enim Papam fervente in Italia bello Cæsari minus affectum credebat: Gravius autem Alvaro negotium fa cessebat Carolus Borbonius, qui utra que Sicilia armis parta, Montis Rega lis Archiepiscopatus Siculi proventus huic Cardinali eripuit, eoquod ipsum

Cæsa-

Cæſareis partibus longe addictiſſimum noſſet: Ea lis aliquamdiu tenuit, ſed Cienſuegos per longum tempus ſuis privabatur redditibus, quamvis eorum reſtitutionem per ſuum Mandatarium ſtrenue urgeret, hicque ipſum ſæpius certiorem redderet, eos ſenſim omnino reſtitutum iri: Cardinalis vero diuturnioris moræ pertæſus Marchionem de Montalegro primum Neapolitani Regis Miniſtrum, cunctosque, quibus interceptorum proventuum culpam imputabat, palam Romæ affixo proclamate diris devovit. Ea res Papam ceterosque Cardinales haud parum offendit, Rex quoque ira commotus hanc excommunicationem prorſus irritam nullamque eſſe oſtendit, & publice declaravit, ſolum Cardinalem Cienſuegos ſemetipſum proventuum uſu privaſſe, eoquod, quamvis Regis ſubditus eſſet, nec unquam, uti decuiſſet, in Aula & Regno comparuiſſet, ac inſuper Neapolitani ac Siculi Regis inſignia in ſuo Palatio affigere neglexiſſet. Revocabat quidem Cardinalis vibratum fulmen, nec tamen refriguit Regis indignatio, ipſa etiam Regina, cui per Italiam proficiſcenti Cardinalis ſuum obſequium delatum advenerat, illum ad alloquium admittere tergiverſabatur: Clemens quoque Papa hanc agendi ra-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

tionem in Cardinale eo minus probab
quo magis nova hac lite reconcilia
Sedis Apoſtolicæ cum Aula Neapo
tana retardaretur; quamvis enim
diſſidia cum Hiſpanis & Borbonio co
ponenda oppido inclinatus eſſet, i
& Aquaviva & Belluga poſt reddit
pacem Romam reverterentur, Alva
tamen, uti petebatur, ſuum Archie
ſcopatum in manus Pontificis renu
tiare, conſtanter recuſabat; tand
vero iteratis Papæ precibus ac mo
tis ceſſit, initis hiſce transactionis
gibus. I. Hunc Archiepiſcopatum Cie
fuegos in Conſiſtorio palam Pontif
reſignet, viciſſim vero ſibi annuam
ginti ſcutorum millium penſionem r
ſervet. II. Pontifex dictum Archie
ſcopatum ad nominationem Siculi Re
gis Cardinali Aquavivæ conferat. III
Hic autem non omnibus prædivitis h
jus Eccleſiæ proventibus fruatur, ſe
Rex octo Ducatorum millia pro alii
penſionibus retineat. His conditione
bus utrinque firmatis Pontifex Aqua
vivæ Pallium Archiepiſcopale in Sa
cello contulit, & Carolus Imperator
ut damnum quadantenus compenſaret,
Alvarum Cardinalem ad Quinqueeccle
ſienſem Epiſcopatum nominavit. Porro
hujus Eccleſiæ reditus Cienfuegos us
que ad obitum ſuum exacte percepit,

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

aſt nunquam hanc Eccleſiam a longe aſpexit, ſuam tamen ut compenſaret abſentiam, ſui loco Corpus S. Vincentii in perpetuam memoriam transmiſit, prout etiam ſacræ hæ reliquiæ proxima Pentecoſtes feria tertia in Eccleſia Cathedrali poſt ſolemnem proceſſionem repoſitæ fuerunt.

Tandem vero hic Cardinalis proſpera & adverſa fortuna Superior, moleſtis ſubinde morbis cruciatus die decima nona Auguſti anno ætatis octogeſimo tertio deceſſit. Cadaver ad Eccleſiam S. Ignatii translatum, & juſtis de more perſolutis in Templo, quod Eccleſia *Jeſu* dicitur, terræ mandatum eſt: Hæredem omnium ſuorum bonorum æque ac æris alieni ſcripſit Franciſcum Retz Societatis Præpoſitum: argentea ejus ſuppellex ad triginta quinque ſcutorum millia æſtimabatur, & ex ſequeſtratis ſui Archiepiſcopatus redditibus haud amplius quam centies ſexaginta ſcutorum millia, ceteris præfatæ Eccleſiæ donatis, Cardinali aſſignata fuere, cumque plena ceſſio ejusmodi Archiepiſcopatus primum Menſe Majo hujus anni facta fuiſſet, parum ex conſtituta penſione recepit. Plura etiam ingenii ſui monumenta poſteris reliquit; & quidem typis excuſi exſtant, 1. tractatus de perfectionibus Chriſti Servatoris

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ris II. de scientia media III. de simonia. IV. Ænigma Theologicum seu potius ænigmatum & obscurissimarum quæstionum compendium, quo vix alius ex Scholasticis fundamentis solidius Socinianos confutavit errores V. Vita abscondita seu speciebus Eucharisticis velata, per potissimas seu suum operationes de facto a Christo Domino ibidem indesinenter exercita circa objecta Altari & amori vicina: Hunc tamen libellum Tubinganus Cancellarius Pfaff confutavit ediditque *strictura Theologicas in sententiam novam Cardin. Cienfuegos de vita Christi actuali in Eucharistia.* VI. Vitam S. Francisci Borgiæ.

§. XII.

Varia a Clemente XII. Pontifice praclare gesta.

Cum in pluribus Patrum cætibus controversia circa titulum Cardinalii Borbonio conferendum composita fuisset, Clemens Pontifex tres Præsules natione Hispanos creavit Episcopos titulares *in partibus*, ut hi tanquam suffraganei Ecclesiam Archiepiscopalem Toletanam regerent, donec Ludovicus Cardinalis Borbonius Hispaniæ Infans eidem Ecclesiæ administrandæ per ætatem capax fieret. Præterea ex Pontificia

tificia Cancellaria Apoſtolicum Breve expediri juſſit, quo ſublatum erat impedimentum, quod Sereniſſimos Sponſos Don Philippum Hiſpaniæ Infantem & ſupremum Architalaſſum, & Ludovicam Eliſabetham primogenitam Franciæ Regis Filiam, tum nonniſi tredecim annos natam a futuro connubio ſejunxerat. Obtenta hac venia Cardinalis Aquaviva Hiſpani Regis Adminiſter ſolemni pompa, comitantibus eum quinque Præſulibus, ad Quirinale Palatium vectus, Regias haſce nuptias ſummo Pontifici publice denuntiabat, eodem humanitatis officio pariter Corſinium & Firaum veneratus: Mox Clemens per Apoſtolicas literas Carolo utriusque Siciliæ Regi indulſit, ut a Clero ſuo copioſum, ac inſolitum donum, verbotenus *gratuitum*, depoſcere poſſet, viciſſim Rex ratas habuit conditiones a Papa propoſitas, ſub quibus deinceps diſſidia & difficultates circa Immunitatem Eccleſiaſticam & prætenſam nominationem ad Epiſcopatus & Abbatias exortæ, & diu, ac laborioſe agitatæ componerentur. Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Inter hæc Clemens, quamvis ejus corpus ſenio curisque pene exhauſtum eſſet, mente tamen acris, ac vividus, Imperii & Eccleſiæ rebus tam indefeſſo invigilavit ſtudio, ut illi, quorum con-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

filiis pronas aures præbere consueverat, ægre ab eo impetrare possent, ut subinde necessariæ quieti indulgeret; id enim serio suadentibus Medicis respondit, *Papam ad Apostolatum non vocari ut quiete vivat, sed ut officii sui curis in moriatur:* Præcipue vero usque ad extremum vitæ momentum intentus erat ut antiquam, quæ ejus verbo & exemplo viguit, Religionis disciplinam conservaret, & vitia, quæ subinde tam in Clero quam populo irrepserant, corrigeret: solidam tamen virtutis Regulam, non autem rigidam severitatem sectari studuit: nec externis ejusmodi rebus anxie insistendum existimavit, quas si quis exacte observat, nec sanctior, & si negligit, nec pejor evadit. Unde quondam a quibusdam Cardinalibus austerioris disciplinæ studiosis admonitus, quod plerique illorum, qui Sacris initiati essent, secus quam vestituerat ejus Prædecessor, fictitiam comam gererent, eis respondit, *parum referre, an Ecclesiastici suis vel alienis capillis uterentur, non comas sed mores esse reformandos, atque in id præprimis incumbendum, ut Clerici sanctimoniæ & pietatis exemplo ceteris præluceren hominibus.*

Præterea Pontifex, ad Mariam Theresiam Magnam Etruriæ Ducissam per Passioneum Præsulem pro more auream

trans-

transmisit Rosam, quam Dominica quarta Quadragesimæ solemni ritu sacraverat; cum autem illi Administri, qui nomine Franciſci Lotharingiæ Ducis hunc Ducatum administrabant, Scavolinium oppidum, adjectosque pagos mortuo Principe Scavolinio hujus familiæ ultimo, possiderent, inter hos & Clementem Papam contentio est exorta. Hic enim has ditiones supremo Sedis Apostolicæ dominio obnoxias & Marchioni de Cavaleriis utpote legitimo hæredi, ac Principis Sororis filio jure debitas esse contendebat: Isti autem caussabantur, inter Rempublicam Florentinam, in cujus clientela hoc oppidum cum annexis erat, & inter defuncti Principis Majores antea conventum fuisse, ut illa succederet, quoties vetus atque illustris Scavolinorum familia sine prole mascula decederet. Hæc disceptatio decem & ultra annos tenuit, tandem vero sub Benedicto XIV. ut referemus, composita fuit. Sicut autem Pontifex omni liberali doctrina politissimus, omnisque antiquitatis longe peritissimus esset, ita singularis literarum atque eruditorum sautor, quicquid ad promovendam scientiarum aviditatem aptum, atque expeditum censuerat, nulla sumptuum laborumque habita ratione indefesse exequebatur: Præ-

Sæc.XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Præprimis igitur Vaticanam Bibliothecam, adjuncto novo ædificio ampliavit, hancque armariis, pluteisque instruxit, ut in eis Orientales Codices ejus jussu comparati & alii ab Angelo Maria Cardinale Quirinio præfatæ Bibliothecæ dono dati, necnon numismata, Manuscripta aliæque antiquitates ex Ægypto ab Assemannio Romam allatæ decenter excipi ac reponi possent; insuper ad construendam in Cænobio Aræ Cæli Bibliothecam octo circiter aureorum millia contulit.

§. XIII.

Larga pecuniarum subsidia ad bellum Turcicum a Papa Cæsari suppeditata.

Interim Carolus Imperator, ut bellum contra Turcas motum magis prospero, quam anno priori, armorum successu prosequi posset, exauctorato Seckendorffio supremum exercitus imperium Comiti Königseckio demandavit, militumque, ac pecuniarum suppetias undique a Principibus Catholicis conquisivit: Inter ceteros magis alacrem sese exhibuit Clemens Pontifex, qui præterquam, quod jamjam opes & auxilia, quantum potuit, in belli expensas contulisset, insuper die

vige-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

vigesima quinta Aprilis hujus anni Jubilæum pro Italiæ & Insularum adjacentium Christi fidelibus, qui Divinam opem contra Christiani nominis hostem & grassantem pestilentiam fervide imploraverint, indixit, edita hanc in rem Constitutione Apostolica, cujus exordium, cum Pastoralem Clementis Zelum, pietatemque luculenter demonstret, huc adducere, operæ pretium erit. Hæc sunt illius verba:

„Quam in omnibus fere sacræ Scri„pturæ paginis ad eruditionem unicui„que traditam doctrinam, luculentissi„mis tum veteris, tum novi Fœderis „exemplis comprobatam, confirmari in „dies experimur, ut omnem in Deo „nostro reponentes fiduciam, oppor„tunum ad avertenda propulsandaque „quæcumque impendentia mala per sa„lutaris pœnitentiæ lamenta, jejunia, „eleemosynas, sincerasque obsecrationes „a misericordiarum Patre, & Deo to„tius consolationis auxilium præstole„mur; hanc etsi in Christifidelium menti„bus insitam semper & venerata sit tam„quam Fidei galeam, & inexpugnabile „salutis scutum in omnibus angustiis „assumere decet unumquemque; Ca„tholica certe Ecclesia tum maxime se „obstrictam esse novit, cum aut gravis„simas urgere necessitates, aut adver„sus

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſus Chriſtiani nominis Cultores ab in-
„ſenſiſſimis hoſtibus arma inferri, ca-
„lamitatesque, & excidium intentari
„animadvertit.„

„Nos autem, quibus plane imme-
„rentibus ſuprema omnium Eccleſiarum
„ſollicitudo, & cura a Paſtorum Prin-
„cipe Jeſu Chriſto demandata eſt, cum
„bellum, tertius jam annus eſt, ex quo
„exarſerat, in Hungaria periculoſiſ-
„mum cum Turcarum Tyranno agitari
„inaudiviſſemus, tum privatis, tum
„publicis indictis precibus Dominum
„Deum exercituum exoravimus, ut
„*mitteret auxilium ſuum de Sancto, &*
„*effunderet iram ſuam in gentes, quæ in*
„*fortitudine ſua gloriabantur.* Hoc idem
„elapſo anno non intermiſſis obſecratio-
„num ſtudiis præſtare non omiſimus.„

„Quoniam autem tantum bellum
„majoribus, quam antea, viribus ex
„toto Oriente comparatis, & efferā-
„tiori rabie ab Othomanico furore hoc
„anno inſtaurari, peſtemque adhuc
„durare accepimus: primum quidem
„in humilitate cordis noſtri cum ge-
„mitibus, & lacrimis proſtravimus pre-
„ces noſtras ante faciem Dei noſtri, ut
„reſpiceret *in hæreditatem, quam acqui-*
„*ſivit ſanguine ſuo;* deinde vero quæ-
„cumque potuimus, induſtriæ opisque
„conſilia, & auxilia alacri ſtudio con-
„ferre

„ferre curavimus. Tandem scientes „concordem supplicantis Ecclesiæ ad „Dominum Orationem potentiorem, „quam cetera, esse, ut ponat ille ocu„los suos ad placandum, & liberandum „populum suum ab iis, qui confidunt „in quadrigis, & in equitatu suo, & „in multitudine Bellatorum: publicas „quoque preces iterum, sed ardentiori „Charitatis fervore conjunctas in uni„versa Italia, eique Insulis adjacenti„bus indicendas esse arbitramur: ut „Dominator Cælorum, qui pius, & „misericors est, & propitiatur invo„cantibus se in veritate Deus noster, „& non secundum armorum potentiam, „sed prout ipsi placet, dat dignis victo„riam, benedicat Nos, ac tueatur; & „metuant eum Adversarii nostri, & con„fundantur, & dispereant, & fiat pax „in diebus nostris, & lætemur in salu„tari suo. Verum, ut Orationum suf„fragia accepta sint in conspectu Dei „nostri, & fructuosius omnia peragan„tur, ex prisco Romanæ Ecclesiæ om„nium Matris, & Magistræ more, cæ„lestium munerum thesauros, quorum „dispensationem fidei nostræ commisit „Divina dignatio aperire, & liberali „manu erogare decrevimus &c.„

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Nec hic tamen stetit paterna Clementis sollicitudo, ac prompta juvandi volun-

Sæc. XVIII A. C. 1739

voluntas, quamvis enim die sexta Aprilis in ipso Pontificis Palatio ingens pecuniarum summa unacum plurimis literis argentariis furto fuisset ablata, & post sedulam totius Aulæ inquisitionem nonnisi apud Remigium adulterinæ claves aliaque instrumenta furibus usitata fuissent reperta, & licet omnes literæ (una excepta) per furis Confessarium Cardinali Status Secretario restitutæ, ingens tamen damnum ærario Pontificio inde accessit, nihilominus Pontifex de suo privato ærario duodecies mille aureos, ac rursus centies mille Cæsari submisit; insuper indicto ut vocant, *Consistorio* orationem habuit gravissimis verbis conceptam, qua cunctos Cardinales ad parem liberalitatem hortabatur; nec id incassum; omnes enim pro sua quisque facultate se ultro concursuros spondebant: Eapropter paucis post diebus Pontifex Realium supremum Rituum Magistrum ad Cardinalium Palatia emisit, ut eos sui promissi memores faceret. Ex his igitur ceteris priores erant Cardinales Aquaviva, Caraffa & Corradinius, qui tria scutorum millia & trecenta contulere; Horum exemplo animati ceteri ingentem auri vim congesserunt, ac demum omnes totius ditionis Pontificiæ Episcopi, Abbates, Ordinum Magistri ac Clerici

Clerici pecunias in eandem cauſſam adeo liberaliter erogarunt, ut ex his quadraginta aureorum millium ſumma conflari potuerit, quæ demum per Cardinalem Status Secretarium ad Cæſaris Aulam transmiſſa fuit. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XIV.

Miſſionis Apoſtolicæ a Salisburgenſi Archiepiſcopo fundatæ initia.

Craſſa equidem Religionis inſcitia, diſſolutæ vitæ amor, & ſubjectionis excutiendæ deſiderium viginti duo millia & amplius ex Salisburgenſibus ruſticis, uti jam retulimus, ad profitendam plus offerentis ſectam impulit, & ex ſua patria jure expulit: Poſtquam igitur Leopoldus Eleutherius de Firmian Archiepiſcopus & Princeps Salisburgenſis rebellium horum terras Catholicis incolendas dabat, primas eo curas convertit, ut omni ope & opera novæ ejusmodi defectioni obſiſteret: Ad tam ſalutare opus nihil magis opportunum & efficax fore exiſtimabat, quam ſi in univerſa ſua Diæceſi ſex perpetuas Miſſiones inſtitueret, ac fundaret, & præſcriptis certis Regulis ac prædiorum limitibus, eas diverſorum Ordinum Regularium Viris demandaret: Eo fine jam anno hujus ſæculi trigeſimo

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

septimo selegit Patres Benedictinos, Augustinianos, Capucinos & Franciscanos, quorum cuilibet certa expeditionis Apostolicæ loca designabat, & quidem primo Fratribus Ordinis S. Augustini pro Salinarum fossoribus Præfecturam Hallensem, & montem Turnberg destinavit; eisque die decima quarta Martii sequentes præscripsit Regulas.

„Cum ea sit hæreticæ obstinatio„nis conditio, ut amputatis ramis illius „novi, & aliquando fortiores succre„scere soleant, ne quæ forte in Præ„fectura nostra Hallensi, & in monte „Turnberg in latibulis adhuc delitescit „hæretica Lues, tractu temporis ite„rum erumpat, novique oriantur, quos „proh dolor, fumus experti, rogi, con„tinuo nobis providendum est, qua ra„tione insidiosi impiorum conatus, pe„nitus reprimi possint, ut securi velut „ad radicem posita pertinacibus me„diis, pertinax malum ne qua resum„ptis velut viribus augescere possit. „Quare cum statuerimus, quod Apostoli„licæ Missionis in locis prædictis post „ultimam Hæreticorum emigrationem „per tui Ordinis Fratres laudabiliter „exercitum munus omni futura ætate „perduret, Paternitati tuæ hisce no„stris clementer, & serio simul injun„gimus,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„gimus, quatenus illud futuris perpe„tuis temporibus eo modo inſtitua„tur, ut

„Primo, tribus, qui hactenus de „facultate noſtra (Superiore in cenſum „veniente) in Monte Turnberg tui Or„dinis fuere Patres, quartum, quem tibi „ibi habere, auctoritate Noſtra ordi„naria hiſce noſtris permittimus, ad„jungas, ea verum tamen conditione, „& lege, quod

„Secundo, duo ex eis nobis præ„ſententur ad peragendum in prærelato „diſtrictu Apoſtolicæ Miſſionis munus, „vel a ſummo Pontifice, vel per ſacram „Congregationem de Propaganda, ſeu „ab eo, cui ab hac talis delegabitur „facultas, approbati, neceſſariisque, ad „Miſſiones Apoſtolicas privilegiis in„ſtructi absque eo, quo tibi integrum „ſit, poſtquam ſemel fuerint ad miſſio„nes noſtras delecti, eos amovere, niſi, „ubi primi integrum abſolverint an„num, ſubrogatione ſubinde ea ratione „facienda, ut unus, vel ſaltem ſemper „adſit, qui jam per annum in præmiſſo „Ordini tuo aſſignato diſtrictu Miſſio„narii exercuerit munus, notos habeat „incolarum, ſalinarumque foſſorum mo„res, ſit in re Miſſionum practicus, po„tisque inſtruere noviter advenientes, „ſintque inſuper in omne ævum duo

Sæc. XVIII A. C. 1739.

„Miſſionarii prædicti quoad ea, qu
„Miſſionis munus concernunt imm
„diate, & unice noſtris, noſtrorumqu
„ſucceſſorum mandatis: quoad diſcipl
„nam monaſticam vero atque Dom
„œconomicam directionem tibi, & ſup
„riori eorum ſubjecti: volumus aute

Tertio, ut mox dictorum Miſſ
„nariorum unica cura ſit inceſſant
„intra prædictam Hallenſem noſtra
„Præfecturam, qua late hæc quo
„temporalem jurisdictionem, diſtrict
„civico incluſo ſe portendit de loco
„locum, & ſi neceſſe fuerit, etiam
„Domo ad Domum excurrere, cat
„chizare, rudes in Doctrina Chriſtian
„inſtruere, dubitantes ad viam verit
„tis reducere, & in hac confirmare
„in hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos
„horum Conſultores, Fautores, Re
„ceptatores, librorum Acatholicorum
„detentores, vel Detentorum conſcios,
„& non revelantes eos in Provinciam
„noſtram ferentes, vel intrudentes,
„eorumque auxiliatores, conſcios, ſeu
„participes inquirere, hosque, & alios
„hujusmodi farinæ homines nobis, vel
„cui per Nos, & Succeſſores noſtros
„demandabitur, ſine aliqua Perſonarum
„acceptatione, omnique ſepoſito hu-
„mano affectu denunciare, verbum di-
„vinum, & fidei dogmata ubivis, &
„etiam

„etiam ex Cathedra (sic tamen, ut or- Sæc. XVIII.
„dinariorum non disturbentur Eccle- A. C. 1739.
„siasticæ functiones) intra ipsis designa-
„tum districtum tradere, sic & pœni-
„tentiæ Sacramentum (sola dempta
„Confessione Paschali, si locorum Cu-
„riones ultro non annuerent) Sacro-
„sanctam vero Eucharistiam in Ecclesia
„Turnberg, alibi vero nonnisi, quam
„accedente ipsorum Curionum assensu,
„administrare. Item ægris, & mori-
„bundis solatium cum auxilio impen-
„dere, atque peragere ea omnia, quæ
„individuum Missionarii Apostolici exi-
„git munus, jure Sepulturæ alioque
„quocumque Parochiali semper, & ubi-
„que extra Montem Turnberg excepto.„

„Quarto, teneantur pariter in vi-
„tam, & mores non modo subditorum
„ipsis quoad Missionis Ministerium com-
„missorum, sed & eorum, quibus ipsi
„subditi intra designatum Districtum ex
„demandata a Nobis jurisdictione sub-
„sunt, sedulo invigilare; datoque de-
„fectu Religioni directe, vel indirecte
„pernicioso, si fraterna admonitio non
„tollat, nobis, & successoribus nostris
„ad nostras aures deferre, sicut e con-
„verso, & nostris demandabimus De-
„canis ruralibus perspectum habendi,
„an Missionarii ipsi Missionis munus de-
„bite adimpleant & assequantur ex asse,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„quidve operentur adversus has nostr
„leges, Nobis defectus, ubi hos si a
„qui præter spem nostram omnem co
„tigerint, fraterna admonitio non d
„sipet, debite relaturis.„

Quinto. „Quapropter præsentabu
„tur nobis viri cum scientia, cum
„vitæ sanctimonia clari, justi, inco
„rupti, integri, suaves & insimul
„veri, graves, sagaces, cum in Po
„mica, cum & in his, quæ ad no
„tiam promovendæ hæreticalis inqu
„sitionis conducunt, bene versati, n
„accipient a subditis quoad Missio
„munus eis subjectis eleemosynas p
„Missis, aliave munera, forent lic
„esculenta, vel poculenta tantum, n
„valeant egredi ipsis designatum d
„strictum a nobis, vel successoribus n
„stris prævia non habita licentia, hæ
„ipsa illis nonnisi gravi de caussa de
„neganda.„

Sexto licet porro Ordini tuo, Apo
„stolicæ Missionis munus in prædict
„Hallensi Præfectura in Turnberg, &
„Civico Hallensi districtu privative com
„mittamus, liberum tamen semper
„Nobis, & successoribus esse volumus
„alios quoque alterius Religionis virc
„in districtum prædictum ad tempus
„mittere Missionarios, de districtu ver
„alibi etiam, & extra illum ad Missio
„nes

„nes ad tempus pariter ablegare, Mis- Sæc XVIII.
„sione Ordinis tui verumtamen fixa A. C. 1739.
„semper manente, suoque in robore
„firma.„

„Noverit proinde Paternitas tua,
„tuique successores omnes perpetuis
„futuris temporibus tam salutare no-
„strum propositum alacriter exequi at-
„que in partem tam glorioſi laboris vo-
„cati hæc nostra mandata pro posse
„explere, quod si vero in adimplendis
„ex asse omnibus præscriptis negligen-
„tes, incurii segnesve fueritis, Om-
„nipotenti Deo, Nobis, & successoribus
„nostris, & Venerabili nostro Capitulo
„strictissimam rationem reddituros, vos-
„que nostram, & horum indignatio-
„nem incursuros.„

Præterea Patribus Capucinis Archiepiscopus & Princeps pro obeunda Missione assignavit Præfecturam in Werffen, Abbtenau & Golling &c. eoque fine eis indulsit, ut in hoc oppido Sedem stabilem figere possent: uti patet ex sequenti ejus diplomate: „Quam-
„vis nos divina favente Clementia ad
„Archiepiscopale solium evecti, a pri-
„ma ineuntis Regiminis nostri die an-
„tiquius nihil unquam habuerimus,
„quam Religionis, & Catholicæ fidei
„nostræ curam, quæ semper, & ubi-
„que omni ævo, in omni Imperio, &

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„apud quamcumque gentem præcipua
„fuit, quæque ſecurum eſt publicæ ſe-
„licitatis pignus, cujus firmamento
„ſtant Regna, conſervantur Principa-
„tus, continentur ſubditi, omnigena
„que boni tutiſſimum eſt fulcrum, tan-
„tum tamen abfuit, ut hæreſis, hoſtis
„ejus perniciosiſſimus, vinceretur, u
„potius animus meminiſſe horreat, ipſa
„que refugiat oratio teterrimum illud
„bellum, quod eapropter adverſus Nos
„Catholicam Religionem, & Principa-
„tum ipſum inferre tentarunt ipſimet
„ſubditi noſtri, dum exurgens noviſ-
„me fatale monſtrum ex omnibus pri-
„ſtinam hæreſum concretum, ſtragem
„late Sacrorum tota Provincia noſtra
„circumferre, evertere Aras, diſtur-
„bare Templa, Principis majeſtatem
„in contemptum, hujus mandata in
„ludibrium, jura omnia divina, & hu-
„mana per inauditum furorem, & ve-
„ſaniam nefarie, & fædifrage violare
„parabat, nihil ſceleris, nihil doli, ni-
„hil iniquitatis intentatum, & inauſum
„relinquens, ut & plebem reliquam
„novitatis illecebra corrumperet.
„Pluribus neceſſe haud eſt rem expri-
„mere, quia hæc per ſe liquet, & lo-
„quantur id ſatis, & clament tot pu-
„blica acta, tot deſuper habitarum In-
„quiſitionum volumina; obliti vero haud
„ſumus,

„ſumus, qui tunc Sermones hoſtium, Sæc. XVIII.
„qui rumores amicorum forent, cum A. C. 1739.
„dicerent palam culpæ majorum noſtro-
„rum incubuiſſe tamdiu in Provinciam
„hæreſis infandam peſtem Religioni
„noſtræ in Archiepiſcopatu, aut ipſi
„Archiepiſcopatui, aut utrique pariter
„jamjam eſſe pereundum. Alios nam-
„que tantæ molis exterrebat opus, alios
„retardabat exitus plenus periculi, &
„aleæ, vel ipſa rei tam ancipitis, &
„arduæ fama, alios tenebat attonitos
„metu, expectatione ſuſpenſos. Vidit
„hoc Provincia, imo & Imperium to-
„tum & vidimus Nos ſummo Paſtoralis
„animi noſtri mærore, obſtruimus ipſa-
„met Religione furores, pugnavimus
„viribus totis, armis, legibus, edictis,
„metu, & pœnis. Repulimus viginti
„& ultra millia utriusque ſexus, qui
„non unam fidem ſicut unum Princi-
„pem, non unum cultum, ſicut unum
„nomen, non unam Eccleſiam, ſicut
„unum Baptisma amplecti volebant.
„Relegavimus, alios aliis mediis ad
„meliorem reduximus frugem, atque
„hac demum via retulere ſuperi con-
„ſtantiæ noſtræ præmium, ſtetit Ar-
„chiepiſcopatus, & vicit, vicit pariter
„Eccleſia, & triumphavit, & obtinui-
„mus inſimul, quod ab annis ultra bi-
„ſcentum humana vis nulla conſequi,

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„aut induſtria poterat, quod piorum „omnium vota flagitabant: quod fide„les omnes a Deo enixe precabantur, „adjuvantibus in id mirifice Cæleſtibus „ipſis, qui hoc ipſum Nobis reſerva„runt opus. Verum enim vero, quod „ita tamen comprimi non potuerit pe„ſtiferum hujus feralis hydræ virus, „quin aliqua pars ejus non reſideret „adhuc in Provinciæ noſtræ viſceribus, „atque ſpiraret rurſus immanis hæc „Bellua, licet centum perita vulneribus, „centum vinculis conſtricta ſenſim ite„rum gliſcens, & ad reliqui perniciem „corporis tacita contagione ſerpens, „clam invalitura indies, in flammas, „& incendia, ſi quis ventilabit, etiam„num eruptura, dum alitur dolofo „cinere ſuppoſitus ignis, niſi tempe„ſtive, malo jam noſtro edocti, congrua „repagula ponamus, atque obviemus, „appropriatis remediis, antequam mor„bus rurſus æſtuare incipiat; non de„ſint nimirum in futurum amplius, qui „miſereantur ſuper Turbam, ne plures, „ut hactenus evenit, & meminiſſe do„let, dimittantur jejuni, & deficiant „in via, dum Parochis, aliisque loco„rum Paſtoribus in peragendis Sacri„ficiis, excipiendis Confeſſionibus, ad„miniſtranda ſanctiſſima Euchariſtia, „viſitandis infirmis, aſſiſtendo mori„bun-

„bundis, aliisque animarum curæ fun- Sæc. XVIII.
„ctionibus continue, & ex asse irretitis A. C. 1739.
„non erat, qui parvulis frangeret pa-
„nem, instrueret ignorantes, flecteret
„dubios, atque ad Ecclesiæ ovile redu-
„ceret longe, lateque diffitas oves.
„Hinc est, quod postquam pro pasto-
„rali sollicitudine animum, nostrasque
„de funditus extirpanda hæresi curas
„in omnem partem diu, multumque
„versavimus, dumque oculos, & men-
„tem nostram in priorum Sæculorum
„momenta penitus defiximus, unum
„adhuc idque unicum supereſſe com-
„perimus, quod possit ignem hunc se-
„ris etiam metuendum successoribus,
„extinguere, perdere & delere, si plura
„nimirum ex diversis Ordinibus, con-
„tinua, ut sit, eaque pia inter eos la-
„borandi in vinea Domini æmulatio,
„atque in diversis Montium locis, in
„quibus hæretica lues magis hactenus
„insenuit, ut firmissima armamentaria
„Ecclesiæ fundentur Apostolicorum
„Missionariorum Hospitia, qui inces-
„santer excurrendo, & catechizando,
„rudes instruant, dubitantes inflectant,
„clam inquirant in suspectos, omnia-
„que ea peragant, quæ individuum
„Apostolicæ Missionis munus exposcit.
„Quapropter cum ad effectum præmis-
„sum inter alios plures Strenuissimos
Christi milites dilecti nobis in Christo PP.
„Ca-

Sæc. XVIII. A. C. 1739. „Capucini Venerabilis Ordinis S. Francisci
„Provinciæ noſtræ Salisburgenſis pro
„Zelo, quo flagrant ad animarum ſa-
„lutem operam ſuam detulerint, ſtatu-
„mus, & ipſos quoque in partem labo-
„vocare, divinaque freti ope, & con-
„ſtanti experientia docti, decrevimus
„in Domino decernimusque ad ſtabi-
„liendam in Diæceſi noſtra, maxime
„intra Montes Orthodoxam Religionem
„ad profligandas hæreſes, atque pro-
„pagandam majorem Dei, ſanctæque
„Matris Eccleſiæ, & Archidiæceſis no-
„ſtræ gloriam eisdem PP. Capucinis
„Provinciæ prætactæ prope Oppidum
„noſtrum in Werffen ad effectum tan-
„tummodo peragendæ Apoſtolicæ Miſ-
„ſionis Sedem ſtabilem figere, atque
„ſub legibus, pactis, & conditionibus
„infradicendis in perpetuum firmare.„

Has vero leges Archiepiſcopus eis die prima Aprilis Anno 1736. præſcripſerat.

1. „Tradimus his Patribus ab omni,
„& quocumque onere reali, mixto, ſeu
„perſonali penitus liberam, & immu-
„nem tantam quantitatem prædii noſtri
„nuncupati Majenfeld hactenus ad gau-
„dendum Præfecto noſtro in Werffen
„conceſſi, & ſiti prope, & ſuper Oppi-
„dum prædictum, quæ nimirum Orien-
„tem verſus exiſtit, quæque ſat ſit pro

„de-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„desuper extruendo Missionis Hospitio, „& ædificanda parva Ecclesia, atque „hortulo jugera scilicet duo circiter, „prout prædium prædictum cum quan„titate extrahenda, hac undequaque „linea rubra signata ad oculum præbet „delineatio Nobis exhibita præsentibus „nostris annectenda.„

Secundo. „Curabunt e contra illi „cum tota Provincia, ad permetipsos „ultra oblata Benefactorum eorum lar„gitionibus ipsam Domum Missionis de„super ædificari, quatuor Patrum Mis„sionariorum atque unius Fratris Laici „habitationi congruam, & aptam, ad„ditis duobus cubiculis Hospitibus, seu „Patri Provinciali usui futuris, præter „Refectoriolum, culinam cum pœnu, „cellam vinariam, & aliud cubile Bi„bliothecæ inserviturum, cumque hor„tulo ad necessitatem, & usum Culinæ, „in ampliorem vero formam ædificium „nec extrahi, nec redigi possit, quo„rum insuper Benefactorum donis, & „sumptibus surget pariter sacellum, seu „parva Ecclesia, tribus ad summum „Altaribus extructa Beatæ Virgini „Mariæ Auxiliatrici dicanda.„

Tertio. „Missionariorum numerus „sit semper & in ævum quaternus, Mis„sionis Superiore, quem Pater Pro„vincialis semper designabit, in cen„sum

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſum ſimul veniente, uno Fratre laico „inſuper addito, qui numerus ſinè ex„preſſo noſtro, vel Succeſſorum & Ve„nerabilis noſtri Capituli conſenſu nul„lis unquam temporibus augeri, nec „minui poſſit.„

Quarto. „Providebunt porro Mona„ſteria de Salzburg, & Radſtat, ſive „ipſe Pater Provincialis, & Provincia„Miſſionariis prædictis de congrua ſu„ſtentatione, tum & de ſuppellectili, „aliisque neceſſariis ad uſum Sacelli, „ſic, ut nec Nobis, Provinciæ noſtræ, „vel & ſubditis ipſis de diſtrictu Miſſio„nis Capucinorum fiant oneroſi, ligni„ab igne tantummodo demptis, quæ „Nos, & Succeſſores Noſtri, perpetuis „futuris temporibus ad uſum, & neceſ„ſitatem Miſſionis Domus ſuppeditari „mandabimus.„

Quinto. „Deſignabimus ipſis adper„agendum Apoſtolicæ Miſſionis officium „totam Præfecturam Werffenſem, cum „adjacenti Prætura in Biſchoffhoven, „Præfecturam in Abbatenau cum illa „de Gollingqua: hæ omnes late patent „quoad temporalem per nos eorum „Præfectis delegatam jurisdictionem.„

Sexto. „Quia vero Miſſionarii ipſi „tam latum, longeque diſſitum diſtri„ctum peragrare haud poſſent, ſi ex„currentes neceſſariis ad ſeſe alendos „pecu-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„pecuniis non fuerint instructi, hinc „assignamus memoratæ Domui Missio„nis annuos florenos centum ex Capi„tali statibus Provinciæ a secreta de„putatione Nostra ex mulctis hæreticis, „vel de hæresi suspectis hactenus in„dictis conflato, & ad quincunces usu„ras cum omnimoda immunitate ab „omni decimatione, steura aliove ex„cogitabili onere reali aut personali elo„cato, volentes insuper, & mandan„tes, utquè hactenus per inquisitiones „per Capuccinorum Missiones factas in „Præfecturis Werffen, & Radstat, tum „& in Præfecturas Wagrain indictæ fue„runt, nondum tamen exactæ, vel ad „Cassam Missionis transmissæ, aut quæ „in futurum dictabuntur pecuniariæ „pœnæ adversus subditos Missioni eo„rum commissos, per præfatam secretam „deputationem nostram separentur, „denturque successive in censum, ut „supra, eum præcise in finem, ut Do„mui Missionis prædictæ ad usum & ef„fectum, de quibus præmissum est annui „floreni biscenti ex decurrendis usuris „valeant titulo Eleemosynæ persolvi, „ubi temporis tractu mox memoratæ „indictæ, & non exactæ, vel indicendæ „in futurum mulctæ aliud Capitale flo„renorum bis mille conflabunt.„

Septi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Septimo. „Quod vero ipsosmet PP. „Missionarios attinet, præsentabuntur „Nobis semper tum nunc, tum & suc- „cessivis temporibus designandi a Patre „Provinciali eorum, ubi vero ad Mis- „siones nostras fuerint ab hoc semel de- „lecti, ablegatique, & a Nobis recepti „& approbati, integrum illi haud si , eos aliter amovere, & avocare, quam „& servato ordine, & forma, ut ve „unus saltem semper adsit, qui jam per „integrum biennium Missionarii in Domo „prædicta Werffen exercuerit munus „habentes subditorum perspectos mo- „res, sitque in re Missionum versatus „& valeat instruere noviter adveniea- „tes.„

Octavo. „Erunt autem isti cum ipsa „Domo Missionis quoad ea, quæ Mis- „sionis munus concernunt, in omne „ævum immediate & unice nostris, „Nostrorumque Successorum mandatis „subjecti, directione ejus tamen, & Vi- „sitatione P. Provincialis illæsa, & in- „tacta relicta, in ceteris autem nobis „& Successoribus nostris sine ulla con- „traditione præstabunt, & adimple- „bunt, ea omnia, ad quæ Regulares „exempti juxta præscriptum sacri Con- „cilii Tridentini, nostrarumque Con- „stitutionum Synodalium, & Provin- „cialium, & Ordinariis locorum alias „tenen-

„tenentur, salva proinde in hac Mis- Sæc. XVIII.
„sionis Domo, & Missionarios ibidem A. C. 1739.
„existentes Diæcesana, & Ordinaria
„nostra jurisdictione jure Principatus
„Terræ, & Advocatiæ, sic tamen ut
„Nobis, & Successoribus Nostris dun-
„taxat unice, & immediate, uti præ-
„missum est, remaneant semper, etiam
„quoad ista, subjecti.„

Nono. „Missionariorum officium,
„finis atque præcipua, imo unica cura
„sit, per Præfecturas, ut dictum est,
„ipsis designatas incessanter de loco ad
„locum, & si necesse visum fuerit de
„Domo ad Domum excurrendo, & ca-
„techizando, Missionibus continuo va-
„care, rudes in Doctrina Christiana
„instruere, dubitantes in veritate nostræ
„Fidei confirmare, in hæreticos, vel
„de hæresi suspectos, horum Consulto-
„res, Fautores, Receptatores, librorum
„Acatholicorum detentores, vel deten-
„torum conscios, & non revelantes,
„eos in Provinciam ferentes, & intru-
„dentes, eorumque auxiliatores, con-
„scios, & participes inquirere, atque
„denuntiare, Verbum Divinum, & Fi-
„dei dogmata ubivis, & etiam ex Ca-
„thedra (sic tamen, ne Ordinariorum
„disturbentur Ecclesiasticæ functiones)
„intra ipsis designatum districtum tra-
„dere licet pœnitentiæ Sacramentum

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„sola dempta confessione Paschali si lo-
„corum Curiones ultra non annuant)
„Sacrosanctam vero Eucharistiam in
„proprio, vel tantum Missionis Sacello,
„alibi vero nonnisi, quam accedente
„ipsorum Curionum consensu adminis-
„trare, item ægris, & moribundis le-
„latium cum auxilio impendere, alia-
„que peragere omnia, quæ individuum
„Missionarii Apostolici munus exigit,
„jure Sepulturæ, aliove quocumque
„Parochiali semper excepto.„

Decimo. „Et quia de Religione bene
„sperari non potest, si ii, qui Magistra-
„tum Ecclesiasticum, vel Civilem sunt
„assecuti, moribus scandalosi sint, aut
„vitiis publice turpes, eapropter te-
„neantur pariter in vitam, & mores
„non modo subditorum ipsis quoad Mis-
„sionis Ministerium commissorum, sed
„& eorum, quibus ipsi subditi intra
„designatum districtum per demanda-
„tam a nobis jurisdictionem subsunt, se-
„dulo invigilare, datoque defectu Re-
„ligioni directe, vel indirecte pernicioso,
„si fraterna admonitio non tollat, No-
„bis, & Successoribus nostris ad pro-
„prias manus referre, ea ipsa ratione,
„qua e converso nostris Decanis Rura-
„libus serio demandabimus, perspectum
„habendi, an Missionarii ipsi Missionis
„muneri debite incumbant, hocque
„ad-

„adimpleant ex asse, quidve adversus Sæc. XVIII.
„has nostras leges, conditiones, & pacta A. C. 1739.
„operentur, quodsi præter spem om-
„nem nostram daretur, eos ad adim-
„plendum, & his legibus parendum
„fraterne moneant, ubi vero nec hac
„via defectus tollantur, & hos similiter
„nobis habeant referre, præcipue vero
„curabunt ipsi Missionarii, ut Ecclesia-
„sticus, & Civilis Magistratus concor-
„des vivant, utpote qui cum non sint
„duo distincta corpora, sed unius cor-
„poris distincta membra sicut concordia
„eorum totius Reipublicæ unica est An-
„chora, qua sublata fluctuant omnia &
„Religionis contemptus oritur, sic ea
„servata tuto firmat, & immotam se-
„curitatem promittit. „

Undecimo. „Ablegabuntur eapro-
„pter a Patre Provinciali, & Nobis præ-
„sentabuntur viri tum scientia, tum &
„Sanctimonia vitæ clari, simplicitatem
„cum astutia commixtam habentes,
„cordati, sagaces, graves & prudentes
„in Polemica, & in his, quæ sunt ad
„bene formandam hæreticæ pravitatis
„Inquisitionem sufficienter versati, ro-
„busti, atque graviffimis Missionis labo-
„ribus sustinendis idonei, & apti, qui-
„que esse debeant, vel a sancta Sede
„Apostolica, vel a Sacra Congregatione
„de Propaganda Fide approbati, id est

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„neceſſariis ad Miſſiones Apoſtolic
„peragendas Privilegiis inſtructi.„

Duodecimo. „Ut vero penitus
„ſubditis Miniſterio eorum commi
„ſint independentes, vetitum ſit Mi
„nariis pro celebratione Miſſarum El
„moſynam ab illis accipere, poſſint ve
„a Curatis, & Decurionibus locoru
„ſi hi illis dare velint, & abſtineb
„inſuper ab omni quæſtu, ſeu co
„ctura in prædicto ipſis deſignato
„ſtrictu (hac integra, illis, qui hac
„nus eis in locis ea gaviſi ſunt, pe
„tus remanente) contenti in Domi
„eſculentis, & poculentis illis, q
„pii largitores ad Hoſpitii januam ul
„liberaliter, & charitative detuleri
„& pro quibus, ſi ita viſum fuerit,
„crificia peragere poſſint: ſignanter a
„tem cavebunt ab omnibus commen
„tionibus cum illis de ſæpe dicto ei
„deſignato diſtrictu.

Decimo tertio. „Fas inſuper ſæp
„relatis Miſſionariis haud ſit eis deb
„gnatum egredi diſtrictum a Nobis, ve
„Succeſſoribus noſtris prævia non ob
„tenta licentia, quam tamen nonni
„ob gravem cauſſam eis ſumus dene
„gaturi.„

Decimo quarto. „Liberum e contra
„ſit ſemper Nobis, & Succeſſoribus no
„ſtris, etſi erigenda Domus Apoſtolica

„Miſ

„Missionis finem principaliter præseferat, Sæc. XVIII.
„alios etiam cujuscumque Religionis, A. C. 1739.
„vel Ordinis in districtum Missionis Cap-
„pucinorum designatum ad Missiones
„mittere, ipsos autem Missionarios Cap-
„puccinos alibi ad Missiones (ad tem-
„pus tamen) ablegare, fundatione Do-
„mus semper salva, suoque in robore
„semper firma „

Decimo quinto. „Quod si vero Cap-
„puccinorum Religio, Domus hæc Mis-
„sionis, seu Missionarii futuris perpetuis
„temporibus, adversus prædictas leges,
„pacta, & conditiones, quidque per re-
„cursum, sive dispensationem, Privi-
„legia, per latas, vel ferentes in con-
„trarium Sanctiones, seu & demum
„per aliam quamcumque viam excogi-
„tabilem de modo, de facto, vel de
„jure attentare: salubremve intentio-
„nem hanc nostram, quæ est, ut peni-
„tus e Provincia nostra eliminentur
„hæreses, invertere, modificare, vel
„aliter huic quoquo demum modo de-
„rogare præsumpserint, noverint illa,
„& isti Omnipotenti Deo, Nobis, Suc-
„cessoribus, & Venerabili Capitulo
„nostro strictissimam rationem reddituri,
„seque indignationem nostram, Suc-
„cessorum nostrum, & præfati Venera-
„bilis Capituli incursuros, sine quorum,
„& hujus expresso consensu, præmissis

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„legibus, pactis, & conditionibus nem
„quacumque etiam auctoritate fulgea
„unquam poterit derogare: Siquide
„derogationem aliquam, modificati
„nem, vel commutationem hujus n
„ſtræ piæ intentionis non impetrand
„aut aliter per ſeſe, vel alios quidqua
„in contrarium non attentandi, qu
„potius vero prædicta omnia & ſingu
„perpetuis futuris temporibus pro po
„eorum fideliter, & jugiter adim
„plendi, ſæpe memoratos Pater Pr
„vincialis, & Definitores proprio e
„rum, Succeſſorum, & totius Provi
„ciæ nomine datis in id & Nobis e
„tractis Reverſalibus ſolemniter, bon
„que Fide expromiſerunt.„

Inſuper iisdem Patribus Cappucci
nis in Radſtattenſi Monaſterio agentib
totam hujus nominis Præfecturam a
gnavit, & die decima quarta Mar
Anno 1737. miſſis ad eos literis h
præſcripſit leges:

„Ferventibus votis in id unice i
„tendentes, ut hoſte noſtro (hæretico
„Seditioſos ſubditos noſtros intelli
„mus) Deo opitulante jam fugato,
„deleatur penitus, ne intrent, ut pe
„horreſcimus, poſt diſceſſionem noſtra
„novi lupi rapaces gregi non parcente
„neve hæreſis, herculea veluti hydr
„utique cum majore Religionis, a

„R

„Regionis noſtræ periculo, damnis- „que continuo repullulet, novasque „identidem vires reſumere attentet, „auctoritate noſtra Archiepiſcopali, & „Principali clementer, & inſimul ſerio „Paternitati tuæ committimus, quate- „nus, quæ poſt ultimam hæreticorum „emigrationem in Præfectura noſtra „Radtſtadienſi per Patres Ordinis tui „ſancti Franciſci Capuccinorum tam „laudabiliter, tantoque animarum fructu „incæptæ, & profecutæ fuere, Cate- „cheſes, & excurſiones ſic inſtituas, „ut omni futura ætate perdurent. Vo- „lumus ſiquidem, & tibi, atque ſuc- „ceſſoribus tuis, hiſce noſtris expreſſe „injungimus, quod cum Monaſterium „Capuccinorum in Radtſtatt a Præ- „deceſſoribus noſtris ad repellendas hæ- „reſes principaliter fuiſſe fundatum „dignoſcatur, duo ſemper in eo ſub- „ſiſtant ad peragendum Apoſtolicæ Miſ- „ſionis munus in Præfectura mox dicta „idonei, & apti: erunt vero illi„

Primo, „Vel a ſummo Pontifice, vel „a ſacra Congregatione de Propaganda, „ſeu ab eo, cui talis delegabitur facul- „tas, approbati neceſſariisque ad Miſ- „ſiones Apoſtolicas Privilegiis inſtructi, „nec ſibi vel ſucceſſoribus tuis integrum „erit, poſtquam illi ſemel fuerint ad „Miſſiones noſtras delecti, eos amovere,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„nisi, ubi primi integrum absolverint „annum. Subrogatione, & præfec„tatione subinde, atque successivis per„petuis temporibus ea ratione faciendâ, „ut unus, vel saltem adsit, qui jam per„annum in præmisso Ordini tuo assignato „districtu Missionarii exercuerit munus, „notos habeat subditorum, & Incola„rum mores, sit in re Missionum prac„ticus, potensque instruere noviter ad„venientes, & quos pro tempore Mis„sionarios, quoad ea, quæ Missionis mu„nus concernunt, immediate, & unice „nostris, nostrorumque Successorum „mandatis: quoad disciplinam Mona„sticam vero sibi, & Guardiano eo„rum volumus, & sinimus esse sub„jectos.„

Secundo. „Horum Missionariorum „porro unica cura erit, incessanter in„tra prædictum Radtstadiensis Præfe„cturæ districtum, de loco ad locum, „& si necesse fuerit, etiam de Domo „ad Domum excurrendo, Missionis „Apostolicæ munus alacriter explere, „catechizando rudes, in Doctrina Chri„stiana instruendo, reducendo Dubi„tantes ad viam veritatis, hosque in hac „confirmando, in hæreticos, seu de „hæresi suspectos horumque Consulto„res, Fautores, Receptatores, libro„rum Acatholicorum detentores, vel „De-

„Detentorum conſcios, & non reve- Sæc. XVIII.
„lantes, eos in Provinciam noſtram ſe- A. C. 1739.
„rentes, ſeu intrudentes, horumque
„auxiliatores, conſcios, ſeu participes,
„inquirendo, hosque, & alios hujus-
„modi farinæ homines nobis, vel cui
„per Nos & Succeſſores noſtros deman-
„dabitur ſine aliqua perſonarum ac-
„ceptione, omnique ſepoſito humano
„affectu, denunciando, verbum Divi-
„num & Fidei Dogmata ubivis, &
„etiam ex Cathedra (ſic attamen ut
„Ordinariorum non diſturbentur Eccle-
„cleſiaſticæ Functiones) intra ipſis de-
„ſignatum præmiſſum diſtrictum tra-
„dendo, ſic & Pœnitentiæ Sacramen-
„tum (ſola dempta confeſſione Paſchali,
„ſi locorum curiones ultro non annue-
„rent) Sacroſanctam vero Euchariſtiam
„nonniſi, quam in propria eorum Mo-
„naſterii Eccleſia, vel alibi habito in
„id prædictorum Curionum aſſenſu ad-
„miniſtrando, ægris, & moribundis
„ſolatium cum auxilio impendendo,
„atque ea omnia demum peragendo,
„quæ individuum Miſſionarii Apoſtolici
„exigit munus, jure Sepulturæ, alio-
„que quocumque Parochali ſemper &
„ubique Ordinariis locorum reſervato.„

Tertio. „Volumus inſuper, quod
„ipſi Miſſionarii in vitam, & mores non
„modo ſubditorum ipſis intra prædictæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„Præfecturæ fines quoad Miſſionis Mi-
„niſterium commiſſorum, ſed & eorum,
„quibus ipſi ſubditi ex delegata noſtra
„jurisdictione ſubſunt, ſedulo invigi-
„lare teneantur, datoque defectu Re-
„ligioni directe, & indirecte pernicioſi
„ſi fraterna admonitio non tollat, No-
„bis, & Succeſſoribus noſtris ad pro-
„prias aures deferre, ea ipſa ratione,
„qua e contra noſtris demandabimus
„Decanis ruralibus perſpectum habendi,
„an Miſſionarii ipſi Miſſionis munus de-
„bite adimpleant, & aſſequantur ea
„aſſe, quidve operentur adverſus hæc
„noſtra mandata, nobis defectus, ubi
„hos, ſi aliqui præter ſpem noſtram
„omnem contigerint, fraterna admo-
„nitio non diſſipet, debite relaturis.„

Quarto. „Quare præſentabuntur ſem-
„per viri cum Scientia tum & vitæ San-
„ctimonia clari, juſti, incorrupti, in-
„tegri, ſuaves, & in ſimul ſeveri, gra-
„ves, ſagaces, tam in Polemica, quam
„in iis, quæ ad promovendam hæreti-
„calem inquiſitionem conducunt, bene
„verſati: Nec accipient illi a ſubditis
„quoad Miſſionis munus eis ſubjectis
„eleemoſynas pro Miſſis, aliave mu-
„nera, forent licet eſculenta, pocu-
„lenta; multo minus adhuc collectu-
„ras, ſeu quæſtuas inſtituent, his, &
„illis ceteris de Monaſterio Patribus

„ut

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ut hactenus habuerunt, illæsis retentis, qui Missionarii insuper perdurante „Ministerii eorum prædefinito tempore „Radtstatiensem Præfecturam egredi „non poterunt a nobis, vel Successoribus nostris non præhabita licentia, „eis verumtamen nonnisi gravi de „caussa deneganda.„

Quinto. „Licet autem ordini tuo „Apostolicæ Missionis munus in prædicta Radtstadiensi Præfectura privative committamus; liberum tamen „Nobis, & Successoribus nostris esse „volumus, alios quoque alterius Religionis viros in Radtstadiensem di„strictum ad tempus mittere, Missionarios de Districtu vero alibi etiam, „& extra illum ad Missiones, pariter „tamen ad tempus, ablegare, Missione „pro Patribus tui ordinis verumtamen „in Radtstadiensi districtu harum tenore „semper fixa, & in suo robore firma „manente.„

„Curabit proinde Paternitas tua, „tuique successores omnes, perpetuis „futuris temporibus, ut tam salutare „nostrum propositum alacriter exequantur, utque in partem Pastoralis nostræ „sollicitudinis vocati rite, & jugiter „expleant hæc nostra mandata: Quod „si in adimplendis ex asse omnibus præscriptis negligentes, incurii, segnesve „fue-

Sæc. XVIII A. C. 1739

„fueritis, Omnipotenti Deo, Nobis, Sacerdotibus noſtris, atque venerabili „Capitulo noſtro diſtrictam reddituros „rationem, vosque noſtram, horumque indignationem noveritis incurſuros.„

Cum autem præfati Patres Capucini pariter Monaſterium in Dambsweg vallis Lungaviæ ad fines Carinthiæ poſſediſſent, ideo Archiepiſcopus eis hæc loca, totamque Præfecturam Mosheimenſem pro Sacra expeditione demandavit, miſſa ad eorum P. Provincialem ſequenti epiſtola:

„Noverit Paternitas tua, quam vesana, proterva, & hæretica pravitas „caput ſuum in hac Provincia noſtra „ita pridem extulerit, quamque inſanis „conatibus abjecta prorſus fronte, emotaque mente contra ipſam Principalem dignitatem noſtram damnabiliter „inſurgere non dubitaverit, & noverit „quoque, quanto Paſtoralis animi noſtro dolore palam jam graſſanti hæreſi armata etiamnum vi obſiſtere „fuerimus coacti; viginti, & ultra „e Provincia pulſis millibus, Lutheri, „aliorumque hæreſiarcharum colluvie, „peſte ſimul, & exitio involutis. Quia „vero ſtatuimus firmiſſime toto virium „niſu hoſtem adhuc latitantem tamdiu perſequi, donec, quod Prædeceſſo-

„ceſſo-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„ceſſores noſtri voluere ſemper, potuere „nunquam, extrema internecione per „Dei gratiam penitus extinxerimus, „hinc de tua ſollicitudine, vigilantia, „& cura concreditas noſtras oviculas „ſub unius Paſtoris ovili jugiter conti„nendi clementer confiſi, cumque Ca„puccinorum Monaſterium in Oppido „noſtro Dambsweg a Prædeceſſoribus „noſtris ad arcendam a Religione noſtra „hæreſis luem principaliter fundatum „eſſe dignoſcatur, & Patres hujus in „participium tam glorioſi operis vocare, „eisdemque perpetuum Apoſtolicæ Miſ„ſionis munus in Præfectura noſtra Lun„gavia, qua hæc late quoad tempora„lem jurisdictionem patet, clementiſ„ſime committere, tenore præſentium „decrevimus.„

Poſtmodum præfata die & anno pro obeunda hac Miſſione ſequentia præſcripſit ſtatuta.

„Volumus, ac ſerio mandamus, qua„tenus I. duo nobis præſententur Pa„tres de Familia Monaſterii in Dambs„weg ad præfatum Apoſtolicæ Miſſio„nis Miniſterium rite obeundum idonei, „& apti, vel a ſummo Pontifice, vel „a Sacra Congregatione de Propagan„da, ſeu ab eo, cui ab hac talis dele„gabitur facultas, approbati, neceſſa„riisque ad Miſſiones Apoſtolicas privi„legiis

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„legiis instructi, nec tibi, successori„busque tuis integrum sit, postquam „illi semel fuerint ad Missiones nostras „delecti, eos amovere, nisi ubi primi „integrum absolverint annum, subroga„tione & præsentatione subinde, atque „successivis perpetuis temporibus ea „ratione facienda, ut unus vel saltem „adsit, qui jam per annum in præmisso „Ordini tuo assignato districtu Missionarii „exercuerit munus, notos habeat sub„ditorum, & Incolarum mores, sit in „re Missionum practicus, potensque in„struere noviter advenientes, & quos „pro tempore Missionarios quoad ea, „quæ Missionis munus concernunt, im„mediate, & unice nostris, nostrorum„que Successorum mandatis, quoad di„sciplinam monasticam vero tibi, & „Guardiano eorum volumus, & simus esse subjectos.„

Secundo. „Horum Missionariorum „porro unica cura erit incessanter intra „prædictum Lungavienſis Præfecturæ „districtum de loco ad locum, & si ne„cesse fuerit, etiam de Domo ad Do„mum excurrendo, Missionis Apostoli„cæ munus alacriter explere catechi„zando, rudes in Doctrina Christiana „instruendo, reducendo dubitantes ad „viam veritatis, hosque in hac confir„mando, in hæreticos, seu de hæresi „su-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſuſpectos horumque conſultores, fau-
„tores, receptatores, librorum Aca-
„tholicorum detentores, vel detento-
„rum conſcios, & non revelantes, eos
„in Provinciam noſtram ferentes, ſeu
„intrudentes, horumque auxiliatores,
„conſcios, ſeu participes inquirendo,
„hosque, & alios hujusmodi farinæ
„homines, Nobis, vel cui per Nos, &
„Succeſſores noſtros demandabitur, ſine
„aliqua Perſonarum acceptatione, om-
„nique ſepoſito humano affectu, denun-
„ciando, verbum Divinum, & Fidei
„dogmata ubivis, & etiam ex Cathe-
„dra (ſic attamen, ut Ordinariorum
„non diſturbentur Eccleſiaſticæ functio-
„nes) intra ipſis deſignatum præmiſ-
„ſum diſtrictum tradendo ſic, & pœni-
„tentiæ Sacramentum, (ſola dempta
„Confeſſione Paſchali, ſi locorum Cu-
„riones ultro (non annuerent) Sacro-
„ſanctam vero Euchariſtiam, nonniſi,
„in propria eorum Monaſterii Eccleſia,
„vel alibi, habito in id prædictorum
„Curionum aſſenſu, adminiſtrando,
„ægris, & moribundis ſolatium cum
„auxilio impendendo, atque ea omnia
„demum peragendo, quæ individuum
„Miſſionarii Apoſtolici exigit munus,
„jure Sepulturæ, alioque quocumque
„Parochiali ſemper, & ubique Ordina-
„riis locorum reſervato.„

Ter-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Tertio. „Volumus insuper, quo
„ipsi Missionarii in vitam, & mores no
„modo subditorum ipsis intra prædict
„Lungaviæ fines quoad Missionis Min
„sterium commissorum, sed & eorum
„quibus ipsi subditi ex delegata nost
„jurisdictione subsunt, sedulo invigila
„teneantur, datoque defectu Religio
„directe, vel indirecte pernicioso,
„fraterna admonitio non tollat, Nobi
„& Successoribus nostris ad propria
„aures deferre; ea ipsa ratione, qu
„e contra nostris demandabimus Dec
„nis ruralibus perspectum habendi, a
„Missionarii ipsi Missionis munus debite
„adimpleant, & assequantur ex asse
„quidve operentur adversus hæc nostr
„mandata, Nobis defectus, ubi hos
„si aliqui præter spem nostram omnem
„contigerint, fraterna admonitio no
„dissipet, debite relaturis.„

Quarto. „Quare præsentabuntur
„semper viri cum scientia, tum &
„vitæ Sanctimonia clari, justi, incor
„rupti, integri, suaves, & insimul se
„veri, graves, sagaces, tam in Pole
„mica, quam in iis, quæ ad promoven
„dam hæreticalem inquisitionem con
„ducunt, bene versati; nec accipient
„illi a subditis quoad Missionis munus
„eis subjectis Eleemosynas pro Missis,
„aliave munera, forent licet esculenta,

„&

„& poculenta, multo minus adhuc col- „lecturas, seu quæstuas instituent, his, „& illis ceteris de Monasterio Patribus, „ut hactenus habuerunt, illæsis reten- „tis, qui Missionarii insuper perdurante „Ministerii eorum prædefinito tempore „Lungavienſem Præfecturam egredi „non poterunt a Nobis, & Successori- „bus nostris non præhabita licentia, eis „verumtamen nonnisi gravi de causſa „deneganda.„

Quinto. „Licet autem Ordini tuo „Apostolicæ Missionis munus in præ- „dicta Lungavienſi Præfectura priva- „tive committamus, liberum tamen „Nobis, & Successoribus nostris esse „volumus, alios quoque alterius Reli- „gionis viros in Lungavienſem distri- „ctum ad tempus mittere, Missiona- „rios de districtu vero alibi etiam, & „extra illum ad Missiones pariter, ta- „men ad tempus, ablegare, Missione „pro Patribus tui Ordinis verumtamen „in Lungavia prædicta, harum tenore „semper fixa, & in suo robore firma „manente.„

Cum autem Patres Benedictini Salisburgenſem Diæcesin non modo vastissimæ eruditionis laude, sed præcipue virtutum exemplis & zeli Apostolici fulgore per plurima sæcula illustrarent, ac ipsimet sese nunc ad obeundas has

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Missiones ultro offerrent, hinc Archi-
episcopus illos ad plantandam, conse-
vandamque fidem Catholicam nato
promeritis encomiis celebravit, eisque
in Abbatia Schwartzachiensi agentibu
Præfecturas ad S. Joannem Wagrain
Grosarl, Gostein, Goldegg, & ad S. V
tum assignavit, die octava Decembr
anno hujus sæculi trigesimo sexto mi
sis ad eos hisce literis:

„Quamquam, ex quo ad Archiepi-
„scopalis, & principalis celsitudinis cu
„men supremi Numinis benignitate su
„mus evocati, ac quasi in sublimi spe
„cula positi, unde per circumspectam
„sollicitudinis nostræ vigilantiam, &
„imminentia prospiceremus pericula &
„ad eadem mature depellenda, ac dis
„sipanda de opportunis remediis pro
„videremus, id præprimis Paternæ No
„bis curæ esse voluerimus, ut qui in
„commissa Nobis Archidiæcesi Domini
„vice fungimur, ejusdem non tantum
„ipsi mandata, quantum Deo largiente
„possumus sedulo expleremus, verum
„& ad id faciendum subditos nostros
„verbis & exemplis assidue cohortare-
„mur, ac concreditas Nobis Oviculas
„sub unius Pastoris Ovili jugiter con-
„tineremus, & pabulo salutaris doctrinæ
„veræque Fidei incessanter reficeremus:
„majori tamen animi impulsu illuc ur-
„gent

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„geri credimus, totamque mentis no-
„ſtræ aciem admovendam eſſe putavi-
„mus, ut hæreſi tot Archidiæceſeos
„noſtræ locis jamdudum fatali, quæ-
„que per duo ſæcula, & ultra, miſeret
„meminiſſe, tam nefande in Provin-
„ciam noſtram incubuit, tamque al-
„tas defixit radices, perpetuum indi-
„ceremus bellum, certo autumantes
„exitio proximos fore Principes illos,
„qui Hæreticos impune tolerant, &
„cauſſam Religionis, quæ prærogata
„ſicuti eſt Reipublicæ vinculum, ita
„neglecta ejusdem diſſolutio, parum
„curant, ratique tolerare ſimiles, eſſe
„in ſinu angues fovere. Connivere
„vero ex futuræ converſionis ſpe, eſſe
„manifeſte Rempublicam concutere,
„& commovere. Suadent hæc prio-
„rum ſæculorum monumenta, do-
„cent vero noviſſima, cauſſam Religio-
„nis ita eſſe cum illa ſtatus conjunctam,
„ut illa turbata, & hanc turbari, &
„mutari fiat neceſſe, cadere vero Re-
„gna, & Imperantes, ubi Religione
„illa, hi cura illius deficiunt, traxit
„namque ſemper & trahet adhuc Rem-
„publicam ſecum Religio neglecta, aut
„prolapſa; nec enim eſſe poterit idem
„coercendi Populi frænum, ubi non eſt
„idem Numinis Amor, idem metus
„idemque cultus, libertatem credendi,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„licentia morum, hanc civium disco-
„dia subsequente.„

„Quare ponderantes, quod, &
„spectante Europa tota indictum ce
„tamen, in comitatum se exhibentib
„Cælitum auxiliis, pulsis viginti,
„amplius millibus Lutheri, aliorum
„que hæresiarcharum peste simul,
„exitio involutorum, adhibitisque t
„aliis oppugnandæ hæresi opportuni
„mis remediis, decretis, inquisitio
„bus, & armis, rite perfecerimus, v
„ctoriam subsecutis auspiciis, & statu
„nostri incrementis, tamen quæ unde
„quaque in Provincia Nostra hactenu
„erat disseminata hæresis, continuo re
„pullare, & amputatis licet Capitibus
„novas identidem vires reassumere se
„attentet, seu certo sit attentatura
„more scilicet superiorum temporum,
„queis hostes nostri (hæreticos intelli-
„gimus) latius semper grassabantur,
„quia duntaxat fugati, deleti nunquam
„nisi & de remediis solliciti fuerimus, ut
„& modicum fermentum tollatur, ne
„universam massam reiterato corrum-
„pat, neve ex levi flammula novi oriatur
„tur Rogi, Divina Nemesi universos
„puniente propter unicum hæreticum
„impune toleratum. Hinc est, quod
„nostro, & majorum nostrorum malo
„edocti, tuto opinantes indignum esse

„Ca-

„Catholicum Principem Sacrilegis im- Sæc. XVIII.
„perare, atque expaveſcentes prænun- A.C. 1739.
„cium illud Divini Numinis oraculum:
„Quia non cuſtodiviſti pactum meum,
„& præcepta mea, quæ mandavi tibi,
„ſcindam Regnum tuum a te, & illud
„dabo ſervo tuo, poſtquam pro paſto-
„rali ſollicitudine noſtra diu multum-
„que exquiſivimus, quibus mediis ma-
„gis, ut hæreſis penitus extripetur neve
„caput ſuum herculeum futuris tempo-
„ribus unquam amplius attollat, No-
„bis, & Eccleſiæ noſtræ poſſit eſſe con-
„ſultum, unum demum, idque tutiſſi-
„mum nobis inſpiravit Divinum Nu-
„men, ſi nimirum per tot annos, ſeu
„aliunde huc evocatos, ſeu de novo
„a nobis ablegatos, ad perpetua futura
„tempora ſtabiliremus Apoſtolicos Miſ-
„ſionarios, qui inceſſanter de Præfectura
„ad Præfecturam, de quarterio ad quar-
„terium, de loco ad locum, de Domo
„ad Donum excurrentes, rudes in re-
„bus Fidei inſtruant, in hæreticos, vel
„de hæreſi ſuſpectos acriter, & alacriter
„inquirant, neve dum evellitur ziza-
„nia, eradicetur triticum, vel ea re-
„licta, & non evulſa, & hoc degeneret,
„longa demum experientia addiſcant
„unum ab alio ſecernere, & ſegregare,
„& cognoſcant tandem ficta religione
„piorum mentes ludentes, notosque

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„habeant, qui alienas, non ſuas repræ-
„ſentantes perſonas, faciunt, quod nos
„dicunt, & volunt apparere, quod ei
„nolunt, experianturque poſtremo, d
„ſibi habeant a nobis perſuaſum, cit
„ubi non eradicatur peſtis hujus radi
„totam plebem certo certius iterum
„iterumque contaminatum iri, quæq
„nos in tanta Paſtoralis animi noſt
„amaritudine ſumus proh dolor! ex
„perti, & inexpertos Poſteros indub
„tanter manere.„

„Quia porro, ſicut in hujus cur
„partem Sacras Religiones in Arch
„diæceſi noſtra diu jam ſtabilitas ev
„candas credidimus, ita & æquiſſimu
„judicavimus, ut antiquiſſimo Ordi
„ſancti Benedicti, a quo ſicut univer
„prope Germaniæ, ita ſingulariter Pro
„vinciæ huic noſtræ veræ fidei lume
„ante complura jam ſæcula, & ad ip
„Archiepiſcopatus noſtri initia illatu
„eſt, atque aſſiduo tum probitatis, cu
„& doctrinæ fulgore corruſcavit, id p
„ſtoralis officii genus eo demandare
„mus libentius, quo magis ipſum Sa
„crum Ordinem, ac præcipue Univer
„tatem Noſtram eidem commiſſam, cle
„mentiſſima inclinatione nunquam no
„proſecuti ad ipſum inceſſanter fove
„dum, & gratiarum noſtrarum favor
„bus proſequendum tanto provocamur

„ar

„ardentius, quanto frequentius evolvi- Sæc. XVIII.
„mus flores illos honoris, & honeſtatis A. C. 1739.
„fructus, qui eorum ſudore hunc no-
„ſtrum plantationum hortum irrigante,
„ubertim ſuccreverunt. „

„Noverit eapropter præſens ætas,
„& futura, quod Venerabilium in Chriſto
„honorabilium Nobis dilectorum Ab-
„batum præfati Univerſitati Noſtræ No-
„bis per omnia ſubjectæ Confœderato-
„rum precibus, operam ſuam, omnis-
„que promptitudinis obſequium, non
„ſine noſtro ſolatio, quod ex zelo eo-
„rum excepimus, offerentium, ac hu-
„militer ſupplicantium, ut, & ipſi in
„ſocietatem tam ſalutaris hujus Noſtri
„operis admittantur, inque tam glorioſi
„laboris participium poſſint venire, cle-
„menter annuentes, habito deſuper
„Venerabilis Noſtri Capituli conſilio,
„decrevimus, prout tenore præſentium
„auctoritate noſtra Archiepiſcopali, &
„Principali decernimus, & ſtatuimus,
„prærelatis Univerſitati noſtræ Confœ-
„deratis Abbatibus unam intra Pongo-
„viæ Montes ex Miſſionibus noſtris per-
„petuis, ſub legibus, & conditionibus
„infraſcriptis, & quidem in loco
„Schwazzach dicto, committere, per-
„petuoque firmare: Schwazzachii dici-
„mus, ut unde mors oriebatur, inde
„vita reſurgeret, & quæ Schwazzachii

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„per ruſtico - hæreticæ ſeditionis co-
„mitia vincebat hæreſis, ibi quoque
„vinceretur.„

His literis Archiepiſcopus leges in hac Miſſione obſervandas adjunxit hujus tenoris:

I. „Propriis eorum ſumptibus, d
„expenſis in mox dicto Schwazzachi
„loco præfati Venerabiles Confœderat
„Abbates ædificari curabunt Miſſionis
„Domum, ſeu Hoſpitium quatuor Pa
„trum Miſſionariorum habitationi con
„gruum, & aptum, quatuor nimirum
„pro his inſtructum cubilibus, duobus pro
„hoſpitibus, uno pro infirmis, aliisque
„pro famulis, præter Refectorium, cu
„linam cum penu, Cellam vinariam,
„aliudque cubile Bibliothecæ inſervi
„turum cum hortulo, ſtabulo, ac fe
„nili, ultra vero ædificium hoc extendi,
„ampliari, ſeu in grandiorem formam
„nec extrui, nec redigi poſſit.„

II. „Ædificabunt pariter expenſis,
„ut ſupra, Sacellum, vel Eccleſiam ad
„plus tribus Altaribus proviſam Bea-
„tiſſimæ Virginis ſine labe conceptæ
„dicandam, præter Sacriſtiam neceſ-
„ſaria ſupellectili decenter inſtructam,
„ſumma Florenorum ter mille dotan-
„dam.„

III. „Suſtentandis quatuor Patribus
„Miſſionariis, horumque famulis affig-
„na-

„nabunt Capitale Florenorum triginta „millium, una cum Ecclesiæ Dote mox „dicta penes tuta loca ad quincunces „usuras, si haberi poterunt, in census „elocandum ab omni decimatione, ste„rura, aliove quocumque excogitabili „onere reali, personali, vel mixto sem„per, & ubique immune.„ Sæc. XVIII. A. C. 1739.

IV. „Numerus Missionariorum sit „semper, & perpetuis futuris tempori„bus quaternus; ex quibus sæpedicti „Venerabiles Abbates unum pro Domo, „& Missionis Superiorum modis, & for„mis, quibus hactenus in nominandis „Professoribus hujus Universitatis nostræ „legitime usi sunt, semper designabunt, „designatum vero ante triennii lapsum „nonnisi nobis, vel Successoribus nostris „annuentibus, amovebunt, & qui qua„ternarius numerus sine expresso nostro „Successorumque nostrorum, ac Vene„rabilis Capituli nostri consensu nullis „unquam temporibus augeri, nec mi„nui possit.„

V. „Erunt vero quatuor illi Missio„narii, vel a summo Pontifice, vel a „Sacra Congregatione de Propaganda „Fide approbati, id est necessariis ad „Missiones Apostolicas privilegiis a san„cta Sede vel ab eo, cui talis delegabitur „facultas instructi.„

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

VI. „Præsentabuntur autem nobis
„cum primi, cum & his succeſſivis tem-
„poribus ſubrogandi forma mox ſupra
„articulo quarto præſcripta, & ubi ſe
„mel ad Miſſiones noſtras Salisburgen-
„ſes delecti, & ablegati, atque a nobis
„recepti, & approbati, integrum mo-
„moratis Abbatibus haud eſto, ſive eos
„nes, ſive ſingulos a Miſſionis Domo
„& officio removere, niſi ubi primi Pa-
„tres primum triennium ex integro ab-
„ſolverint; ſecuturis vero annis, quo
„libet Miſſionarius in individuo licen-
„tiam abeundi a Nobis facile obtinebit;
„ita tamen, ut ſubrogatio ſingulis an-
„nis ſingulariter fiat, eo nimirum or-
„dine obſervato, ut ſemper vel unus
„ſaltem adſit, qui jam per integrum
„triennium Miſſionarii in Domo præ-
„dicta Schwazzachii exercuerit munus,
„notos habeat ſubditorum mores, ſit in
„re Miſſionum practicus, potisque in-
„ſtruere noviter advenientes.„

VII. „Erunt porro in omne ævum
„tam Miſſionarii, cum & Domus Miſ-
„ſionis quoad ea, quæ Miſſionis munus
„concernunt, immediate, & unice no-
„ſtris, noſtrorumque Succeſſorum man-
„datis, quoad diſciplinam Monaſticam
„vero, atque Domus æconomicam di-
„rectionem, hujus pro tempore Supe-
„riori ſubjecti, viſitatione illius tamen
„ante-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„antedictis Abbatibus modis, & formis, quibus hactenus in visitanda hac „nostra Universitate legitime usi sunt, „concessa, nobis de cetero, & Successoribus nostris sine ulla contradictione „præstantes, & omnia ea adimplentes, „ad quæ Regulares juxta præscriptum „Sacri Concilii Tridentini, nostrarumque Constitutionum Synodalium, & „Provincialium ordinariis locorum alias „tenentur, sitque salva in hac Missionis Domo, & Missionarios ibidem „existentes, Diæcesana, & Ordinaria „nostra jurisdictione, necnon jure Principatus terræ, & Advocatiæ, sic verumtamen ut nobis, & Successoribus „nostris duntaxat etiam quoad ista, uti „præmissum, & unice & immediate „semper subjaceant.„

VIII. „Designamus autem ipsis privative ad peragendum Missionis Apo„stolicæ munus integras Præfecturas „ad S Joannem, ad S. Vitum, & Gold„egg cum Præturis Gastein, Grosarl, „& Wagrain, qua hæ omnes late pa„tent, quoad temporalem per nos ipsis „Præfectis nostris delegatam jurisdi„ctionem.„

IX. „Et in quibus ipsorum Missionariorum officium finis & præcipua, „imo unica cura erit, incessanter de „loco ad locum, & si necesse fuerit vi„sum

æc. XVIII. A. C. 1739

„ſum, etiam de Domo ad Domum ex-
„currendo, & catechizando, Miſſioni-
„bus continuo vacare, Rudes in Do-
„ctrina Chriſtiana inſtruere, Dubitan-
„tes ad veritatis viam reducere, & in
„hac confirmare, in hæreticos, vel de
„hæreſi ſuſpectos, horum Conſultores,
„Fautores, Receptatores, librorum
„Acatholicorum detentores, vel deten-
„torum conſcios, & non revelantes,
„eos in Provinciam noſtram ferentes,
„vel intrudentes, eorumque Auxilia-
„tores, conſcios, ſeu Participes inqui-
„rere, hosque, & alios hujusmodi ſe-
„rinæ homines Nobis, vel cui per nos,
„& Succeſſores noſtros, demandabi-
„tur, ſine aliqua perſonarum accepta-
„tione omni ſepoſito humano affectu,
„ſpretisque interceſſionibus quibuscum-
„que denunciare. Verbum divinum, &
„Fidei Dogmata ubivis, & etiam ex
„Cathedra, ſic tamen, ut Ordinario-
„rum non diſturbentur Eccleſiaſticæ
„functiones, intra ipſis deſignatum di-
„ſtrictum tradere: Sic & Pœnitentiæ
„Sacramentum (ſola dempta Confeſ-
„ſione Paſchali, ſi locorum Curiones
„ultro non annuerent) Sacroſanctam
„vero Euchariſtiam in proprio, vel tan-
„tum Miſſionis Sacello, alibi vero non
„niſi, quam accedente ipſorum Curio-
„num aſſenſu adminiſtrare, item ægris,

„&

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„& moribundis ſolatium cum auxilio „impendere, alioque quocumque Pa„rochiali ſemper, & ubique excepto.„

X. „Teneantur pariter in vitam, „& mores non modo ſubditorum ipſis „quoad Miſſionis Miniſterium commiſ„ſorum, ſed & eorum, quibus ipſi ſub„diti intra deſignatum diſtrictum ex „demandata a Nobis jurisdictione ſub„ſunt, ſedulo invigilare datoque defectu „Religioni directe, vel indirecte per„nicioſo, ſi fraterna admonitio non tol„lat, Nobis & Succeſſoribus noſtris ad „proprias manus deferre.„

XI. „Quapropter præſentabuntur „Nobis viri cum ſcientia, tum & vitæ „ſanctimonia clari, ſimplicitatem Co„lumbæ ſimul, & aſtutiam ſerpentis „habentes, ut virtute, & fortitudine „prædiți valeant diſrumpere hominum „iniquitates, & bene cordati non ex„timeſcant faciem potentis, ſint juſti, „incorrupti, integri, ſuaves, & inſi„mul ſeveri, graves, ſagaces, cum in „Polemica, tum & in his, quæ ad no„titiam promovendæ hæreticalis In„quiſitionis conducunt, bene verſati, „ad labores nati, ſemper, & ubique „inhiantes animarum ſaluti, pro certo „demum aliorum periculis habentes, „turbare potius male conceſſa, quam „ut reducantur errabundi hæretici con„niventia, nec flecti, nec emoliri.„

XII.

Sæc. XVIII. A. C. 1739

XII. „Hinc etiam, & ut vel eo ma„gis omnis tollatur humani affectus „occasio, vetitum sit Missionariis ipsis „a subditis quoad Missionis munus ei„subjectis pro Missis, Eleemosynas, ve„& de cetero munera aliqua recipere „forent hæc licet esculenta, vel pocu„lenta, modici etiamnum valoris, ac„que abstinebunt ab omnibus commen„sationibus cum illis, & quibus Mis„sionariis insuper fas haud erit sub quo„cumque excogitando prætextu literas „docere superioris, vel primæ, seu in„ferioris classis, unice Missionis mi„neri intra ipsis designatum districtum „semper incumbentes, quem egredi „haud valeant a Nobis, vel Successo„ribus nostris prævia non habita licen„tia, hac eis verumtamen nonnisi ex„causa urgente, deneganda.„

XIII. Licet porro Missionem hanc „Benedictinam in sæpe fato loco „Schwazzach in perpetuum stabilire in„tendimus & vigore præsentium stabi„limus privative quoad omnes, quam„cumque privilegiis omnibus, præro„gativis, & juribus, hactenus per Præ„decessores nostros huic nostræ Uni„versitati concessis, hisce nostris, qua„tenus præmissis, & infra dicendis le„gibus, & conditionibus non repugnant, „condecoratam volumus, & illi parifi„catam

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„catam declaramus, liberum tamen „ſemper Nobis, & Succeſſoribus no„ſtris eſſe pronunciamus, alterius etiam „Ordinis Miſſionarios Apoſtolicos in „diſtrictum Miſſioni Benedictinæ ſupra „deſignatum ad tempus mittere, ipſos „Miſſionarios Benedictinos vero alibi, „& extra illum, ad Miſſionis munus, „& pariter ad tempus tantum ablegare, „fundatione Domus Benedictinæ præ„miſſæ ſemper privative ſalva, ſuoque „in robore firma.„

XIV. „Ne vero Patres Miſſionarii „temporalibus curis impliciti ab Apo„ſtolico munere ſuo impediantur, neve „Sæcularibus graves, & odioſi fiant, „lex fundationis certa, firmaque eſto, „nec ipſos, nec Miſſionis Hoſpitium, „ſtabilia bona, vel quæ ſub horum no„mine veniunt, ſive per actus inter vi„vos, ſive per ultimam voluntatem in„tra Provinciam Noſtram acquirere, „vel quocumque demum prætextando „titulo acquiſita, citra Noſtrum, vel „Succeſſorum noſtrorum, atque vene„rabilis noſtri Capituli expreſſo conſenſu „retinere poſſe; quod ſi contra hanc le„gem futuris unquam temporibus actum „fuerit, in arbitrio Noſtro erit, & Suc„ceſſorum noſtrorum, vel etiam ante „laudati venerabilis Capituli noſtri de „bonis ipſis emptis, donatis, relictis,

„aliove

Sæc. XVIII A.C. 1739.

„aliove quocumque titulo, & modo a
„ipsos, vel ad Missionis Domum per
„ventis, pro libito, & auctoritate Prin
„cipis Terræ, atque in vim legis, pa
„ctique præsentis dantis causam fun
„dationi, & sine qua hæc neutiquam
„fuisset concessa, pleno jure disponendi
„tollendi, & incamerandi, Domus Su
„periore adstricto ad singulis annis re
„tiocinia Præsidi, & Assistentibus hu
„jus nostræ universitatis, ubi hæc visi
„tatur, vel si visitatio non haberetur
„ejusdem Rectori reddendi, qui Nobis
„& Successoribus nostris teneantur de
„super accuratam dare relationem, &
„quibus de redditibus, si qui super re
„manentes extabunt, fas est, pro exi
„gentia, & congruitate disponendi,
„hosque ubi necessitas vel utilitas ma
„gis exegerit, applicandi.„

XV. Ratificamus veruntamen, &
„approbamus per ipsos venerabiles Ab
„bates sub spe clementissimi nostri rati
„in supputationem summæ supra pro
„Fundatione definitæ Fl 30000. factam
„pro faciliori Patrum Missionariorum
„sustentatione emptionem cujusdam
„Prædii in Præfectura nostra Goldegg
„siti vulgo das Uhrfahrlehen nuncupa
„tum cum huic incorporato prædio
„Letbenfeld dicto, & alterius præmisso
„adjacentis fundi Fleidten agnominati

„sub

„ſub Præfectura noſtra S. Joannis exi- Sæc XVIII.
„ſtentis, quæque prædia, etſi hæc A. C. 1739.
„juris directorii Cameræ noſtræ eſſe,
„omnibusque angariis, & perangariis,
„ſteuris, contributionibus, aliisque one-
„ribus communalibus, ſicut alia om-
„nia prædia ruſtica hactenus ſubjecta
„fuiſſe, dignoſcantur, ex ſpeciali ta-
„men noſtra clementia, & pro ſingu-
„lari, quo in S. Benedicti Ordinem fe-
„rimur, amore & affectu, accedente
„venerabilis noſtri Capituli aſſenſu ab
„omni dominio directo, aliisque qui-
„buscumque oneribus, angariis, per-
„angariis, decimationibus, ſteuris,
„contributionibus communalibus, Pro-
„vincialibus, vel militaribus perpetuis
„futuris temporibus, ac donec, & us-
„quequo apud ipſam Miſſionis Bene-
„dictinæ Domum permanebunt, deque
„hujus erunt dominio, & non aliter
„&c. libera, & immunia penitus de-
„claramus, & ut libera, & allodialia
„haberi volumus, & mandamus, ea
„verumtamen lege, & conditione, ut
„e contra tam prædia ipſa, quam con-
„ductores eorum, Coloni, Inquilini,
„Laboratores, Famuli, & quæcumque
„aliæ Perſonæ Sæculares nulla penitus
„excepta, quæ in futurum habitabunt,
„vel operabuntur in prædiis præmemo-
„ratis, quoad jurisdictionem omnem

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„tum Criminalem, cum & civilem, „nulla penitus, penitusque dempta, „libere jurisdictioni Præfectorum no- „strorum, ut in antea subjaceant, quod „que etiam ad famulitium laicum ipso „rumet Missionariorum, seu Domus Mis „sionis claustra fuerit inventus, ab „intra vero sic, ut facta in Civilibus, „vel Criminalibus caussam pœnam San- „guinis non inferentibus, urbana apud „Superiorem Missionis Domus requisi- „tione hic comparitionem personalem „coram judice Sæculari, Laicis sibi „Domui Missionis, vel Missionariis fa- „mulantibus demandare. Si vero ali- „quis ex istis intra dictæ Domus claustra „moreretur, obsignationem, & Inven- „tarium Curiæ Sæculari sine contra- „dictione aliqua, cumulative cum ipso „Domus Superiore permittere sit ob- „strictus.„

XVI. „Quod si finaliter sæpe relati „Venerabiles confœderati Abbates, eo- „rum Ordo, Missionis Domus, vel & „Missionarii ipsi, hujus Universitatis „nostræ Præside, & Assistentibus scien- „tibus, & absque mora non obsistenti- „bus perpetuis futuris temporibus ad- „versus prædictas leges, conditiones, & „pacta quidquam sive per se, vel per „alios per recursum, vel per aliam quam- „cumque viam, quæ posset excogitari,

„de

„de facto, vel de jure attentare, ſa- Sæc. XVIII.
„lubremve hanc intentionem noſtram A. C. 1739.
„invertere, modificare, vel aliter huic
„quoque demum modo derogare præ-
„ſumpſerint, aut vero in adimplendis
„ex aſſe omnibus præſcriptis negligen-
„tes, incurii ſegnesve forent futuri, no-
„verint illi Omnipotenti Deo, Nobis,
„Succeſſoribus noſtris, & venerabili
„noſtro Capitulo ſtrictiſſimam rationem
„reddituros, ſeque indignationem no-
„ſtram, Succeſſorum noſtrorum, & præ-
„fati Venerabilis noſtri Capituli incur-
„ſuros, ſine quorum, & hujus expreſſo
„aſſenſu, præmiſſis legibus, pactis, &
„conditionibus, nemo quacumque e-
„tiam auctoritate præfulgeat, unquam
„poterit derogare, ſiquidem derogatio-
„nem aliquam, modificationem, vel
„commutationem hujus piæ intentionis
„noſtræ non impetrandi, aut aliter per
„ſeſe, vel alios quidquam in contra-
„rium unquam attentandi; quin potius
„vero prædicta omnia, & ſingula per-
„petuis futuris temporibus pro poſſe eo-
„rum fideliter, & jugiter adimplendi,
„Præſes, & Aſſiſtentes ſæpedictæ Uni-
„verſitatis noſtræ, proprio, & omnium
„confœderatorum venerabilium Abba-
„tum nomine datis in id, & nobis ex-
„traditis ſolemnibus Reverſalibus, bona
„fide promiſerunt.„

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Quoniam vero jam Anno 1735. die decima sexta Novembris Anna Theresia Glickin Christophori Archiepiscopalis Cameræ Secretarii vidua pro Apostolicæ Missionis intra Montana fundatione duodecies mille sexcentos florenos PP. Franciscanis legasset, eisque Josephus Trauner Taxenbacensis Præfectus cum consensu Martini Abbatis Michaelburani Ord. S. Benedicti, utpote Domini directi pro augenda Missione in Pinzgaia congruum locum donarit, hinc Archiepiscopus utramque donationem ratam habuit, hisque Patribus die decima septima Februarii Anno 1736. sequentes præscripsit leges.

I. „Apostolicum Missionis officium „intra terminos jam diu sibi præfixos, „videlicet in Præfecturis, ac Satrapiis „Zeilæ Pinzgovienſis, Taxenbaci, & „Raurii, qua late in temporalibus se „extendunt, obire teneantur, ultra il„los vero citra nostrum, & nostrorum „in Archiepiscopatu Successorum præ„scitam, & consensum nullatenus pro„gredi eis liceat.„

II. „Domum Missionis una cum Sa„cello, vel Ecclesia (cui de omni ne„cessaria suppellectili, luminibus, & „vino ad Sacrificium providere eisdem „incumbit) conformiter fundationi Gli„ckianæ, in amplitudine moderata pro

„sub-

„ſubſiſtentia Miſſionariorum quanto ci- Sæc. XVIII.
„tius, & talem in formam extrui pro- A. C. 1739.
„curent, ut illud ædificium pro qua-
„tuor Patrum Miſſionariorum, & unius
„Fratris Laici incolatu accommodum,
„ac præterea duabus Cameris pro Pro-
„vinciali, vel Hoſpitibus, necnon Re-
„fectoriolo, culina, cella vinaria, &
„penuaria, unacum Bibliotheca, po-
„mario, & lignili, juxta ideam præ-
„ſentatam, competenter inſtructum,
„amplius, nec ipſum, nec Eccleſia, poſ-
„ſit dilatari, ſiquidem. „

III. „Numerus Patrum Miſſionario-
„rum cum Superiore (cujus inſtitutio
„P. Provinciali competat) incluſive
„quovis tempore indiſpenſabiliter in
„quatuor Perſonis conſiſtat, ita ut iſte
„numerus absque noſtro, vel noſtrorum
„Succeſſorum præſcitu, & licentia, in-
„ſuper expreſſo conſenſu noſtri venera-
„bilis Capituli Metropoliciti perpetuis
„temporibus nullatenus imminui, multo
„minus augeri valeat. Qui proinde,

IV. Nobis, noſtrisque in Archiepi-
„ſcopatu Succeſſoribus ſinguli a Patre
„Provinciali nominandi, ac præſen-
„tandi ſunt; facta autem ſemel appro-
„batione noſtra, non aliter ab eo pot-
„erunt revocari, & mutari, quin ſal-
„tem unus ipſorum, qui munus Miſſio-
„nis ad biennium obierit, ſitque in eo

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſufficienter exercitatus, & expertus,
„ac per conſequens Neoadventantium
„inſtructioni, & manuductioni aptus,
„in Hoſpitio Miſſionis quovis tempore
„perſiſtat, & inveniatur, propterea,

V. „Supradicti PP. Miſſionarii ad
„inſtanti ſuſceptionis, & ablegationis
„ſuæ durante Miſſionis officio in præ-
„aſſignatis dynaſtiis, ſolummodo No-
„bis, & noſtris in Archiepiſcopatu Suc-
„ceſſoribus immediate ſubjecti exiſtant:
„Sic tamen, ut tam eorum perſonalis,
„quam localis, ſeu Domus ipſiusmet
„directio, ſicut, & conſueta viſitatio
„P. Provinciali reſervata, & illæſa per-
„maneat. Quod autem ipſum Miſſio-
„nis officium concernit, iidem

VI. „Miſſionarii proprio, ut decet,
„animarum zelo afflati ſummo, ac in-
„remiſſibili ſtudio connitentur turmatim
„vel in caſu exigentiæ etiam oſtiatim
„circumeundo commiſſum ſibi munus
„Apoſtolicum ita peragant, ut inſtruc-
„ctione, hortatu, & exercitatione conti-
„nua ignorantes, quæ ſunt Fidei Ca-
„tholicæ, edoceantur, ancipites in
„viam regiam educantur, infirmi con-
„fortentur, fortes autem ad perfectio-
„nem Chriſtianam magis, magisque
„accendantur. Inſuper ſingulari ſtudio
„explorare ſatagant, qualesnam Perſonæ
„ſui diſtrictus de Fide ſuſpectæ evaſe-
„rint,

„rint, & quinam earum Receptato- Sæc. XVIII.
„res, Fautores, quocumque modo Au- A. C. 1739.
„xiliatores existant. Ubinam locorum
„libri hæretici, vel ex antiquo reservati,
„vel de novo introducti habeantur. Item
„quis istorum, vel alterius eorum no-
„titiam, aut partem habeat. Cujus-
„modi pestilentes homines, ipsorum-
„que Fautores, vel Nobis, vel nostræ
„in caussa Religionis erectæ secretæ
„deputationi tempestive denunciandi,
„&quæcumque ad formandum, vel finien-
„dum Processum hæreticalem necessa-
„ria, ferventius assumenda, & produ-
„cenda sunt. Insuper Verbum Dei, &
„Doctrinam Catholico-Christianam per
„omnia loca sui districtus (sine impe-
„dimento tamen officiorum Ecclesiasti-
„corum Ordinariorum) Populo etiam ex
„Cathedra articulate, & intelligibiliter
„proponant, Confessiones excipiant,
„Sacram Communionem tamen in sola
„Ecclesia suæ Missionis, extra illam
„vero nonnisi de licentia Pastoris Or-
„dinarii distribuant. Paschali ibidem
„tempore omnes sui districtus subditos
„pro Confessione, ac Communione ad
„Ordinarios suos Curatos indistincte,
„& sine exceptione remittant. Præ-
„terea Infirmos sæpius invisant, ac so-
„latio reficiant, moribundis quoque
„(absque usurpatione tamen juris Pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„rochialis, vel Sepulturæ) Christiana
„charitate assistant, ac demum in his
„aliisque articulis Apostolicum Missionis
„munus secundum essentiam, & pro-
„prietatem suam indefesse adimpleant.
„Præsertim vero vigilanti oculo, & ac-
„curata attentione hinc inde observent
„actiones, subditorum non minus, a
„eorum, quibus illi a Nobis sunt concre-
„diti; & siquidem nonnullos defectus
„vel errores deprehenderint, qui Reli-
„gioni quoquo modo seu mediate se-
„immediate contrarientur, defectuosos
„paterna admonitione retrahant, hic
„vero non proficiente, Nobis, vel no-
„stris Successoribus absque acceptione
„personarum ad proprias manus tra-
„scribant. Quemadmodum e contra
„nostrum Decanum Ruralem ad id in-
„strui curabimus, quatenus similiter in-
„vigilet, & jugiter observet, an ex
„parte sæpedictorum PP. Missionario-
„rum, injunctum Missionis officium in-
„tegre impleatur, & in hoc fundationis
„instrumento præscriptæ conditiones
„punctatim opere exhibeantur: Utque
„is, contrario præter spem emergente,
„quoties necessarium videbitur, P. Su-
„periorem eo tempore existentem de-
„super commoneat, hacque benigna
„monitione nihil proficiente notatos de-
„fectus Nobis, nostrisque Successoribus
„de-

„debite denunciet, ceteroquin tam ipse „Decanus, aliique nostri illic locorum „expositi Curati, quam iidem Missio„narii nullo unquam tempore oblivi„scentur, mutua intelligentia, & bona „harmonia unus alterum juvare, & „communi zelo Religionis incremen„tum cum larga usura animarum pro„movere. Quem in finem Sæc. XVIII. A. C. 1739.

VII. „Iterato mentionatus P. Pro„vincialis singulari cura providebit ad „grave hoc Missionis officium viros ex„quisitæ pietatis, Doctrinæ, & pru„dentiæ seligere, ac Nobis præsentare, „qui simul cordati, spectabiles, serioſi, „religiositate pleni, ac ita bene im„buti, ut prudentiam serpentinam cum „columbina simplicitate optime scientes „adunare, impositio muneri omnino pa„res existant. Insuper in Polemicis ver„sati eorum ad minus, quæ ad inqui„sitionem hæreticæ pravitatis exigun„tur, satis experti; præsertim etiam a „Sede Apostolica, seu a Congregatione „de Propaganda Fide potestate Missio„narii Apostolici provisi, ac denique „patriotici idiomatis bene periti inve„niantur. Porro

VIII. „Ut iidem Missionarii subditis „nulla ratione obstricti, nec aliis one„rosi, consequenter apud omnes in eo „majori veneratione, ac respectu ha„bean-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„beantur, eleemosynam pro lectio
„Sacrorum nullam unquam recipien
„similiter ab omni collectura (quæ t
„men Collectoribus alias ibidem co
„suetis inviolata permaneat) intra pr
„fixos suæ Missionis fines abstinebu
„illis contenti, quæ per homines
„fectionatos irrequisite ex proprio mot
„& voluntate ad portam afferentur
„Quod tamen ad eorum locorum cur
„tos non extendendum casu, quo
„Missionariis, Sacra quædam legend
„relinquere, & propterea S. Eleemosy
„nam porrigere voluerint.„

IX. „Prohibetur iisdem Missionaris
„ne citra facultatem a Nobis expe
„tam (quam tamen nisi ex gravi co
„sideratione haud facile denegabimus)
„extra assignatum districtum quavis ex
„causa se conferant, vel absentent.
„E contrario,

X. „Liberum sit Nobis, ac nostris
„in Archiepiscopatu Successoribus qua
„vis vice alios cujuscumque Ordinis
„Missionarios Zellam, Taxenbacum, &
„in Rauris, & vicissim eosdem PP. Mi
„nores Ordinis S. Francisci ad alias
„Præfecturas, & Satrapias nostræ
„Archidiæcesis, verumtamen hoc, il
„ludve ad tempus solummodo, non vero
„in perpetuum, in causa Missionis de
„stinare, Quemadmodum etiam

IX.

IX. „In omnem eventum, quo su- Sæc. XVIII.
„per vero intellectu unius, alteriusve A. C. 1739.
„puncti, vel ordinationis ex præfatis
„quocumque tempore futuro dubietas,
„vel error exurgeret, eisdem judicia-
„lem interpretationem dare. Nobis,
„noſtrisque in Archiepiſcopatu Succeſ-
„ſoribus omnimodo reſervatum volu-
„mus.„

§. XV.

Novæ hæ Miſſiones, earumque ſtatuta a Clemente XII. Pontifice confirmata.

Poſtquam hæ Miſſiones, earumque leges, ac fundationes ab ipſo quoque Cathedrali Capitulo Salisburgenſi ſubſcriptæ ac confirmatæ fuerant, ipſemet Princeps Archiepiſcopus cuncta hanc in rem acta & concluſa Romam transmiſit, eaque ad majus robur auctoritate Apoſtolica firmari petiit. Piis hiſce votis Clemens Pontifex lubentiſſimo animo annuens, die duodecima Januarii hoc anno ad præfatum Archipræſulem ſequentes dedit literas harum Miſſionum confirmatorias:

„Paſtorum Princeps Jeſus Chriſtus,
„cujus ſuprema in Catholicæ Eccleſiæ
„procuratione vices per ineffabile di-
„vinæ providentiæ conſilium infirmitati

„No-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„Noſtræ demandatas plane immerenti
„Nos gerimus, ea Pontificium animu
„noſtrum in ovibus ſuo ſanguine re
„demptis, & per viam æternæ perd
„tionis pergentibus ad orthodoxu
„ovile reducendis ſollicitum cæleſti
„conſolationis copia, & lætitiæ magn
„tudine cumulare dignatus eſt, ut ga
„dio ſuperabundantes incredibili, ja
„*lemus Deo in voce exultationis.*

„Enim vero Vener. Fr. Leopold
„Archiepiſcopus Salisburgenſis pro e
„mia pietate ſua, ſingulari Orthodox
„religionis zelo, injuncto paſtorali
„Miniſterii munere cuſtodiens vigilia
„ſuper grege ſibi commiſſo ſumma cu
„nominis ſui laude, laboribus plurimis
„ac diſpendiis ex ſua, in qua comme
„rabantur, ampliſſima Diæceſi ejectis
„ac procul expulſis viginti duobus mil
„libus, & amplius Hæreticis, eorun
„dem Terras Catholicæ fidei Cultoribus
„habitandas attribuit.„

„Præterea veritus, ne temporis pro
„ceſſu perditiſſimis hominibus antiquas
„ſedes ſubleſte repetentibus, & ibidem
„nova execrandæ hæreſis ſemina oc
„culte ſpargentibus iterum illic peſti
„feræ ſegetis germina ſuboleſceret, ut
„aut nequitia elidatur, opportune nullis
„parcens induſtriis, & ſumptibus pro
„videre ſtuduit. Inter ceteras autem
„uti-

„utiliſſimas providentiæ ſuæ ad ſuſce- S. c. XVIII.
„ptum ſaluberrimum opus conficien- A. C. 1739.
„dum initas rationes illa in primis
„maximopere commendanda, quod ſex
„perpetuas miſſiones a religioſis viris ali-
„quot regularium Ordinum, & Inſtitu-
„torum intra præſcriptos (ne diſſidia
„ulla, aut confuſio unquam oriri poſ-
„ſint) limites ſub nonnullis abs ſe edi-
„tis Capitulis, regulis, & legibus om-
„nino peragendas fundaverit, inſtitue-
„ritque, ac neceſſariis redditibus, &
„emolumentis ditaverit. Quæ omnia
„Capitula, Regulæ, & Leges ſunt te-
„noris qui ſequitur videlicet &c.

His præmiſſis Pontifex cunctas has leges, prout eas mox adduximus, ad verbum ſuæ inſeruit Conſtitutioni, quam hunc in modum abſolvit: Præinſerta Capitula, Regulas, & Leges poſtquam „præfatus Leopoldus Archiepiſcopus „condidiſſet, & ad dilectos filios mo-
„dernos memoratorum Ordinum, &
„Inſtitutorum reſpective Superiores, ut
„admitterent, exciperent, & accepta
„haberent, propoſuiſſet, iidem moderni
„Superiores, ea, qua par erat, ani-
„morum conſenſione, & obedientia jam
„accepta, & rata habuerunt, ad nos
„etiam transmiſit, ſuppliciter rogans,
„ut ea approbare, & confirmare dignare-
„mur. Nos vero illa, ut quoad omnes

„par-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„partes prius accuratiſſime examina-
„rentur, ad Congregationem Ven. Fra-
„trum noſtrorum S. R. E. Cardinalium
„negotiis Propagandæ Fidei præpoſi-
„torum remiſimus.„

„Porro Congregatio prædicta tan-
„inſtitutione Miſſionum prædictarum
„quam Capitulis, Regulis, & Legibu-
„hujusmodi maturo examine perpen-
„ad nos retulit, æquum eſſe, ut pi-
„ejusdem Leopoldi Archiepiſcopi vot-
„& precibus obſecundantes, præfat-
„omnia tanquam proficua, & ſalutar-
„approbaremus, & Apoſtolicæ auc-
„ritatis noſtræ munimine roboraremus.

„Nos itaque eundem Leopoldum
„Archiepiſcopum ſpecialibus favoribus
„& gratiis proſequi volentes, & a qui-
„busvis excommunicationis, ſuſpenſio-
„nis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis
„ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure,
„vel ab homine quavis occaſione, vel
„cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet
„innodatus exiſtat, ad effectum præſen-
„tium duntaxat conſequendum harum
„ſerie abſolventes, & abſolutum fore
„cenſentes, ſupplicationibus ejus no-
„mine nobis ſuper hoc humiliter pro-
„rectis inclinati, de ejusdem Congre-
„gationis Cardinalium conſilio non ſo-
„lum Inſtitutionem Miſſionum ab ipſo
„Leopoldo Archiepiſcopo ſuſceptam,

„ſtatu-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſtatutamque, verum etiam præinſerta „Capitula, Regulas, & Leges, ac ſig„nanter omnes, & ſingulas aſſignatio„nes ab eodem Leopoldo Archiepiſcopo „pro Miſſionum hujusmodi manuten„tione factas, ut præfertur, & ab Archi„epiſcopis Salisburgenſibus Succeſſori„bus ſuis perpetuis futuris temporibus „omnino ſervandas auctoritate Apoſto„lica tenore præſentium, perpetuo ap„probamus, & confirmamus, illisque „inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur „adjicimus, omnesque, & ſingulos „juris, & facti, ac ſolemnitatum qua„rumcumque defectus, ſi qui deſuper „in illis quomodolibet intervenerint, „dicta auctoritate ſupplemus, & ſa„namus.„

„Inſuper Miſſionarios tam ab Leo„poldo Archiepiſcopo jam deſignatos, „& nominatos, quam ſive ab ipſo etiam, „ſive ſuis Succeſſoribus in poſterum juxta „Capitula, Regulas, & Leges præin„ſertas deſignandos, & nominandos „ſemper Apoſtolicos Miſſionarios dici, „vocari, & eſſe eadem auctoritate de„cernimus, & declaramus, eisdemque „Miſſionariis, ut omnibus, & ſingulis „privilegiis, honoribus, prærogativis, „& exemptionibus, quibus hujusmodi „Apoſtolici Miſſionarii tam de jure, uſu, „& conſuetudine, quam alias quomo„doli-

Sæc. XVIII A. C. 1739.

„dolibet utuntur, fruuntur, & gaudent
„ac uti, frui, & gaudere poſſunt, &
„poterunt in futurum, pari modo, uti
„frui, & gaudere libere, & licite po
„ſint, & valeant auctoritate prædicta
„concedimus, & indulgemus.„

„Volumus quoque, ut Miſſionar
„ſic, ut præmittitur, inſtituti, ac dein
„ceps in prædicta Diæceſi inſtituendi
„tam eidem Leopoldo moderno, quam
„pro tempore exiſtentibus Archiepiſco
„pis Salisburgenſibus regimini, & dire
„ctioni in iis, quæ ad exercitium Mi
„ſionis pertinent, ſubjacere, eisque
„omnino parere debeant, ac neceſſa
„rias facultates ad Miſſiones prædictas
„exercendas ab eisdem Archiepiſcopis
„juxta eis tributam, & deinceps tri
„gulis quinquenniis per organum me
„moratæ Congregationis Cardinalium
„removendam mediante formula ter
„tia præfatarum facultatum, auctori
„tatem in totum, vel in partem, ſicut
„eisdem Archiepiſcopis magis in Do
„mino expedire videbitur, recipiant,
„ſervata ſemper eorundem Archiepi
„ſcoporum tam circa facultates, quam
„circa loca, & tempus easdem exer
„cendi moderatione: nullo vero modo
„extra fines ſuæ reſpective Miſſionis us
„uti queant, ad quam donec, & quo
„usque pervenerint nulla prorſus

„exem-

„exemptione, & privilegio gaudere „possint.„ Sæc.XVIII. A.C. 1739.

„Hortamur demum paterne simul, „& efficaciter eosdem Archiepiscopos, „ne graventur quolibet quinquennio, „nempe cum renovari sibi prædictæ for„mulæ tertiæ facultatem postulabunt, „Nos, seu Romanum Pontificem pro „tempore existentem per organum ejus„dem Congregationis de fructu, & pro„gressu dictarum Missionum certio„rare, salva tamen semper in præmissis „auctoritate Congregationis eorundem „Cardinalium.„

§. XVI.

Gravis tumultus in S. Marini Republica concitatus.

Internum, quo Pontifex ob Archiepiscopi Salisburgensis Zelum superabundabat, solatium haud leviter interturbarunt molesti admodum eventus; quippe eidem nuntiatum erat, a Pontificio triremium Præfecto phaselo fuisse vectos Romam missos, qui re„tulerunt, quamprimum prætoria triremis propugnaculum S. Michaelis attigisset, ad transtra damnatos necnon remiges inter se conspirasse, & decrevisse, milites partim in mare projicere, partim armis exuere, ac demum tri-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

remem ad barbaras oras deducere: re exequendæ ſignaculum fore ſclopi e ploſionem condicta hora noctu facie dam: Divina autem providentia factu ut ſclopetum pulveris pyrii vitio e plodi non potuiſſet, ſeo autem co perto conjuratos exclamaſſe: *Flamm Flamma*! quin tamen hæc vox omnibus pro claſſico habita fuiſſe ad hunc rumorem autem Buſſium chitalaſſum tempeſtive accurriſſe, quid rei ſubeſſet, ſuſpicatum parti minis, partim adhibita vi periculoſa hanc conjurationem diſſipaſſe, ac fi ſiſſe, ut captivi & coriphæi ad Urbe veterem deportati, promerito ſupplic mulctarentur, demum, facta ulterio inquiſitione varium armorum appar tum a conjuratis congeſtum in trirem fuiſſe repertum &c. Hoc nuntio pe culſus Pontifex pro periculo feliciter e luctato Deo Soſpitatori immenſas re pendit grates.

Vix autem a terrore reſpiraverat, cum nova majoris tumultus pericula imminerent. Res ita contigit: Flore aliquamdiu ſuo ambitu exigua quidem civium tamen concordia fortis Respu blica Santmarina intra fines Pontificiæ ditionis & Ducatus Etruriæ ſita: Re gebatur propriis ſuis legibus, tam am plis quoque dotata privilegiis ac liber-

tati-

tatibus, ut Venetorum Rempublicam, dilectissimam suam Sororem appellare non dubitaret. Attamen jam per aliquot annos Senatum inter & populum graves exortæ fuerunt discordiæ, omnisque compositæ societatis ordinisque nexus intercisus fuit; Optimates in cives intoleranda arrogantia inhumani, & cives Senatus imperio rebelles; unde pro consilio temeritas, pro fidelitate morum ac concordiæ dissolutio, pro mutuis inter se officiis animorum mæror, odium, seditiosa, verbosaque jurgia & continuæ rixæ ac altercationes: omnia demum sus deque miscebantur: In hoc perturbato rerum statu populus motu proprio Romani Pontificis opem implorabat, eoquod penes hunc summi imperii tunc jus esset. Eo igitur fine populi Primores ad Cardinalem Alberonium, qui finitimam Æmiliæ Provinciam Legatus administrabat, supplices adeunt, & per eum suis calamitatibus finem imponi efflagitant. Hic vero, cum jam dudum hanc Urbem Apostolicæ Sedi pleno jure subjicere tentasset, de oblata occasione lætus, datis ad Papam literis exponit, San-Marinos a Senatu acriter vexari, paucorumque factione ad incitas redigi, proin se eorum nomine supplicare, ut Pontifex his afflictis prompte & efficaciter succur-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

rere vellet, in mora esse periculum nec spem pristinæ unionis superesse, ni tota Respublica Pontificiæ ditioni potestati subjiceretur. Acceptis h literis Clemens Alberonio respon quod si San-Marini ultro sese subjic vellent, ac in hoc proposito perma viderentur, ipse eorum finibus ade & quotiescunque potior, saniorque puli pars Pontificis auctoritatem poscceret, tunc annuente Senatu Urb possessionem caperet, non autem inv vim adhiberet; quo enim plus quis p set, hunc eo moderatius imperio obstrictum esse: præprimis igitur utri que partis caussam cognosceret, & qu æquum justumque foret, compone satageret. Verum hæc Pontificis m deratio Cardinali Alberonio adeo n probabatur, ut pro more suo Mart spiritibus fervens, die decima septim Octobris Serravallem contenderet, i suasque partes loci illius Parochum pe traheret, qui sub obtentu, hunc Cardin lem esse eorum Episcopum, incolas co vocavit, Alberonius vero nomine Pont ficis arcem per suos occupavit, iterq suum ad proximum pagum prosecut est; cum autem ibi quidam rustici Ec clesiæ campanas compulsarent, Giangi Centurio cognita hac violentia, urbis Sant-Marinæ portas claudi jussit, quas

tamen

tamen alter Centurio, nomine Angelius partim indignationis, partim tumultus metu aperiri voluit: Urbem igitur Cardinalis nullo milite ſtipatus ingreditur, populo feſtive acclamante: *Vivat Pontifex!* Saravallenſem quippe arcem a Cardinale fuiſſe occupatam, nondum eis innotuerat, omnesque credebant, eum nonniſi pro Loliorum libertate deprecatum adveniſſe: Paulopoſt Optimates Cardinalem per ſuos Deputatos honorifice ſalutatum accurrunt, & quo officii genere eidem deſervire poſſent, interrogant, quibus reſpondit Alberonius, ſe brevi ſua eis conſilia manifeſtaturum. Tum vero Optimates, neſcio quid funeſti ex inopinato Cardinalis adventu ac reſponſo ſibi præſagire cæperant, magisque eorum timor augebatur, cum Almerigium olim Commiſſarium, quem Senatus velut patriæ proditorem exulare juſſerat, rediiſſe, necnon plures alios rebelles armis præcinctos in Cardinalis Palatio conveniſſe intelligerent: ne ergo inermes ac imparati obruerentur, tam in arcibus, quam in aliis locis milites ſtationarios de improviſæ irruptionis periculo, miſſis ubique nuntiis admonuerunt: Nihilominus horum ſolertiam prævenerat ſagacitas Alberonii, qui jamjam Ariminenſi, Vernechienſi, Monteſcudolano,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

aliarumque urbium Præfectis mandat dederat, ut cum militibus suis ac sbiri ad Sant-Marinorum Rempublicam ac currerent, ad Cardinalis Legati nutum in Urbem penetraturi. Vicissim civ & cuncti, quotquot contrahere po erant, milites tota nocte in armis ex cubabant: ast eadem hac nocte factio illos, qui ad Ripæ portam vigilias ag bant, hostiliter invadunt, repellunt, po tamque aperiunt; ergo mox trecen milites Pontificii & totidem sbiri Ur bem invadunt, & ni subito claves a Urbis portas & arcem *della Rocca* trad rent, Urbis incendium, totiusque Re publicæ vastitatem minitantur. Su afflictis, turbatisque rebus Senatore omni ope & consilio destituti nil re quum habuere, nisi ut ipsemet Guber nator (ita enim præceperat Alberoni comitantibus eum civium Primoribu Cardinali Legato claves porrigeret palam tamen declarans, id nonni per vim metumque fieri: Cardinalis nihilominus sigilla, clavesque ad Ar chivium, & ad commune ærarium fid tradi petiit, & die vigesima quinta Octobris arcem della Rocca a suis mi litibus occupari jussit. Eadem adhuc die principes Magistratus ad Cathedra lem Ecclesiam convocavit, præcepit que, ut solemni sacramento se obstringe rent,

rent, semper se in fide permansuros, neque unquam Romanum Pontificem deserturos. Hoc idem multi metu adacti jurant, alii recusant, nonnulli re nova perterriti, ac pejora veriti, Urbe dilabuntur, quos inter præcipui erant militiæ Præfectus, Leonardelli Fratres, Gozius, Onofrius, Bagnius, Benius, Martellius, Calbinus, aliique Reipublicæ Optimates: Hos omnes tamen, ut mox redirent, interminata capitali pœna, & bonorum confiscatione, Alberonius jussit, Maccionium vero, & Ludovicum Beluecium aliosque custodiæ dari, & Leonardelliorum ædes expilari præcepit. Saravallenses vero se a proprio suo Parocho delusos fuisse querebantur, & contra Pontificem arma parabant, cum vero vim adhiberi cernerent, sese Cardinalis arbitrio reliquere; soli autem Fiorentini castri incolæ ultro summi Pontificis imperium agnoverunt, ceteri autem omnes pagi Alberonio declararunt, se quidem cedere, utpote resistendo impares, si tamen Pontifex eos vi subigere decrevisset, se declarare, hanc eorum subjectionem duntaxat vi extortam esse: e contrario autem Montegiardini & Faetani cives immotam Reipublicæ fidem pollicebantur, vi tamen admota sese cum ceteris subjicere coacti sunt:

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

omnibus enim locis facta erat irruptio multæ domus ex integro deprædatæ & civium nonnulli Ravennam in carceres abstracti, militiæ Præfecti & Magistratus exauctorati, atque in eorum locum subrogati Angelius, Alphonsus Giangius, ac Julianus Malpelus, & demum Benjamin Lolius in arcis Gubernatorem renuntiatus. Insuper Cardinalis nomine Pontificis edictum promulgari jussit, vi cujus cunctis arma gestare vetitum, cumque rumor sparsisset, Etruriæ Administros validum agmen in Reipublicæ opem Carpegnam versus emisisse, Alberonius Marinensi & Ravennatensi Præfectis in mandatis dedit, ut conscriptis militum supplementis rupta omni mora accurrerent.

§. XVII.

Respublica per summum Pontificem suæ libertati restituta.

Ceterum omnibus persuasissimum fuit, cuncta hæc inscio ac invito Clemente Papa fuisse attentata, totiusque tumultus auctores, fautoresque extitisse præcipue Almarighium, Lolium, Penam, Ariminensem Episcopum, Angelium, aliosque factiosæ plebi adhærentes. Graviora insuper mala ex violenta hac Reipublicæ oppressione timebantur,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

bantur, vel maxime ideo, quod Carolus VI. Imperator ſupremum in eam jus obtenderet: eapropter non modo a Senatu, ſed & pluribus aliis probatæ fidei Viris graviſſimæ ad Papam deferebantur querelæ, quibus auditis Clemens ex facinoris indignitate acerbiſſimum animi dolorem ſuſcepit, vehementiſſime in Cardinalem Alberonium excandeſcens, quod contra apertam Pontificis mentem & mandatum armatam vim adhibuiſſet: Inter primas igitur curas repoſuit Pontifex, ut reſtituta civium concordia, omnia in priſtinum ſtatum redigerentur: Eo fine plures habuit Patrum conventus, in quibus de opportunis remediis deliberatum: Præ ceteris placuit, Lantium Urbini Præſidem eo decernere, ut ſeditionis flammas adhuc ſub cineribus latentes penitus extinguere ſatageret: præterea Pontifex illuc delegavit Henricum Henriquez Peruſiæ Gubernatorem, Virum ſane Majoribus ſuis digniſſimum ob ſpectatam ſuam multis, magnisque in rebus fidem, prudentiam, atque integritatem. Huic in mandatis datum, ut militibus, & Sbirris &c. urbe ejectis, exploraret, utrum communi aut ſaltem potiſſimorum conſenſu vel priſtinam Reipublicæ libertatem conſervare, vel ultro ſeſe Sedis Apo-

Sæc XVIII. A. C. 1739.

stolicæ imperio subjicere vellent? t primum eligerent, Apostolicus hic Com missarius mox eorum jura, privilegia libertatesque confirmaret, summaque ope in id incumberet, ut alienati inter se plebis & Nobilium animi ad sinceram firmamque concordiam revocarentur. Si vero ultro subjectionem offerrent, Respublica solemni juramento fidelitatis homagium Pontificis nomine, Commissario præstaret. His mandatis instructus Henriquez Marinum venit, ac primo Senatum, qui ex sexaginta Patribus, nuper ab Alberonio exauctoratis constabat, convocavit, eisque paucis, gravibus tamen verbis proposuit, sua darent suffragia vel pro libertate, vel pro subjectione erga Sacram Sedem, cui per juramentum fidem suam obstringerent. Postea idem Papæ Delegatus cunctos Pagorum, qui Reipublicæ parent, Primores Sant-Marinum venire jussit, eisque eadem proposuit: cum ergo (exceptis duntaxat novem) plusquam quadringenti, qui Reipublicæ ac ceterorum pagorum nomine aderant, unaomnes de conservanda libertate sua sacramentum dicerent, Henricus cognita cujusque Ordinis voluntate Gubernatorem, militiæ Præfectum, & Prætorem ab Alberonio constitutos exauctoravit, eosque Marino excedere jussit,

ac

ac demum illorum loco Reipublicæ Capitaneos seu alternantes Prætores, ceterosque omnes Officiales pristinis suis dignitatibus & muniis restituit, denique veterem Reipublicæ libertatem & legitima ejus privilegia publice confirmavit. His sine omni tumultu peractis totam rei gestæ seriem ad Pontificem rescripsit. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Interim hujus Reipublicæ Viri Nobiliores Romæ apud summum Pontificem hanc causam fervide agebant, & oppressam patriæ suæ libertatem firmiter corrobari enixe petebant; pariter hanc in rem supremum Aulæ Pontificiæ Præfectum Popularem suum supplices adibant, qui tamen, ne suam patriæque causam agere crederetur, totum hoc negotium ad Lorensinium Advocatum a Papa in hac causa constitutum remisit, coram quo hi Nobiles palam declarabant, se nil ardentius cupere, quam pristinam Reipublicæ libertatem restitui, omniumque horum tumultuum causam esse duntaxat quosdam rebelles, qui Alberonium Cardinalem armata manu in has terras evocassent:

Hæc dum Romæ via juris agebantur, Cardinalis Firau Status Pontificii Secretarius die decima quarta Novembris Roma ad Alberoni literas hoc dedit responsum:

Ad

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Ad ultimas Eminentiæ veſtræ ad „me die ſeptima hujus datas reſponden „Pontificis animum ſummo mærore præ „cipue ideo affligi, eoquod in nota cauſſa „ejus mentem & conſilium penitus fuiſſe „neglectum percepiſſet: Sanctitas ſua „unice voluit ac juſſit, ut Eminentia „veſtra non prius Marini terras adiret, „quam potiſſima & ſanior incolarum „pars ultro Ravennam veniſſet, & co„ram ſua Eminentia non modo ſuæ au„ctoritatis opem imploraſſet, ſed etiam „ſcriptotenus ac ſponte petiiſſet, ut „tanquam immediati Sedis Apoſtolicæ „ſubditi reciperentur. Huic autem „mandato nulla ex parte obtemperatum „fuiſſe, imo a Sanctitatis ſuæ voluntate „penitus aliena fuiſſe attentata: Emi„nentiam quippe veſtram, priusquam „vel unicus ex his incolis ejus auctori„tatem præſcripto modo imploraſſet, „in Sant-Marinam ditionem irrupiſſe, „& poſtea quod quatuor miſerabiles „Seravallenſis terræ homunciones e„dixere, pro potiſſima & ſaniore Ma„rinenſis Reipublicæ parte fuiſſe jacti„tatum, quinimo ipſa urbe occupata „inter poſtremas curas rejectum, an „potiſſima Senatus pars, quæ ubique „totam Communitatem repræſentat, „ultro & libere ſeſe Sacræ Sedis impe„rio ſubjicere depoſceret, ſed potius tre„cen-

„centos milites, militares Architectos, Sæc. XVIII.
„omnesque Sbiros fuisse convocatos, A. C. 1739.
„horumque ope & minis incolas ad præ-
„standum fidei juramentum fuisse com-
„pulsos.„

„Jam prudentum & a partium stu-
„dio alienorum judicio relinquimus,
„an id pro libero, & ultroneo hujus
„Reipublicæ actu sit habendum, præ-
„cipue cum accesserint plurium incar-
„cerationes, ædium deprædationes, pu-
„blicæ protestationes, necnon fuga plu-
„rium civium, qui libentius patriam re-
„linuere, quam violento hoc jura-
„mento illam prodere voluerunt: His
„tamen omnibus insuperhabitis Emi-
„nentia vestra miratur, quod amantis-
„simi, æquissimi ac longe moderatis-
„simi Pontificis animum hæc omnia
„afflixisse scribatur: Ergo Beatissimus
„Pater non exoptet, ut omnia ad pri-
„stinum debitumque statum reducantur,
„& quidem eo modo, quem æquitas,
„prudentia, fidelitas, & Sacræ Sedis
„honor a tanto Pontifice deposcit? Non,
„Non, Sanctitas sua hac agendi ratione
„non mutat pristinam suam sententiam,
„nec diversa adoptat principia; nun-
„quam enim hac in re aliud intendit,
„quam Sant-Marinum in suum recipere
„patrocinium, & id duntaxat in casu,
„quo incolæ ultro & libere se subjicere

„vel-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„vellent, nulla autem vis metusque „adhiberetur: Cum ergo Sanctitas sua „rem præpostere gestam fuisse experta „sit, firmiter statuit, quietem & pra„fatæ Reipublicæ commodum modo „quo opportunius, faciliusque fieri pot„erit, omni studio procurare. Hæc „studiose ac fusius exponere volui, ut „Eminentia vestra pia & vera Sanctis„tatis suæ consilia eo melius assequi, „ac penetrare valeat: de cetero &c.

Evolutis aliquot diebus ipsemet Cardinalis Alberonius Romam venit, qui obtenta alloquii copia suam agendi rationem coram Papa vindicare nitebatur, vehementibus tamen verbis ab eo reprehensus, quod mandati limites transgressus Sedis Apostolicæ auctoritatem & Pontificis honorem in tam manifestum discrimen adduxisset: culpam suam equidem obtento ampliandi imperii Pontificii studio purgare nitebatur; attamen dum iratum Papam his placare non posset, Corsinium Cardinalem ejus Nepotem adiit, eique plurimas proposuit rationes, quibus captam Marini possessionem velut rem bene gestam, proficuam, imo & necessariam jactitare conatus est: quinimo sui attentati æquitatem tanta verborum ubertate, ac ingeniose excogitatis rationibus ostentare noverat, ut ex Cardinalibus, aliisque

que Papæ Administris nonnullos, quantumvis antea renitentes, in suam sententiam rapere videretur: Ex his etiam Lanfredinius Cardinalis duo scripta vulgavit, in quorum primo comprobare nitebatur, res semel a quodam Cardinale Legato gestas revocari haud posse, in altero demonstratum ibat, quod ad componenda Marinorum dissidia habiles ac idonei Viri, ac demum Visitator Apostolicus ad Rempublicam decernendus esset. Ipse etiam Alberonius acerbissimum illud scriptum, quod Marinorum Respublica in suæ causſæ libertatisque defensionem publici juris fecerat, confutare nitebatur. Hæc tamen omnia ab æquissimo Pontifice tantum impetrare haud poterant, ut vel latum unguem a concepta æquitatis sententia recederet: Eodem igitur adhuc anno omnia ab Alberonio sancita & mutata fuere revocata, & perturbatus Reipublicæ status summa felicitate & maximo incolarum applausu compositus est. Alberonius e contrario non modo Pontificis indignationem sibi accersivit, sed etiam apud suos quoque Populares sese adeo exosum reddidit, ut ex Cæsaris jussu ei significatum, quod honori suo plurimum consuleret, si haud amplius Placentiam veniret.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XVIII.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

§. XVIII.

Controversia circa Jejunium primo in Galliis excitata & tum in Italiam propagata.

Jam priori sæculo in Galliis controversia circa jejunium erat excitata, quæ tamen hoc anno currentis sæculi non sine magna animorum concitatione in Italia revixit. Occasionem huic dissidio olim dedit Parisinæ Urbis obsidio, quæ anno Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono contigit; cum enim cibaria & præcipue esuriales cibi in Civitatem tuto inferri non possent, tanta eorum erat inopia, ut Parisiensis Archiepiscopus carnibus vesci tempore Quadragesimæ diebus Dominicis, Lunæ, Martis & Jovis indulgeret: Inde vero inter Theologos exortum est dubium, an Antistes dispensando in abstinentia carnium, eo ipso in jejunio quadragesimali seu abstinentia a secunda refectione dispensasse censeatur. Diversa diversorum hac in re erat Doctorum opinio, acriterque in utramque partem disceptatum est, quibusdam sublatæ legi faventibus, eoquod abstinentia a secunda refectione pars esset essentialis perfecti jejunii, aliis vero per hanc dispensationem quadragesimalis jejunii præceptum mi-

minime solutum affirmantibus, eoquod diversum ac separabile onus esset, proin cum jejunium ad frænandam carnis concupiscentiam esset institutum, dispensatus in una legis parte, non sit dispensatus in altera, quam salva legis ratione & sine gravi sanitatis discrimine servare potest: Enimvero jam anno prioris sæculi quinquagesimo septimo Alexander VII. cives Romanos a carnium abstinentia in quadragesima absolverat, declaravit tamen eos ad jejunandum obstringi; hacque de materia Anno 1702. Cardinalis Noaillius Parisiensis Archiepiscopus Pastoralem edidit instructionem, & Clementis XI. jussu Anno 1703. Caspar Cardinalis Carpegna Papæ Vicarius soluta lege circa esum carnium injunxit fidelibus abstinentiam a secunda refectione. Nihilominus hæc eadem quæstio circa annum hujus sæculi trigesimum sextum in Italia recruduit: Ansam præbuit Fidentius Episcopus vulgo *di Borgo S. Donnino* dictus, qui edictum promulgavit, quo cautum, ne ob ciborum esurialium fastidium in abstinentia a carnibus dispensati, se pariter a jejunii lege unicam commestionem præscribente exemptos esse existiment. Durus nimium hic sermo, ac de rigorismo suspecta mollioribus videbatur sanior

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

hæc ac verior doctissimi & optimi hu-
jus Præsulis jussio: quapropter clanco-
lum principio, & secretæ ad aures plu-
rimorum fiebant mussitationes, mox
valentius ad criminationem, publicam-
que querimoniam res excessit, & tan-
dem Episcopus, ejusque mandatum
palam irrideri cæptum, improbari &
passim contemni. Nec deerant benig-
nioris sententiæ Patroni, qui suos Pœ-
nitentes ad confessionis tribunal re-
culpæ metu, vel conscientiæ stimu-
accedentes a jejunio adulatoria, a
damnanda prorsus benignitate exime-
rent: E contrario alii sanioris doctrinæ
ac disciplinæ studiosi, & supparisani
artem minime edocti oppositam senten-
tiam multis, solidisque rationibus fir-
mare non dubitabant, atque ex his
præcipue Alexander Mantegatius Pres-
byter Placentinus *de jejunio cum esu car-
nium conjungendo* Placentiæ Anno 1730.
doctissimam edidit dissertationem, in
qua Donninensis Episcopi edictum om-
nino æquissimum & theologiæ princi-
piis prorsus congruum esse ostendit.
Ast hac ipsa ejus dissertatione incen-
luerunt contradicentium studia; quippe
hoc anno Petrus Copellotus, & Bar-
tholomæus Casalius, quorum prior se
itidem Placentinum Presbyterum, alter
Archipresbyterum dicunt, edita Dia-

tribæ,

triba, & biennio post alia Dissertatione Theologico-morali sententiam Episcopi & Mantegatii impugnarunt, sunt tamen, qui ambos hos Auctores nonnisi suum commodasse nomen, Herculem vero Montium Jesuitam operam locasse, haud temere credunt. Quiscunque autem harum scriptionum Auctor fuerit, id certissimum est, quod idem Mantegattius eodem hoc anno Placentiæ ementiti hujus Copelloti diatriben leviſſimo brachio confutarit, viciſſim vero Benedictus Maria Brignole Jesuita laxiorem Copelloti opinionem tuebatur, quem tamen Antonius Carbonora rursus impugnavit: Inde vero acrius inter Theologos literarium exarsit bellum; cum enim Copellotus, vel quiscunque Auctor fuerit, suam Dissertationem Theologico-Moralem an. 1739. Venetias eo fine miserat, ut in Recutii Typographia prælo committeretur: Accidit ut P. Daniel Concina celeberrimus Ordinis Prædicatorum Theologus, laxiorum opinionum hostis in hoc idem autographum incideret, cum ergo illud utpote sibi jam ex manu suspectum, curiosius evolveret, Typographum primo dehortatus est, ne hoc scriptum suis literis excudi permitteret, eoquod in illo sententia contra jejunii leges, & praxin a multis Pontificibus & Episcopis præ-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

ceptam propugnaretur: prævaluit tamen lucri ſpes, & Auctoris importunitas; quamvis ergo Concina nihil proficeret, a Typographo tamen precibus tantum obtinuit, ut ex autographo illorum, quos Auctor ad tuendam ſuam opinionem allegaverat, Theologorum verba & teſtimonia deſcribendi copiam nanciſceretur: Poſtquam igitur fundamenta, quibus exiſtimati Copelloti diſſertatio Theologico-Moralis innixa proxime publicis typis proditura eſſet, ſibi apprime cognita habebat, mox illam confutare aggreſſus eſt, opusque intra viginti quinque dierum ſpatium abſolvit, & non ita multo poſt editam diſſertationem præfatam illud Venetiis hoc anno vulgavit ſub hoc titulo: *Quadrageſimæ appellatio a foro contentioſo quorundam recentiorum Caſuiſtarum ad tribunal ſanæ rationis & bonæ fidei populi Chriſtiani quoad præceptum conjungendi jejunium cum carnium uſu ob ſolum ciborum eſurialium nocumentum permiſſo.* Hoc in opere Pater Concina ſacri jejunii leges ſolidiſſime vindicavit, eosque, quibus ob juſtam cauſſam uſus carnium permittitur & qui a quadrageſimalium ciborum uſu tempore jejunii eximuntur, nihilominus ad alteram jejunii partem, qua præſcribitur nonniſi unica comeſtio, obſtringi comprobavit. Quam acres

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

acres autem & indigni tumultus contra P. Concinæ doctrinam fuerint concitati, non meo, sed celebrioris Historici calamo descriptos exhibeo: *Verum*, scribit ille, *opus, quod solus Ecclesiasticarum legum amor pepererat, multos ipsi adversarios, eosque rabidissimos comparavit, qui eum quiescere non siverunt etiam post fata, quando livor extingui dicitur. Cum primum prodiit Concinianus liber, ut multis laudibus a sanioris doctrinæ adsciis exceptus est; sic fuit susurrationibus ac querelis primum ab iis improbatus, qui ea, quæ carni & sanguini placent, confovebant. Facinus indignum admisisse Concinam ajebant, ceu qui tot sapientissimos Doctores (ita Casuistas appellabant) ludibrio habuisset. Quæ vox atque querela cæteris quidem ad insignem Concinæ invidiam conflandam aptior videbatur; nam ex hoc mendacio falsas ac ridiculas plures consecutiones deducebant, quas pudet referre. Neque vel ipsi operis inscriptioni pepercerunt; quasi Auctor Theologicam quæstionem, alioquin perviam, ad Christianorum sensum, judiciumque deferendo, eorum in Italia confirmare opinionem, atque augere numerum voluisset, qui a Pontificia Constitutione Clementis XI. quæ incipit* Unigenitus *ad futurum Concilium appellarunt, atque tumultus, motusque civerunt. Quamquam vero hæc aliaque satis multa magno*

Supp. Nat. Alex. p. 289.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

verborum apparatu homines jactarent præ- ceptis eruditi ex ara Epicuri depromptis hauſtisque, ac propterea brevi in nihilum abitura liceret conjicere, e re tamen ſua eſſe duxit Concina tantis clamoribus occur- rere, eosque diſſipare in ſecunda Operis e- ditione, quæ eodem anno curata eſt. Dum hac ratione jurgiis ſe obviam iviſſe Concina crediderat, ferociſſima ſcriptio in vulgus edita eſt, qua ea recruduerunt, quæ ſopita non immerito Concina arbitrabatur. Nempe Anno 1740. P. Hercules Montius Mutinenſis in Parmenſibus Jeſuitarum ſcholis Theologiæ Profeſſor præferocis ingenii Quadrageſimæ Appellantis impugnationem aggreſſus eſt, Copelloti & Caſalii re- dita Apologia, in qua iræ atque furoris laxatis habenis omnia genera convicioruin in adverſarium evomuit.

Ita per plures annos circa jejunii obſervantiam calamis certatum eſt, penes quos tamen veritas, ſana doctrina, ac inde profluens victoria ſteterit, mox anno ſequenti decidit doctiſſimus Pontifex Benedictus XIV. contra Concinæ oppugnatores ac laxioris opinionis Patronos, *qui humanis* (verbis ſunt ejusdem Pontificis) *& hominibus a Chriſtiana pœnitentia abhorrentibus duntaxat dignas illationes* fovent, *opinionum novitate gaudent, & nimis ingenio ſuo fidunt*, jejunii præceptum auctoritate Apoſtolica vin-

Conſt. 27. 99.

vindicavit. Quamprimum enim ei innotuit, laxioris hujus ſententiæ uſum apud nonnullos invaluiſſe, mox acerrimus hic ſanioris doctrinæ vindex, cultorque eximius controverſiam Concinæ motam ad ſerium examen vocare conſtituit: Hanc ergo in rem doctiſſimos longe Viros ſelegit, quibuscum ſumma ſolertia utriusque partis ſententiam diſcuti, & ad ſanioris Theologiæ limam probari curavit, ac re maturius ponderata, Concinæ aliorumque ei faventium doctrinam omnino probare, oppoſitam vero velut diſciplinæ relaxationem profligare decrevit. Eo fine die trigeſima Maij, & die vigeſima ſecunda Auguſti miſſa ad Eccleſiarum Antiſtites encyclica definivit, *unicam comeſtionem* in diebus jejunii ab omnibus eſſe *ſervandam, etiam ab iis*, quibus ob peculiares juſtasque cauſſas, v g. ob nauſeam & faſtidium ciborum eſurialium eſus carnium permiſſus eſt. Eandem hanc doctrinam idem Pontifex alia Conſtitutione Apoſtolica die octava Julii Anno 1744. confirmavit. Nec in hoc Benedictus Papa a ſuorum Prædeceſſorum veſtigiis receſſit, quippe Graveſonio teſte, uti mox annotavimus, jam Anno 1657. Alexander VII. Romæ edictum promulgavit, quo ob peſtilentiam in Urbe graſſantem civibus Roma-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

nis tempore quadrageſimæ diebus Dominicis, lunæ, Martis & Jovis eſcarnium indulſit, ea tamen lege, ut excepta die Dominica, in reliquis hebdomadæ diebus jejunium ſervare teneantur. Eandem quoque legis gratiam præfatus Pontifex Anno 1053 tempore jejunii verni fecit totius Mediolanenſis Ducatus incolis, diſertis tamen verbis hanc addidit clauſulam *citra tamen exemptionem a jejunio.* Eandem clauſulam, nempe jejunii legem etiam ab iis eſſe ſervandam, quibus juſta de cauſſa carnibus veſci conceſſum, Vicarius Pontificius Romæ Anno 1703. edicto quadrageſimali inſeruit. cum autem hæc rurſus quibusdam mollioris diſciplinæ ſtudioſis diſpliceret, Clemens XI. Papa eorum querelas & rationes ad examen vocari juſſit, & perpenſis utrinque rationum momentis tandem ad marginem edicti, quod Romæ pro quadrageſimalis obſervantiæ norma anno ſequenti vulgandum erat, hanc eandem clauſulam propria manu adſcripſit, hæcque verba edicto inſeri juſſit: *Obſervetur jejunium, cujus legem tiam ii, qui ob cibos quadrageſimales ſibi nocivos carnibus ſalubribus veſcuntur, obſtricti ſunt.*

§. XIX

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

§. XIX.

Instructio Pastoralis Episcopi Posnanensis pro suo Clero & populo.

Postquam Theodorus Comes de Czartoryski antea Ploccensis Episcopus ad Posnaniensem Ecclesiam, ut supra meminimus, evectus erat, suum restaurandæ disciplinæ Zelum præclaro specimine hoc anno priusquam suam Diæcesin adiret, comprobavit; incitatus enim suorum Prædecessorum præcipue Tarli & Hosii exemplo, cum temporis iniquitas Synodum convocare non permitteret, Pastoralem confecit Instructionem, eamque Varsoviæ typis Serenissimæ Regiæ Majestatis & Reipublicæ publici juris fecit: sub hoc titulo: *Epistola Pastoralis celsissimi Principis ac Domini Domini Theodori Ducis in Klewan & Zukow Czartoryski Episcopi Posnanensis ad universum Clerum & populum ejusdem Diœcesis.* Hujus synopsin adducere haud inutile erit. Complectitur hæc epistola, in qua nihil, quod *longa deliberatione captoque prudentum consilio non sit mature discussum atque digestum contineri*, testatur Episcopus, triginta & unum articulos, in quorum primo *de Parochis per Archidiaconos visitandis*

Sæc. XVIII. A. C. 1739

Episcopus præcepit, ut ejusmodi visitatio nono post publicatam hanc instructionem Mense fieret, & de peracta ad Eundem referretur: In secundo articulo agitur de officio & potestate Decanorum, quibus injunctum, ut intra bimestre omnes sui Decanatus Ecclesias visitarent, in earum temporalem & spiritualem statum inquirerent, & unum desuper confectum exemplar in cujuslibet Ecclesiæ archivo relinquerent, alterum ad Episcopum transmitterent. Agebatur insuper in hoc articulo de *Congregationibus Decanalibus*, quarum formam & Ordinem Episcopus his decem capitibus absolvit. I. „Decanus „quilibet diem & locum eligat, qui „sibi pro habenda sui Decanatus Con„gregatione in Octobri proxime futuro „commodior videbitur, Literasque cir„culares, in quibus hujusmodi dies & „locus præfigatur ad viciniorem Paro„chum, hic ad alterum, & ita dein„ceps usque ad ultimum, mature trans„mittat. „

II. „His Congregationibus adesse „teneantur omnes Parochi eorumque „Vicarii, Scholarum etiam Rectores „& Cantores. Quodsi aliquis eorum „absentiæ caussam habuerit legitimam, „nisi ea omnibus nota sit, per literas „aut nuntium hujusmodi caussam ex„po-

„ponat: alioquin puniatur mulcta pe- Sæc. XVIII.
„cuniaria pro culpa cujusque ſtatuenda, A. C. 1739.
„atque per Officiales Noſtros irremiſ-
„ſibiliter exigenda, & Hoſpitali aut Ec-
„cleſiæ loci, in quo Congregatio ce-
„lebrabitur, applicanda, agente pro ea
„Decano, expenſis ex eadem mulcta
„deducendis.„

III. „Qui Congregationi adeſſe de-
„bent, aut pridie, aut hora ſeptima die
„præfixo matutina, ad locum aſſigna-
„tum adveniant; cantataque Miſſa de
„Spiritu ſancto, aut de officio diei (ſi
„nimirum Votivam eo die celebrari
„Rubricæ non permittant) Decanus
„brevi & nitido ſermone cauſſas, &
„fructus hujusmodi convocationis ex-
„plicet.„

IV. „Unus e Sacerdotibus congre-
„gatis, a Decano deputetur in Secre-
„tarium Congregationis, qui acta hu-
„jusmodi Conventus connotet, & cum
„ipſo Decano alteroque ſacerdote ei
„bene viſo ſubſcribat, ad Nos Officia-
„lemve noſtrum transmittenda.„

V. „Epiſtolam hanc Paſtoralem di-
„ſtincta voce per unum e Congregatis
„ſacerdotibus Decanus legi coram om-
„nibus faciat. In hac tamen lectione
„omitti poterunt articuli, qui Regula-
„res & Moniales concernunt, ſi ſcilicet
„illi, vel iſtæ intra fines Decanatus non
„re-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„reperiantur. Post perlectum quem„libet hujusce Epistolæ articulum, pacis„fiat: ut singuli, si quid circa illius ar„ticuli materiam proponendum habue„rint, proponant: resque statim a De„cano & aliis Congregatis decidatur„vel ad Nos Officialesve nostros remi„tatur, & in actis per Secretarium no„tetur, priusquam ad alios articulos„legendos procedatur.„

VI. „Finita Epistolæ lectione con„gregati, si quos casus explicatu diffi„ciliores habuerint, singillatim propo„nant, initoque cum Decano & aliis„consilio, quod optimum & magis e re„videbitur, statuatur, & decidatur, &„in actis describatur, vel si majori in„dagine egeat, ad Nos, aut Officiales„Nostros deferenda in actis similiter„adnotetur.„

VII. „Decanus si quid præterea mo„nendum habuerit, aut si aliquis e Con„gregatis correctione indigeat: moneat,„corrigat & instruat in Spiritu lenita„tis, vel si id pravitas excessuum postu„let, aut si corrigendus contumax fue„rit, ad Nos, sive Vicarium Nostrum„Cardinalem deferat, & in acta Con„gregationis referri curet.„

VIII. Nemo inter consulendum im„modestis vocibus perstrepere, vanisve,„aut obstinatis disceptationibus con„ten-

„tendere audeat: sed omnia sedate, Sæc. XVIII.
„prudenter, brevibusque quantum fieri A. C. 1739.
„poterit verbis, tractentur, & peragan-
„tur.

IX. „Acta hujusmodi conventuum, „in libro per Decanum comparando, „conscribenda? penes ipsum Decanum, „aut sita judicaverit, penes Congrega-„tionis Decanalis Secretarium, rema-„neant. „

X. „Denique indicto per Decanum „alterius Congregationis post semestre „circiter habendæ loco & die, sumpta-„que sobria & frugali refectione, ad „propria discedatur. „

THEODORUS
Episcopus Posnanienſis.

In articulo III. *de consultationibus super casibus conscientiæ* Episcopus mandavit, ut ejusmodi consultationes Posnaniæ & Varsoviæ bis quolibet Mense instituantur, ibidemque ad utilitatem eorum, qui in tribunali pœnitentiæ arbitros ac judices conscientiarum agunt, de peculiaribus conscientiæ casibus conferatur: præscripsit etiam harum collationum methodum articulis sequentibus I. „Inchoabuntur hujusmodi „Consultationes Varsoviæ in Seminario „Sanctæ Crucis, die Veneris, publica-„tionem

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„tionem præsentium proxime secutura
„hora tertia pomeridiana, præsidente
„illius loci Præposito, qui præmissa hy
„tiphona: *Veni Sancte* &c. cum versu
„oratione de Spiritu Sancto, utilita
„tem hujusmodi Consultationum, ea
„rumque necessitatem plana ac nervosa
„oratione, solidisque argumentis de
„monstrare conabitur; tum pro argu
„mento futuræ consultationis, selecta
„ad id Theologiæ moralis materia, tra
„circa illam conscientiæ casus in scripto
„congregatis omnibus distribuendo pro
„ponet, & oretenus explicabit, atque
„aliquot e congregatis rogabit, ut ad
„illos in futura sessione resolvendos se
„præparare non graventur.

„II. Post duas abhinc hebdomadas,
„die scilicet Veneris eadem hora in eo
„dem Seminario consultatio super dictis
„casibus habebitur, in qua præmissa ut
„prius precatiuncula, roganteque dicto
„Præposito, qui se ad resolvendos ca
„sus præpararunt, eos sigillatim resol
„vent, afferentque momenta ex Scrip
„tura Sacra, Sanctis Patribus, Con
„ciliis, summorum Pontificum Decre
„tis, jure canonico, ex probatissimis
„Autoribus, & ex Theologicis rationi
„bus ad sententiam suam firmandam
„petita, nitido brevique quoad fieri po
„terit sermone. Si qui præterea e Con
„gregatis

„gregatis super propositio casu aliquid „dicendum habeant, petita a Præsi- „dente licentia, paucis in medium affe- „rent. Tum præfatus Præpositus rem „concludet, resolutionem casus affe- „rendo, eamque momentis e fontibus „supra dictis assumptis confirmando, „& objecta, vel quæ in contrarium „obiici possent, diluendo. His perac- „tis Regens Seminarii insignis Collegia- „tæ Sancti Joannis, vel qui ejus loco „hujusmodi consultioni interierit, tres „alios casus super alia materia, quam „sibi elegerit, in futura consultatione „in suo Seminario habenda resolvendos „in scripto congregatis distribuendo „proponet, explicabit, eorumque ali- „quos rogabit, ut ad illos solide defi- „niendos parati sint. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„III. Altera Veneris die, quæ hanc „consultationem in quindena sequetur, „eadem hora ad Seminarium insignis „Collegiatæ Varsovienſis conventus fiet, „in quo eadem methodo Regens hujus- „ce Seminarii præmissis præmittendis „eos, qui ad casus resolvendos se præ- „pararunt rogabit, ut eorum resolutio- „nes in medium proferant, tum aliis „qui voluerint loqui permissis, objectis- „que solutis, casus ipsos decidet argu- „mentisque solidis decisionem datam „firma-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„firmabit. His peractis, Præpositus „S. Crucis alios tres conscientiæ casus „super materia per se electa proponet „in proxima consultatione decidendos „aliaque peraget, quæ sub finem Num. „præscribuntur.

„IV. Hac methodo deinceps alter„nis diebus Veneris in Seminariis San„cti Joannis & Sanctæ Crucis consulta„tiones hujusmodi habebuntur: de„æstate quidem id est a 1. Aprilis ad „1. Novembris ab hora tertia pomeri„diana ad sextam: de Hyeme vero id „est a 1. Novembris, ad ultimam Mar„tij, a secunda pomeridiana, ad quin„tam, id est tribus circiter horis dura„bunt.

„V. Dicti Domini Præsidentes con„sultationum, Secretarium aut singuli „suum, aut ambo communem consti„tuent, cujus munus erit, ea quæ pro„ponentur, sub tempus ipsarum consul„tationum adnotare, postea vero sin„gulas consultationes meliori, quo fieri „poterit, modo, digestas scriptis man„dare, typis postea evulgandas. Qua„re in loco consultationis statuetur „mensa, in qua ponentur libri a Præsi„dente in casuum resolutione citandi, „omniaque ad scribendum necessaria.

„VI.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

VI. „Nomina eorum, qui consulta-„tioni aderunt, quavis vice per secreta-„rium notabuntur, hæcque connotatio „quovis semestri ad Nos a Præsidenti-„bus deferetur.

VII. „Nemo in hujusmodi consulta-„tionibus nisi a Præside rogatus, aut „nisi ab eodem loquendi facultatem ob-„tinuerit, loquetur. Ii vero, quibus lo-„quendi copia dabitur, nihil dicant, „quod ad rem propositam non faciat, „quodve aliorum contemptum, aut ni-„miam contentionem redoleat, alias a „Præside moneantur, & si pergant, silere „omnino jubeantur.

VIII. „Hæc omnia, quoad fieri po-„terit, observabuntur Posnaniæ in simi-„libus consultationibus, quarum tem-„pus, locum, atque Præsides assigna-„bimus, ubi primum ad illam civitatem „pervenerimus.

Postea recensuit peccata in hac Diæ-cesi Episcopo reservata hoc ordine: I. Levis percussio Clerici. II. Omne crimen Papæ reservatum, si fuerit oc-cultum.

III. „Incendium frugum, domorum, „si fiat ex deliberatà voluntate. Pari-„ter consilium, auxilium ad id datum.

IV. „Peccatum, ob quod publica & „solennis pœnitentia est imponenda;

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

præcipue concubinatus, & adulterium publicum.

V. „Blasphemia publica & notoria

VI. „Homicidium voluntarium, v „realis alicujus membri abſciſſio.

VII. „Injectio manuum in Parente

VIII. „Crimen falſi, cum quis viti „ſcripturas, vel dat falſum teſtimonium „vel cum advocatus, aut Notarius in „ſtrumenta partis adverſæ, alteri part „demonſtrat, item monetæ, menſur „rum, & ponderum falſificatio.

IX. „Sacrilegium, hoc eſt, rei ſa „cræ vel etiam profanæ in loco ſacro pe „furtum aut rapinam ablatio.

X. „Uſurpatio bonorum poſt cleri „cos demortuos, ſive teſtatos, ſive in „teſtatos, ſi id fiat ſine ſcitu & licentia „Noſtra, vel officii Noſtri.

XI. „Sacrilegium, divinatio, incan „tatio per tacitam, vel manifeſtam dæ „monis invocationem.

XII. „Procuratio abortus etiam ante „animationem fœtus.

XIII. „Oppreſſio infantium in lecto

XIV. „Inceſtus in primo & ſecundo „conſanguinitatis & affinitatis gradu.

XV.

XV. „Violatio Monialis, vel ſacrile- Sæc. XVIII.
„gium cum eadem commiſſum. A. C. 1739.

XVI. „Peccatum Sodomiticum & „beſtialitas.„

XVII. Detentio iniqua cenſuum, de„cimarum, legatorum ad Eccleſias per„tinentium. Notandum, quod Regu„lares etiamſi vigore Privilegiorum ſuo„rum a ſancta Sede Apoſtolica conceſ„ſorum habeant facultatem abſolvendi „a caſibus Papæ reſervatis, non poſ„ſint tamen abſolvere a caſibus reſer„vatis Epiſcopo, niſi ad hoc ſpecialem „ab eodem, vel ejus Vicario Generali „habuerint licentiam.

THEODORUS
Epiſcopus Posnanienſis.

In quarto articulo præſcribitur *Reſidentia Beneficiatorum*, ubi etiam agitur de pluralitate beneficiorum, & in quinto articulo de *confeſſione & communione Paſchali, atque Bulla Cœnæ publicanda*: Statuitur, eos, qui tempore Paſchali confeſſionem & S. Communionem neglexerint, anathemate eſſe plectendos, & Bullam *in cœna Domini* quotannis feria quinta Hebdomadæ majoris coram populo prælegendam: eapropter illam Epiſcopus Polonice redditam imprimi curavit. VI. *Actum de fabrica Eccleſiæ.*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

VII. *De cæremoniis, ac ſuppellectili ſacra.* VIII. *De Baptismo*, ubi ſevere inhibitum, ne hæretici ullo pacto in Patrinos ſeligantur, Patrini vero de ſpirituali affinitate contracta ſedulo admoneantur. IX. *De Sacramento pœnitentiæ*, in quo articulo Confeſſariis plures præſcribuntur Regulæ, & inter alias præcipue, ut damnum illatum ab inferente reſarciri, toto ſtudio curent, peccata in confeſſione excepta nec ullo verbo, ullo ſigno nec alio quovis modo ſub pœna perpetuæ ſuſpenſionis, perpetui carceris, & excommunicationis revelent, nec ſub ipſa confeſſione ad graviora peccata vel gemitu, excretione, fronte ſigno crucis ſignata, aut in rugas contracta circumſtantibus peccati confeſſi ſuſpicionem ingerant: item ſi abſolutionem quibusdam ob confeſſionem nullam vel aliud vitium denegent, nihilominus ſuper illos preces quasdam fundant, crucemque efforment, ne adſtantes abſolutionem fuiſſe denegatam ſuſpicari queant. X. Actum eſt de Sacramentis *Euchariſtiæ* & *Miſſa Parochiali*, *extremæ unctionis* & XI. *Matrimonii*, ubi ſub pœna ſuſpenſionis prohibitum, ne ullus Sacerdos Sponſos *omiſſis bannis* ſeu denuntiationibus conjungat, excepto caſu diſpenſationis ab Epiſcopo impetratæ: ne vero matrimonii impedimenta cuipiam

ſint

sint incognita, Episcopus ea in appendice hujus Instructionis in idiomate polonico enumeravit, & in festo Epiphaniæ, necnon in *Dominica in Albis* in omnibus urbibus & pagis bis in anno publice in Ecclesia populo prælegi ac explicari voluit. XII. Actum *de Sacramentalibus & cæremonialibus*, ubi Episcopus fideles admoneri jussit, ut salem, aquam, vinum, myrrham, aurum, thuris grana, palmas &c. benedictas contra Diaboli infestationes, ad corporis & animæ salutem sacro ac religioso cultu æstiment atque adhibeant. XIII. *De funeribus* præscriptum est, ut corpora nec diu nimis insepulta relinquantur, nec repentina morte obruti ante viginti quatuor horarum decursum sepeliantur: sedulo etiam cavendum esse, ne funeris expensæ ad pompam & luxum, sed potius ad pauperum levamen & Missarum suffragia impendantur, nec piæ defunctorum fundationes perire sinantur. XIV. *De illicitis exactionibus*, ubi vetitum, ne quicquam a pœnitentibus aut communicantibus exigatur, & in Baptismi & Matrimonii administratione duntaxat ultro oblata recipiantur, & circa exequias Hosii Episcopi statutum observetur. XV. De *Prædicatione Verbi Dei, & doctrina Christiana & de frequentandis Parochiis,*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII A.C. 1739.

rochiis, ubi Episcopus declarat, quod Concilii Tridentini Catechismum in Polonicam linguam transferri & fidelibus ruri agentibus communicari, & explicari curaturus sit. XVI. De *Parochiis per Parochos visitandis*, ubi sancitum, ut quilibet Parochus post publicum suum ministerium suorum fidelium ædes visitet atque ad cujuslibet anni auspicium sedulo describat, quot in sua Parochia pagi, & in quolibet pago quot domus, & in qualibet domo quot personæ reperiantur, in qualibet autem domo incolas convocet, eosque circa articulos ad salutem necessarios, circa sanctæ Crucis signaculum, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, symbolum Apostolicum, præcepta Dei & Ecclesiæ diligenter examinet, scelera corrigat, puniat &c. XVII. *De cura & administratione Hospitalium.* XVIII. *De Ordinandis*, ubi Episcopus crassam quorumdam Clericorum ignorantiam deplorans, statuit, XIX. ut deinceps nullus, nisi saltem in quodam Diœcesis seminario studiis vacaverit, ad S. Ordines admittatur. XX. *De cura Sacerdotum infirmorum, eorumque testamentis.* XXI. *De vita & honestate Clericorum*, ubi serio omnibus Clericis injunctum, ut resduas temporis minutias unice S. Scripturæ aliorumque probatorum libro-

rum

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

rum lectioni impendant, ab ebrietate, prohibitis lusibus, avaritia, & voluptate abstineant, cum nulla adolescentula sub uno tecto habitent, temperantiæ & puritati studeant, tonsuram, nullasque alias, quam nigras vestes & pileos etiam in itineribus deferant, nec tabernas, convivia aut choreas frequentent, nec arma offensiva gerant &c. XXII. *De Regularibus*, ubi hæc leguntur: *Sequens punctum* (de hac Episcopali epistola) *quod respicit Regulares, quilibet Parochus, intra cujus Parochiæ limites Religiosi cujuscumque ordinis reperiuntur, sive impressum, sive transcriptum de verbo ad verbum. in præsentia duorum testium, ad manus Superioris cujusvis communitatis religiosæ tradat, & exemplar hujusce Epistolæ impressum, & authenticum eidem demonstret. Testimonium vero de hac intimatione legitime juxta præsens mandatum facta, manu propria subscriptum, cum expressione diei, mensis & anni, quo dicta intimatio peracta fuerit, ad nos officiumque nostrum quam primum poterit, transmittat. Idem etiam præstare tenebitur Parochus respectu Monialium, si intra fines Parochiæ sucæ reperiantur; illis enim punctum quod ad eas dirigitur, eodem modo intimare debet.*

Postea Episcopus Regularibus varias Regulas præscribit, ex quibus ter-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

tia sic habet: *Nova miracula ad templa imagines aut reliquias quorumcumque sanctorum, nisi sint recognita atque adhibito Theologorum consilio a nobis approbata, regulares ne publicent; votaque oblata a fidelibus hoc nomine non recipiant nec appendant, nisi facto & circumstantiis ejus bene examinatis, & testimonio fide dignorum probatis, quæ in peculiari libro diligenter describantur.*

Quintæ autem Regulæ tenor est sequens: *Omnes quoque Regulares cujuscumque ordinis, instituti aut Societatis, etiam Jesu, monemus, ut ad normam constitutionis Gregorianæ in Synodo Provinciali Petricoriensi 1628. publicatæ, intra mensem a publicatione præsentium, judicis conservatores e numero judicum synodalium sibi eligant. Quod si id facere neglexerint, jurisdictioni nostræ sciant se fore subjectos.*

In septima Regula agitur de *Oratoriis privatis & osculo patenæ*, circa quod hæc leguntur: *Osculum patenæ post Missam, etiam a Capellanis ad aulas Magnatum agentibus, nemini offeratur, præterquam Regi ejusque familiæ, necnon fundatoribus & collatoribus, in Ecclesiis quarum fundatores aut collatores sunt; minime vero aliis personis laicis, in quacumque dignitate constitutis, etiamsi fuerint insignes locorum benefactores; honore isto iis solis*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

solis reservato, qui ecclesiam aut monasterium de novo fundarunt, vel hujusmodi fundatorum directi hæredes & successores sunt, idque sub pœnis arbitrio nostro irrogandis. Cæterum ne istis quidem hujusmodi osculum exhibendum erit, nisi prope altare, in quo celebratur, adsint. Sacerdotem enim in habitu sacro per ecclesiam circumcursare indecens omnino est.

In Regula autem undecima statuitur, *ut Exorcistatus officium nemo exercere audeat, nisi ad id a nobis, aut vicario nostro expressam in scriptis habuerit facultatem. Illis vero, quibus hæc facultas concedetur, cujuscumque alterius Ritualis præterquam Romani, & in hoc regno per constitutiones Synodales approbati, necnon precationum, ceremoniarum, observationum, balneorum, unctionum superstitionem redolentium usum severe, sub pœnis pro gravitate delicti infligendis interdicimus.*

Reliqui articuli in polonico idiomate propositi agebant XXIII. *de Monialibus*, XXIV. *de observatione Festorum* XXV. *de jejunio* XXVI. *de hæreticis*, ubi sancitum, quod si ex Dissidentibus quidam cum fœmina Catholica, vel Catholicus cum hæretica matrimonium contrahit, vel longo jam antea tempore contraxit, eorum proles utriusque sexus in Catholica fide enutriantur &c. XXVII. *de Judæis* XXVIII. de *Patronis Ecclesiarum*,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

earumque reparatione, item de Decimis XXIX. *de miraculis, obsessis a dæmone, maleficis & strigibus, vulgo Vpiroicie, seu Vampiris,* XXX. *de rebus post obitum Clericorum relictis* XXXI. *de cura parvulorum.* Porro ad calcem præclaræ hujus Instructionis hæc addita leguntur: *Hanc igitur epistolam Nostram, ut omnes Parochi, omnesque alii beneficiati statim atque receperint, vocatis ad id sacerdotibus omnibus ad eorum Ecclesias manentibus attente legant, & quolibet semestri trimestri similiter relegant, & ne depereat, invigilent, hortamur, ac in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus. Sciant autem, se per Visitatores an harumce literarum contenta probe noverint, examinandos, & an executioni mandaverint, necnon an ea, quæ publicanda præscribuntur, statis temporibus populo publicaverint, sedulo ab iisdem Visitatoribus inquirendum atque in Contravenientes seria animadvertendum &c.*

In hac porro epistola id prorsus memoratu dignissimum est, quod per exactam illius observantiam Posnanienſis Clerus & populus sensim ad majorem vitæ honestatem, severioris disciplinæ studium, & morum compositionem tam luculenter reductus fuerit, ut Posnanienses vicinis populis in virtutum cultu eminere viderentur. Tanti refert vel unius

unius Paſtoris vigilans cura, zelus, & exempli ſanctitas: Unde zeloſiſſimo huic Præſuli Regulares merito feſtive applaudebant, edito programmate gratulatorio, cui titulus: *Hannibal ad portas Metropolitanæ Majoris Poloniæ Urbis, militanti Eccleſiæ ad ſubſidium, triumphanti ad gloriam.* Præcipue notanda ſunt hæc illius verba: „Optamus circum„vallati undique tot hoſtium copiis, „quod mentibus Calvini Lutheriqueim„butis dogmatibus, principem ſacrorum „dexterrimum! Optamus Præſulem, „qui non minus ſceptri gloria fulcire „Diæceſin, quam ferri acie ſtolones ab „Eccleſiæ Romanæ planta reſecare poſ„ſit. Huc! huc adeſte Eccleſiæ Ro„manæ perduelles! vel miti ab inge„nio diſcetis manſueſcere, vel a forti „brachio timere flagitia. Accurritis? „ad primam oculorum Herculis noſtri „aciem fremite Antæi! proſtrati toties, „a caſu ſurgentes ſemper. Trepidate „Hydræ! reciſis toties capitibus pullu„lantes - - Evaginato per Reges Ludo„vicos Galliarum, Philippos Hiſpania„rum, Cæſares Carolos, & ſexcentos „alios, enſe; ultra Gades pellebamini, „ſed veluti ſtruthiones ab ipſo ferro vi„res, & animum ſumebatis - - Reſi„piſcite! Aviti Pogoniæ ungula prote„remini, niſi in catholicæ fidei dogma „&

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„& noſtram diſceſſeritis in ſententiam
„Porro verticem ſubdetis! niſi capita
„in obſequium fidei mancipaveritis. Sic
„Chriſtus ad Præſulem: Compello in
„trare. Sic infulatus Paſtor ad Chriſtum
„Oportet me illas adducere. Sic no
„utrique gratias perſolvemus, ſi unum
„Paſtorem & unum ovile habuerimus
„Habebimus! Reſtitues nobis Antiſtes
„Celſiſſime priſca illa ſaluberrima tem
„pora, in quibus fatum illud domeſti
„cum non vivebat, & quæ virus hoc
„intra Regni viſcera non fovebant
„Fluent gemmis penſanda momenta, ſi
„abſciſſa membra ad unionem, & fidem
„reduxeris orthodoxam &c.„

§. XX.

Moleſtiæ Baſileenſi Epiſcopo ab ejus ſubditis irrogatæ.

Jam integrum quinquennium tenuere diſſidia, quibus Baſileenſis Epiſcopus a Calvinianis ſuis ſubditis dire vexabatur, ſeditionis flammas identidem magis magisque accendente Petro Petignaco, qui apud rebelles tanta pollebat auctoritate, ut eum anno hujus ſæculi trigeſimo quinto Viennam eorum nomine querelas contra Epiſcopum legitimum Dominum ſuum ad Cæſaris aures delaturum ablegarent, totamque ſuam fi-

du-

duciam in ejus audaciam reponentes festive inclamarent. *Vivat Petrus Petignac!* Imploraverat equidem Episcopus contra hosce rebelles Helvetorum, quibus veteri fœdere junctus erat, operam & consilium, nunquam tamen hi factioforum pertinaciam frangere poterant; frustraneum quoque erat imploratum S. R. J. præsidium & ipsa contra hos rebelles pronuntiata Imperialis Aulico-Cæsarei Consilii sententia. Tandem vero hoc anno Jacobus Sigismundus Baro de Reinach neo-electus Basileensis Episcopus assiduas hasce altercationes pertæsus Ludovici XV. Franciæ Regis auxilium efflagitavit, utque alienæ saltem potentiæ metu subjectionem extunderet, pactum cum Rege inire statuit: nec Hic afflicto defuit Antistiti; quippe misso Marchione de Courteilles Legato plena agendi facultate instructo cum Barone de Rokenbach Episcopi Oratore Soloduri in has fœderis leges convenit. I. Rex ad compescendos rebelles subditos auxilia Episcopo & libertatem, qua Helveti fruuntur, Rauracis in Gallia promittit. II. Vicissim Episcopus ingruente bello se semper neutras partes secuturum pollicetur, simulque Helvetis belli officialibus, qui Gallorum stipendia merentur in Rauraica seu in ditionibus suis

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ad

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

ad Imperium non ſpectantibus militem conducendi facultatem facit. III. Interna pax inter utriusque partis Status necnon finium ſecuritas per opportuna media reſtituatur. IV. Publicæ pacis perturbatoribus in nullo ſtatu ingreſſus pateat. V. Rex urgente neceſſitate ſopienda inteſtina diſſidia equitum peditumque copias promittit. VI. Epiſcopales ſubditi in Galliis iisdem fruantur privilegiis, quibus Helveti, & viciſſim Galli in Epiſcopi ditione eodem jure gaudeant: Quamprimum hæc uno publico rumore erat vulgata, mox illis ægris admodum auribus in Imperio percipiebatur, præcipue, quod hæc controverſia inter Epiſcopum ejusque ſubditos adhuc Viennæ in Judicio Aulico pendens vix non terminata fuiſſet: Ea propter rebelles in turbido piſcandum rati, nondum plene firmatis initi fœderis legibus novas contra ſuum Epiſcopum turbas concitarunt, atque in ſuis petulantiis eo usque progreſſi ſunt, ut Epiſcopus factioſos ad obſequium revocaturus auxiliatrices Franciæ Regis copias efflagitare compelleretur. Eo audito mox Rex juniori Mareſcallo Broglio ſenioris Mareſcalli Filio in mandatis dedit, ut ex Alſatia cum numeroſo milite in Epiſcopi opem accurreret. Hic ergo die vigeſima ſeptima Apri-

Aprilis anni sequentis cum quadrin- Sæc. XVIII.
gentis Gallis in Rauraicam & Brun- A. C. 1739.
trutum, ubi hodie Princeps Episcopus Sedem habet, immigrat, ut contumaciam illorum, quos lenitas flectere non poterat, admota vi & metu frangeret. Quamprimum igitur milites per Urbem in stationes divisi erant, confestim in præcipuos seditionis Auctores inquititur, & Mareschalli jussu quinquaginta Equites & totidem pedites unacum quinquaginta pyrobolariis Corgenalium, in quo pago rebellium colluvies erat, contendunt, ast vix proximum superaverant collem, cum illico duæ vetulæ, quæ appropinquantem militem conspexerant, citato pede retrogressæ rusticos de Gallorum adventu admonent: momento citius ex altera pagi parte versus alpes ingens Virorum ac mulierum multitudo confluit, alii effuso cursu ad montes volant, alii armenta abigunt, & se suaque in frutetis abscondere nituntur: Primi in pagum irruunt Equites, & pedites oneratis sclopis muniti sequuntur, lustrant sedulo domos, nec tamen, quos quæsiere, reperiunt; non pauci enim tempestiva fuga securitati suæ consuluerant: Cingunt ergo domum Petri Petignaci, qui præcipuus turbarum Auctor erat, cum vero & hunc ejusque complices jam-

jam

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

jam fuga abstuliſſet, ipſius, ſuique Fi-lii ædes deprædantur, ac devaſtant. Inde Cornauxum movent, ſed hunc quoque pagum incolis evacuatum reperiunt, reis ad ſylvam dilapſis: Die autem trigeſima Aprilis Bellaici Petrus Petignac & Riatus, necnon Tavenenſis Joannes Varrai in Inquirentium manus incidere, moxque capti ad Urbis carceres raptati ſunt, promeritas conflatæ rebellionis pœnas luituri: inveniebantur quoque fortuito in urbe omnia præfati Petri ſcripta, quibus ſeditioſa ſuorum molimina contra eorum Principem fabricata fuere detecta: ceteri autem ſeditionis Coriphæi præcipue Fridus Lion Cucurrenſis in fuga ſibi præſidium poſuere, alii vero metu perculſi ad Principis ſui obſequium ultro redierunt: Ut vero reſidua rebellionis germina funditus exſcinderentur, die vigeſima octava præfati Menſis Regium promulgabatur edictum, vi cujus omnes intra quindecim dierum terminum ſubmiſſionis formulæ ſubſcribere jubebantur, ſecus militari exactione compellendi. Paulopoſt alio Franciæ Regis decreto omnes incolæ, ſine ullo diſcrimine, armis fuere exuti. Tandem vero inſtructis judicii actis in Joannem Georgium Bruat Pourrentruyenſis Urbis Secretarium, & Ordinum Syndi-

cum

cum sententia pronuntiabatur, vi cujus in ferali pegmate ante Urbis Prætorium erecto eidem dextera manus & caput amputaretur, corpus vero infami rotæ innecteretur; cum autem jam prius aufugisset, hæc sententia in ejus effigie executioni demandata est: Chaullatus autem præfatæ Urbis Consul capite damnatus est, interceſſit tamen ipsius Episcopi clementia, qua non nisi ad perpetuos carceres damnatus est, ceteri vero seditionis rei aut suis officiis amoti, aut ad tempus custodiæ dati, alii ad pecuniariam mulctam & reparanda damna per hos tumultus illata, necnon ad solvendas litis expensas fuere adstricti. Reddita igitur pace intestina Broglius Comes cum suis copiis in Alsatiam reversus est, relictis duntaxat octoginta pyrobolariis, qui turbis forsorituris tempestive obviarent.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXI.

Leves controversiæ inter Germaniæ Præsules.

Agitabatur hoc anno levis quædam contentio inter Fridericum Carolum Comitem de Schönborn Bambergensem & Herbipolensem Principem atque Episcopum & inter ejus Capitulum Cathedrale Bambergense: occasio

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

illius erat novum quoddam ſtatutum vi cujus cautum, ut nullus, ſi per ſe tentiam a Collegiali judicio pronunt tam ſe gravatum crederet, ad Cathe rale Capitulum, ſed duntaxat ad Au licam Principis Curiam appellare po ſet. Hoc decreto Capitulum ſua ju luculenter infringi exiſtimabat, a propterea ſuas querelas ad Imperiale Cæſareum Camerale Judicium detuli ubi tamen hac cauſſa maturius pe ſata, Epiſcopus prævaluit.

Sub idem tempus Armandus Gall Cardinalis de Rohan Argentinenſis Epiſcopus cum Joanne Baptiſta Abbate percelebris Ord. S. Benedicti Ettenheimenſis Monaſterii in Brisgovia con tendebat circa fori criminalis jurisdi ctionem. Lis deferebatur utrinque ad Cæſareo-Aulicum Conſilium, quod e tiam hac in re decretum promulgavit quo recepto Abbas Viennam profectus eſt, ut immediate cauſſam ſuam ad ipſum Auguſtiſſimum Cæſaris ſolium devolveret. Verum ipſe rei exitum præ ſtolari haud potuit, quippe paulopoſt ibidem anno ætatis ſuæ ſexageſimo primo vitæ ac liti finem fecit.

Gravioris momenti erat controverſia, quæ inter Joannem Franciſcum Schenck de Stauffenberg Conſtantienſem Epiſcopum & Abbatem San-Gallen-

lenſem interceſſerat: Agebatur de præ- Sæc. XVIII.
tenſa hujus immunitate: Opponebat A. C. 1739.
vero Epiſcopus concordata a Romana Sede jam dudum confirmata, vi quorum anno Domini milleſimo ſexcenteſimo duodecimo inter Cathedralem Eccleſiam, & illius ævi Abbatem ſolemniter erat conventum, ut Epiſcopo omnia Epiſcopalia jura, atque inter ea ſpeciatim Eccleſiam & Abbatiam ſancti Galli viſitandi jus erat aſſertum: Huic igitur pacto inhærens Epiſcopus, hujus anni Menſe Septembri Conſiliarium Eccleſiaſticum ablegat, qui ejus nomine hanc Abbatiam viſitaret: Hic autem objecto exemptionis jure demandatum ſibi munus exercere præpeditus, aſperioribus quoque verbis repellebatur. Eapropter Epiſcopus pro injuria ſibi ſuoque Legato illata ſatisfieri, vehementius poſtulabat, Abbas vero ſui juris defenſione nemini injuriam fuiſſe illatam opponebat, nec Epiſcopo hanc Eccleſiam viſitandi jus eſſe, & ſi quid foret, per contrariam undecim ſæculorum conſuetudinem jam penitus eſſe abolitum, aliunde etiam arrogatum hoc jus præclaris hujus Eccleſiæ privilegiis tempore hominum memoriam excedente obtentis adverſari: ac demum pactum, cui inniteretur Epiſcopus, intra centum & viginti ſex an-

Sæc XVIII. A. C. 1739.

nos nunquam executioni fuisse datum, imo nequidem adimpleri potuisse &c.

§. XXII.

Status Religionis Catholicæ in remotioribus Regnis.

Interim in Tiletano Regno Viri Apostolici ex Ordine PP. Capucinorum non minori animarum Zelo, quam salutis proventu indefesse laborabant, quippe Evangelicæ hujus messis ubertatem haud parum promovebat inter hos populos singularis *Mivagni Con Taischa* seu Regis benevolentia, qua hos Operarios, atque inter eos præcipue Patrem Franciscum Horazium della Penna hujus Missionis Superiorem honorabat; favebat eis insuper *Dalai Lama* seu Magnus hujus gentis Sacerdos, cujus assensu Rex decretum promulgari jussit, vi cujus Missionariis in Lasta totius Regni Metropoli Evangelium prædicandi libertas concessa, & ad finitima Regna *Battiam & Betgao* aditus ipsis apertus est. Ubi tamen messis erat multa, deerant justo numero Operarii; eorum enim potissimi aut senio, aut calamitatum cumulo pene oppressi jamjam succubuere: hoc autem anno Pater Recanati ejusdem Ordinis cum novis duodecim Evangelii Præ-

Præconum ſupplementis a ſummo Pontifice ſubmiſſis peropportune advenerat, quos Rex & Lama ingenti favore complectebantur, & Catholici Principes ad ſuſtentandos hos Miſſionarios, necnon ad veræ fidei incrementum in his terris promovendum larga prorſus ſubſidia conferre certabant. Unde factum, ut per indefeſſos Miſſionariorum labores & ſanguinem Evangelium in Nepalenſi aliisque regionibus imo & apud Horianos Tartaros mirifice propagatum fuerit. Opportune etiam præfatus P. Horatius ſecum Roma attulerat Tibetani idiomatis typos ſeu characteres, quos Cardinalis Belluga ſuo ære per Antonium Tantauzzium Romanum Fuſorem pro inſtruenda Typographia Tibetana fundi curaverat. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Nec minus copioſi erant fructus, quos Vinea Domini fidelium cruore, & Operariorum ſudore rigata in Indiis protulit: quippe, ut teſtatur P. Calmette in ſuis literis die decima ſeptima Septembris ad P. Dalmas Ballepuramo datis, Nobilis quædam octennis Virgo unacum ejus famulo ad Chriſti cognitionem miro prorſus modo a Deo perducta eſt. Hæc nomine Vobalamma Principem Cotta-Cottam Patrem ſuum infirmum ad Miſſionariorum Eccleſiam comitabatur, ibique prima Catholicæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739. fidei femina clam concepit. Parentem hunc illa habebat gravibus morbis oppreſſum qui, quamvis nonniſi recuperandæ ſanitatis ſpe (*) pellectus, Miſſionarium accederet, fidei tamen Catholicæ myſteriis imbutus, pariter recipiendi Baptismi deſiderium conceperat. Verum Evangelii ſemen, quod in ipſius corde mox ſuffocatum periit, in anima hujus Principis puellæ firmiores egit radices. nil equidem ardentius cupiebat, quam Catholicæ Religionis myſteriis plenius inſtrui; cum autem pro more illius gentis, Nobilibus puellis cum exteris colloqui haud liceret, Paulium famulum ſuum, in quo ingens veræ fidei deſiderium deprehenderat, Miſſionarios ſæpius adire, ab eis fidei præcepta probe addiſcere, demumque Baptismum ſuſcipere juſſit, ut viciſſim ab eo poſtmodum lege Chriſtiana perfecte inſtitui poſſet. Pio conſilio allufit ſucceſſus; quippe ſenſim Nobilis hæc Virgo ſuperſtitionum nauſeam concepit, omniquedata

(*) Pudendo plane mendacio recentior quidam Heilbronenſis Scriptor proterve in ſua Hiſtoria Eccleſ. Sæcul. XVIII. p. 13. fingere non erubuit, quod Miſſionarii ſæpe Gentiles invitos & ſub prætextu remedium contra eorum morbos adhibendi Baptismum adminiſtrent. Ejusmodi commentum ſtupidæ ignorantiæ fructus eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

data occasione Religionis Christianæ sanctitatem deprædicavit: Id ubi resciverat Parens, prædivites obtulit nuptias, quas tamen illa respuit, nisi ei post illas sacro fonte tingi concederetur: Initur matrimonium, sed nec Parens nec Sponsus sui promissi ultra memores erant; utque eam a proposito averterent, adhibent preces, minas & varii generis ærumnas, quibus tamen illa constanter toleratis non modo firmior in suo persistit consilio, sed & plures sui Gynæcei Matronas veræ Religionis cognitione imbuit, ipsam tamen nondum aqua vitali ablutam repentina mors abstulit. Felicior erat ceterarum sors, quarum plures unacum suis prolibus post Virginis hujus obitum per sacrum baptisma Christianorum cætui insertæ fuerunt. Famulus quoque Heri sui indignationem veritus, ad Missionarios confugit, & cum illis primo Vavelipadui & postea Ballapurami fidei propagandæ strenue adlaboravit.

Præclara etiam erat conversio Timaiæ, qui inter Dasserias, Wisahuo Idolo devotam gentem, facile princeps erat. Hic morbo, cui nulla reperiebatur medicina, correptus vix non extremum vitæ diem agebat: Igitur conclamatis omnibus hominum remediis suadebant ejus Amici, ut animæ suæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

salutem primo quæreret apud illum, cujus manibus corporis etiam sanitas posita esset. Cessit eorum hortatibus æg recuperandæ valetudinis cupidissimus cumque Idolum suum ad sua vota hu usque surdum fuisset expertus, Mis narium adiit, supplex, ut illum ad ve Numinis agnitionem perducere velle Mira res! ad cognitæ fidei incremen tum decrescit morbi violentia, adeo ut nondum evoluto Christianæ institu tionis die vigesimo jamjam integram recuperaret sanitatem; unde suo Di vino Sospitatori gratum exhibiturus animum, unacum conjuge & prolibus suis sacrum suscepit Baptisma, Leonis nomine insignitus. Attamen a suis Propinquis propterea (quod consue tum est eorum, qui Christum sequun tur, stipendium) tam dire vexabatur, ut patriam, cunctaque sua bona relin quere, ac Ponganurum profugere com pelleretur; ubi tamen paulopost vitæ functus, promeritam constantiæ coro nam in cælis consecutus est. Paucis post mensibus ipsius quoque Conjux beato fine æternam obtinuit mercedem. Plures adhuc alii rejecto simulacrorum cultu Christianis sese sacris addixere, qui etiam mira fidei constantia acerbis simas perpessi sunt calamitates: Præ terea Tidori in Molaccensi Insula Mauri

P. Leo-

P. Leonem a S. Joseph Missionarium in odium fidei acerbissime vexabant, ac dire flagellato, & manibus pedibusque mutilato caput ferro demetebant, idque hastæ infixum ovantes per totam Insulam circumferebant, trunco in mare projecto. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXIII.

Clementis XII. sollicitudo in frangenda pertinacia illorum, qui prohibitos ritus Malabaricos propugnant.

Enimvero in Sinensi Regno, necnon in Madurensi, Mayssurensi & Carnatensi oræ Malabaricæ Regnis inter persecutionum spinas & tribulos Evangelii semen identidem uberes protulit fructus; dolendum tamen erat, quod nonnullis Missionariis aut dormientibus aut indulgentibus, superstitionum Zizania nondum fuerint eradicata: lteratis quidem summorum Pontificum mandatis Missionarii ex Ord. SS. Dominici, Francisci, Augustini & Carmelitæ Discalceati prompto acquievere animo; ceterorum vero non pauci sub variis, frivolisque obtentibus vanas superstitiosæ gentilitatis observationes ritusque a Christiana Religione abhorrentes, sæpiusque prohibitos pertina-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

cius propugnabant, eosque suis Neophytis, spretis Clementis IX. Innocentii XII. Clementis XI. & Benedicti XIII. PP. Decretis, permiserunt: Quinimo cum Benedictus XIII. Anno 1727. die duodecima Decembris Cardinalis Tournonii decretum nova Constitutione confirmasset, eamque ad Episcopos & Missionarios in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Mayssurensi & Carnatensi agentibus transmisisset, hi tamen ad excusandam suam contumaciam Anno 1732. ad Clementem XII. Benedicti Successorem perscribere ausi sunt, se nihil de nova decreti confirmatione audivisse (& tamen ejus sonus in omnem terram exivit) nec eis quicquam legitime fuisse denuntiatum, ac propterea petere, ut eadem hæc causa rursus S. Officii Congregationis examini & cognitioni subjiceretur. Suboluit equidem summo Pontifici, hos nonnisi studiose moras ex moris nectere, aliisque earum partium Missionariis probe cognitam fuisse decreti confirmationem, nihilominus Clemens, ut contumacibus omnem querendi prætextum præveteret, & tandem acerrimis non minus quam pernicioſis dissensionibus finem imponeret, eorum precibus annuit, & ad novam hujus causæ discussionem procedi posse declaravit. Producuntur ergo

ergo utrinque documenta certa, necessaria, & fide digniſſima, datur etiam rituum defenſoribus, quicquid in cauſſæ ſuæ fulcimentum conferre judicaverint, libere producendi facultas, habentur plurimæ Cardinalium Congregationes, in quibus controverſi articuli maturo examini fuere ſubjecti. Tenuit hæc conſultatio integrum biennium; tandem Deputati Cardinales ac Theologi, quid ad dubia, quæ pertinaces rituum defenſores diſcuti petierunt, reſpondendum cenſuerint, ſummo Pontifici exhibent, qui etiam horum Reſponſa auctoritate Apoſtolica confirmavit, eaque ſuis literis ad hos Miſſionarios datis inſeruit, ac demum Madurenſis, Mayſſurenſis & Carnatenſis Eccleſiæ Epiſcopis ac Miſſionariis injunxit, ut hæc decreta a Pontifice confirmata religioſe obſervarent, & a ſuis obſervari curarent. Erant autem hæ Clementis XII. literæ ad præfatos die vigeſima quinta Auguſti Anno 1734. datæ ſequeritis tenoris. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„Compertum exploratumque vobis „eſſe non ambigimus, Carolum Tho„mam bon. mem. tunc Patriarcham „Antiochenum cum poteſtate Legati a „Latere Apoſtolicum commiſſarium, „& Viſitatorem, deinde hujus S. R. E. „Cardinalem de Tournon a Prædeceſ-

„ſore

Sæc XVIII A. C. 1739

„sore noſtro fel. record. Clemente XI. „ad Sinas Anno 1702. miſſum ubi pri„mum ad Arcem Pudicheri appulit, ac „gravibus, & urgentibus Miſſionum in„Regnis Madurenſi, Mayſſurenſi, & „Carnatenſi ſaluberrime dirigendarum „neceſſitatibus opportuue proſpiceret, „condidiſſe die 23 Menſis Junii Anni „1704. Decreta nonnulla, quæ die „8. Menſis Julii ejusdem anni promul„gavit. Cum autem aliquot ex Vene„rabilibus Fratribus, & dilectis Filiis, „Epiſcopis, & ſacris Indiarum Orien„talium Operariis, quibusdam in iis„dem Decretis contentis minime ac„quieſcentes reclamaſſent, laudatus „Prædeceſſor noſter Clemens XI. liters „in forma Brevis ad Epiſcopum Melia„purenſem die 17. Menſis Septembris „Anno 1712. datis eorundem Decreto„rum obedientiam, & obſervantiam „tamdiu requiſivit, ac mandavit, do„nec Apoſtolica hæc Sedes Cauſſæ mo„mentis fideliter relatis, & acuratius „inſpectis, quas noviſſet Juſtitiæ magis „conſentaneas, & propagandæ Chri„ſtianæ fidei magis idoneas, providen„tiæ ſuæ vias, ac rationes iniret. Be„nedictus etiam XIII. ſel. record. itidem „Prædeceſſor noſter provide Clemen„tis XI. mandatis, declarationibus, „atque veſtigiis inhærens, literis quo„que

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„que in forma Brevis die 12. Menſis „Novembris Anni 1727. datis memo„rata Cardinalis Tournonii Decreta con„firmationis robore ſimiliter munivit. „Nos vero, qui plane immerentes ipſis „ſummis Pontificibus in Apoſtolica ſer„vitute ſucceſſimus, nihil optamus im„penſius, quam ut ſacroſancta Jeſu „Chriſti Fides amplius in dies promo„veretur, atque omni ope curemus, ut „ſi qua forte magnis ejusdem incre„mentis, & propagationi occurrant im„pedimenta, (Deo votis noſtris obſe„cundante) penitus auferantur. Ita„que poſtquam neceſſaria, & certiora „habuimus documenta, Theologorum, „ac præſertim Venerabilium Fratrum „noſtrorum S. R. E. Cardinalium per „univerſam Chriſtianam Rempublicam „Generalium Inquiſitorum ſuffragia ex„quiſivimus, quæque iidem Venerabi„les Fratres noſtri Cardinales confir„manda, aut moderanda, vel decla„randa, atque in nonnullis remittenda „Nobis conſulere decreverunt, ex ſe„quentibus Dubiis hic inſertis plane „Vos dignoſcetis.„

Poſtmodum Pontifex dubia ab hiſce Miſſionariis propoſita, unacum pronuntiata deſuper Cardinalium ſententia retulit, uti ſequitur.

Primum

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Primum dubium feria quarta die vi
gesima prima Januarii Anno 1733.

„An & quomodo Decretum cha
„mem. Eminentissimi Cardinalis de Tou
„non sit exequendum in ea parte, qua
„est tenoris sequentis: Districte proh
„bemus, ut in baptizandis tam puer
„quam adultis cujuscumque sexus, d
„conditionis omittantur Sacramentali
„sed omnia palam adhibeantur, & signa
„ter saliva, sal, & insufflatio, quæ ex
„Apostolica traditione Catholica Ec
„clesia recepit, & ob recondita in is
„sacris cæremoniis divinæ erga nos be
„nitatis mysteria, sancte, & inviola
„biliter custodivit, Decreto sanctæ, &
„universalis Inquisitionis de Anno 165
„pro Sinis facto, ob diversas rationes
„& circumstantias minime obstante.

„Eminentissimi dixerunt: Confer
„mandum esse Decretum Eminentiss
„mi Cardinalis de Tournon, sed con
„sulendum Sanctissimo, ut Missio
„nariis Regnorum Madurensis, May
„surensis, & Carnatensis dispensatio
„nem concedat, ad decennium dura
„turam omittendi in collatione Baptis
„mi salivam, & occulte, utendi insuf
„lationibus, in casibus tamen particu
„laribus, & in quibus gravis, & pro
„portionata necessitas urgeat super quæ

„con-

„conscientia Missionariorum oneratur; Sæc. XVIII.
„dummodo laborent errore habendi sa- A. C. 1739.
„livam, & anhelitum, tamquam ma-
„teriam ineptam, vel incapacem ad
„inserviendum pro Sacramentalibus cæ-
„remoniis in Baptismo, utpote omnino
„incapaces Baptismi: eisque Missiona-
„riis injungendum, ut debitam instru-
„ctionem, aliasque omnes possibiles
„diligentias adhibeant, ut aversio po-
„pulorum a saliva, & insufflatione a-
„moveatur, & de instructione, aliis-
„que diligentiis adhibitis sanctam Se-
„dem intra tempus decennii certiorarent.

„Insuper monendos esse Missionarios
„super gravi negligentia non recurrendi
„ad S. Sedem pro obtinenda facultate
„dispensandi, & male se gessisse Episco-
„pos concedendo hujusmodi dispensa-
„tionem inconsulta Apostolica Sede.

Secundum dubium. An & quando
„dictum Decretum sit exequendum in
„ea parte, quæ est tenoris sequentis:
„Item præcipimus, ut, juxta laudabi-
„lem Ecclesiæ consuetudinem, semper
„imponatur baptizando a Baptizante
„nomen alicujus sancti in Martyrologio
„Romano descripti, omnino interdictis
„nominibus Idolorum, vel falsæ Reli-
„gionis Pœnitentium, quibus Gentiles
„utuntur, & Neophyti hactenus appel-
„lari consueverunt, antequam per Ba-
„ptis-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ptismum essent divinæ Gratiæ re-
„nati.„

„Eminentissimi dixerunt: Mode-
„randum esse Decretum, deleto verbo
„*Præcipimus:* cum clausula: *Curent*
„*quantum fieri potest*; firma remanente
„interdictione, quoad omnia Idolorum
„& falsæ Religionis Pœnitentium.„

Feria 4. *die* 22. *Aprilis* 1733.

Tertium dubium: An, & quando De-
„cretum sit exequendum in ea parte
„quæ est tenoris sequentis: Nec Pa-
„rochis, seu Missionariis sub quorum
„prætextu liceat sanctissimæ Crucis,
„Sanctorum, & rerum sacrarum no-
„mina per translata immutare, nec ea
„alio idiomate explicare, nisi Latino,
„vel saltem Indico, quatenus voces In-
„dicæ Regionis Latinæ significationi
„liquido, & ad amussim respondeant.

„Eminentissimi dixerunt: Quod ser-
„vetur Decretum Eminentissimi de Tour-
„non, & declaretur, non habere lo-
„cum in vocibus, & nominibus jam ab
„institutione Missionis communiter re-
„ceptis; quæ tamen per hanc declara-
„tionem nec approbantur, neque re-
„probantur. „

Quartum Dubium: An, & quando
„dictum Decretum sit exequendum in
„ea parte, quæ est tenoris sequentis:
„Et quia audivimus, Baptismum in-
„fan-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„i fantium ex Christianis Parentibus „ortorum, eorumdem incuria, sæpe „sæpius diu protrahi, non sine maxi„mo dictorum infantium salutis discri„mine, monemus Evangelicos Opera„rios, ut sacrorum Canonum memo„res, terminum breviorem, quam fieri „possit, attentis circumstantiis, Geni„toribus præfigant, graviter conscien„tiam eorum onerantes, nisi filios in„tra præfixum tempus ad Ecclesiam „deferant sacro Fonte abluendos.

„Eminentissimi dixerunt: Servan„dum esse Decretum Eminentissimi Car„dinalis de Tournon.

Quintum Dubium: An, & quomodo „prædictum Decretum sit exequendum „in ea parte, quæ est tenoris sequen„tis: Præterea cum moris hujusmodi „Regionis sit, ut infantes sex, vel se„ptem annorum, interdum etiam in „teneriori ætate, ex Genitorum con„sensu, matrimonium indissolubile de „præsenti contrahant per impositionem „Taly, seu aureæ tesseræ nuptialis uxo„ris collo pensilis, Missionariis manda„mus, ne hujusmodi irrita matrimonia „inter Christianos fieri permittant, nec „sponsos sic conjunctos cohabitare si„nant, donec completa legitima ætate „& explorato eorum consensu, in fa„ciem Ecclesiæ, juxta formam a Sacr.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„Concilio Tridentino præscriptam, ...
„rum, & canonicum Matrimoni...
„contraxerint.

„Eminentissimi dixerunt: Exeque...
„dum esse Decretum Eminentissimi ...
„Tournon; cum declaratione tam...
„servandam esse formam pro Matri...
„niis a Sacr. Concilio Tridentino pr...
„scriptam in locis, in quibus Decret...
„dicti Concilii in cap. primo Sess. XXI...
„de Reform. Matrim. publicatum e...
„& imposterum publicabitur, neque ej...
„observantia sit impossibilis; & Missi...
„narii curent, quantum fieri pote...
„ut in omnibus locis Missionum illarum...
„partium dictum Decretum Concil...
„publicetur.

Sextum Dubium: An, & quomo...
„dictum Decretum sit exequendum ...
„ea parte, quæ est tenoris sequentis...
„Et quoniam apud peritiores impiæ ...
„lius Religionis Sectatores *Taly* præse...
„fert imaginem, licet informem, *Pa...*
„*leyaris*, seu *Pyllejaris* idoli nuptialibu...
„cæremoniis præpositi; cumque dece...
„ceat Christianas mulieres effigiem ...
„lem collo deferre in signum Matrimoni...
„districte prohibemus, ne imposterum ...
„audeant *Taly* cum hac effigie collo ap...
„pendere; & ne Uxores innuptæ re...
„deantur, poterunt uti alio *Taly*, vel...
„sanctissimæ Crucis, sanctissimi Domini...

„No-

„Noſtri Jeſu Chriſti, vel Beatæ virginis, „vel alia quavis religioſa imagine or- „nato. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Eminentiſſimi dixerunt: Servan- „dum eſſe Decretum Eminentiſſimi de „Tournon, quamvis Miſſionarii aſſe- rant, nunquam permiſiſſe geſtationem „dicti *Taly*.

Septimum dubium: An & quomodo „prædictum Decretum ſit exequendum „in ea parte, quæ eſt tenoris ſequen- „tis: Et cum ſuperſtitione non careat „funiculus centum & octo filis com- „poſitus croceo ſucco delinitus, quo „plerique dictum *Taly* appendunt, „prohibemus etiam dictorum filorum „numerum, & unctionem.

„Eminentiſſimi dixerunt: Servan- „dum eſſe Decretum Eminentiſſimi de „Tournon.

Octavum Dubium: An, & quomodo „dictum Decretum ſit exequendum in „ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis: „Cæremoniæ etiam nuptiales juxta ha- „rum regionum morem tot ſunt, tanta- „que ſuperſtitione maculatæ, ut tutius „remedium aptari non poſſit, quam „eas omnino interdicendo, cum und- „que noxia Gentilitatis labe ſc teant, „& difficilimum ſit eas a ſuper itio is „expurgare. At vero ut facilioi con- „verſionum viæ, & Neophytorum com

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„modo, quantum fieri poteſt, in De-
„mino indulgeamus, Miſſionariis, d
„præcipue Miſſionum Superio ibus in
„jungimus, ut novis adhibitis diligen
„tiis, ſeveriorique calculo ſuperſtitio
„omnia a dictis cæremoniis expurgen
„ita ut nihil inultum relinquatur, quo
„Chriſtianam pietatem offendat, d
„Gentilium ſuperſtitionem redoleat, d
„ſignanter præter eas, quas audiv
„mus jam ſtatutas in hac materia a
„iisdem Miſſionariis reformationes, re
„mus arboris *Areſciomata* omnino ab
„feratur, ferculorum numerus non mi
„nus, ac cibi præſcripta qualitas ve
„rietur: circuli ſuper caput ſponſorum
„ad tollenda maleficia omittantur: &
„quod de ferculis diximus, de lutei
„vaſis ibidem adhiberi ſolitis a nobis
„dictum, & prohibitum intelligatur.

„Eminentiſſimi dixerunt: Servan-
„dum eſſe Decretum Eminentiſſimi Car-
„dinalis de Tournon.

Feria 4. *die* 23 *Julii* 1733.

Nonum Dubium: An, & quomodo
„dictum Decretum ſit exequendum in
„ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis.
„Fructus etiam, vulgo dictus Cocco,
„ex cujus fractione proſperitatis, vel
„infortunii auſpicia Gentiles temere
„ducunt, vel omnino a Chriſtianorum
„nupiis rejectum, vel ſaltem, ſi illum

com-

„comedere velint, non publice, ſed ſe- Sæc. XVIII.
„creto, & extra ſolemnitatem aperia- A. C. 1739.
„tur ab iis, qui Evangelica luce edocti,
„ab hujus modi auſpiciorum deliramento
„ſunt immunes.

„Eminentiſſimi dixerunt: deciſio-
„nem eſſe differendam.

Decimum Dubium: An, & quomodo „dictum Decretum ſit exequendum in „ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis: „Nullus rite, & ſufficienter diſpoſitus „arceatur a Sacramento Pœnitentiæ, „& ſignanter mulieres menſtruali morbo „laborantes, non attentis diebus purifi-„cationis juxta morem Gentilium, cum „hæc Sacramentalis vera animæ puri-„ficatio, & non alia ſit attendenda a „Chriſtifidelibus, eorumque Paſtori-„bus; quibus præterea non liceat, nec „per ſeipſos, nec per Catechiſtas, nec „per alios quoscumque, dictis Mulie-„ribus prohibere acceſſum ad Eccleſiam, „vel ad Confeſſarium durante dicta in-„firmitate, & dictæ purificationis tem-„pore.

„Eminentiſſimi dixerunt: Servan-„dum eſſe Decretum Eminentiſſimi Car-„dinalis de Tournon.

Undecimum Dubium: An, & quo „modo exequendum ſit dictum Decre-„tum in ea parte, quæ eſt tenoris ſe-„quentis: Dedecet etiam Chriſtianæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„virginis honestati prima vice dicto „morbo laborantis illum Cognatis, Vi„cinis, & Amicis notum facere, & in„verecunde publicare, iisque Ethnico„rum more, & ritu in ejus domum con„lectis, super re tam sordida festum „instituere. Quocirca hujusmodi so„lemnitates, & ritus orthodoxis puel„lis interdicimus, & abolemus, Mis„sionariisque injungimus, ut non solum„eas, verum etiam Genitores moneant, „quam dissona sit virginei pudoris legi„bus ejusmodi obscæna consuetudo, „quæ a Gentilium impudentia videtur „inducta, ut ita, labefactata puellarum „verecundia, eas effrænate ad libidi„nem provocare valeant.

„Eminentissimi dixerunt: Quod cu„rent Missionarii abolere festum sub ti„tulo Menstrui, sed sub titulo Nuptia„rum tantum permittant.

Feria 4. *die* 9. *Septembris* 1733.

Nonum Dubium. Supradicta die 23. „Julii propositum, sed non solutum: „An, & quomodo prædictum Decretum „sit exequendum in ea parte, quæ est „tenoris sequentis: Fructus etiam vulgo „dictus *Cocco*, ex cujus fractione pro„speritatis, vel infortunii auspicia Gen„tiles temere ducunt, vel omnino a „Christianorum nuptiis rejiciatur, vel „saltem si illum comedere velint, non „pu-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„publice, sed secreto, & extra solem-
„nitatem aperiatur ab iis, qui Evan-
„gelica luce edocti, ab hujusmodi au-
„spiciorum deliramento sunt immunes.

„Eminentissimi dixerunt: Servan-
„dum esse Decretum prædicti Eminen-
„tissimi Cardinalis de Tournon.

Duodecimum Dubium: An, & quo-
„modo Decretum prædicti Em. Card.
„de Tournon sit exequendum in ea parte,
„quæ est tenoris sequentis: Ferre pari-
„ter non possumus, quod a Medicis
„spiritualibus pro animarum salute ea
„caritatis officia denegentur, quæ Me-
„dici Gentiles nobilis etiam generis,
„seu Castæ, pro corporis salute præ-
„stare non dedignantur infirmis, licet
„abjectæ, & infimæ conditionis, vulgo
„dictis Pareas. Quapropter districte
„mandamus Missionariis, ut, quantum
„in ipsis erit, nemini e Christianis æ-
„grotis, quantumvis Pareas, & vilio-
„ris, si adessent, generis hominibus
„desideranda relinquatur in infirmitate
„copia Confessarii; & ne, ingravescen-
„tibus morbis, cum gravissimo vitæ
„corporalis periculo, æternæ consulere
„cogantur, iisdem Missionariis præci-
„pimus, ne infirmos hujusmodi con-
„ditionis ad Ecclesiam deferendos ex-
„pectent, sed consultius domos, ubi
„ægrotant, pro viribus petant ad eos

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„inviſendos, ac piis ſermonibus, &
„precibus, Sacramentorumque pabulo
„recreandos, atque demum eos in ex-
„tremo vitæ diſcrimine conſtitutos
„ſancto infirmorum Oleo deliniant, ab-
„que perſonarum, aut ſexus acceptione,
„expreſſe damnantes quamcumque præ-
„xim huic Chriſtianæ pietatis officio
„contrariam.

„Eminentiſſimi dixerunt: Servan-
„dum eſſe Decretum Eminentiſſimi de
„Tournon: præterea monendos Miſſio-
„narios, quod neque ad Baptismum
„admittant Indos, qui in ea ſunt opi-
„nione, Pareas a Deo eſſe reprobatos,
„& ideo nullam poſſe ſperare ſalutem,
„niſi eam opinionem depoſuerint.

Decimum tertium Dubium: An, &
„quomodo dictum Decretum exequen-
„dum ſit in ea parte, quæ eſt tenoris
„ſequentis: Non ſine maximo animi
„noſtri mærore accepimus, etiam Chri-
„ſtianos tympanorum pulſatores, Tibi-
„cines, vel alterius cujuscumque mu-
„ſici inſtrumenti Sonatores ad Idolorum
„feſtivitates, & ſacrificia accerſiri, ad
„ludendum, & interdum etiam cogi,
„ob quamdam ſervitutis ſpeciem erga
„publicum ab ipſis contractæ per hujus-
„modi artis exercitium, nec facile eſſe
„Miſſionariis eas ab hoc deteſtabili ab-
„uſu avertere. Quocirca conſiderantes,

„quam

„quam gravem rationem essemus Deo „reddituri, si hujusmodi Christifideles „a Dæmoniorum honore, & cultu pro „viribus non revocaremus; illis pro„hibemus, ne imposterum audeant, „nec in Pagodis, nec extra, tum oc„casione sacrificiorum, tum quarum„cumque solemnitatum superstitioso „cultu imbutarum, sonare, aut canere, „sub pœna excommunicationis latæ sen„tentiæ, cum nullo modo liceat Christi „famulis Belial inservire; ideo Missio„narii non solum eos monere tenebun„tur de prædicta prohibitione, verum „etiam illam omnino executioni deman„dare, & contrafacientes ab Ecclesia „expellere, donec ex corde resipiscant, „& publicis pœnitentiæ signis patra„tum scandalum emendaverint. Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„Eminentissimi dixerunt: Servan„dum esse Decretum Eminentissimi Car„dinalis de Tournon.

Decimum quartum Dubium: An, & „quomodo dictum Decretum exequen„dum sit in ea parte, quæ est tenoris „sequentis: Declaramus præterea Pon„tificiam Constitutionem Gregorii Pa„pæ XV. incipientem: *Romanæ Sedis „Antistes* &c. ad petitionem PP. Socie„tatis Jesu editam, qua indigenis Chri„stifidelibus lavacra, non alia occasio„ne, & fine, quam corporis reficiendi,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„& a naturalibus sordibus mundandi, „ab Apostolica Sede permittuntur, in„terdictis tempore, & modo, quibus „a Gentilibus adhiberi solent, æque af„ficere Evangelicos Operarios: quibus „propterea non liceat sub quacumque „alia caussa, & fine, etiam ad effe„ctum, ut existimentur Sanias seu „Brachmanes, præ cæteris dediti hu„jusmodi ablutionibus, illis uti, præ„sertim statutis eorum horis, & ante, „vel immediate post quamcumque sa„cram functionem.

„Eminentissimi dixerunt: Servan„dum esse Decretum Eminentissimi Car„dinalis de Tournon.

Feria 4. *die* 16. *Septembris* 1733.

Decimum quintum Dubium: An, & „quomodo dictum Decretum Cardina„lis de Tournon sit exequendum in ea „parte, quæ est tenoris sequentis: Ci„neres itidem ex vaccarum stercore con„fectos, & impiam Gentilium pœniten„tiam a Rutren institutam redolentes „benedicere, eosque fronti sacro Chris„mate delinitæ impingere, sive quæ„cumque alia signa albi, vel rubei co„loris, quibus Indi superstitiosissimi in „fronte, vel in pectore, vel in alia „quavis corporis parte utuntur, deferre „prohibemus; mandantes, ut sanctæ „Ecclesiæ consuetudo, piique ritus ci„neres

„neres benedicendi, illisque Christia- Sæc. XVIII.
„norum caput cruce signandi ad hu- A. C. 1739.
„manæ infirmitatis memoriam recolen-
„dam religiose serventur tempore, ac
„modo ab Ecclesia præscripto, scilicet
„Feria 4. Cinerum, & non alias.

„Eminentissimi dixerunt: Confir-
„mandum esse Decretum Eminentissimi
„Card. de Tournon, servata in omni-
„bus Constitutione Gregorii XV. edita
„die 31. Januarii 1623. quæ incipit:
„*Romanæ Sedis Antistes.*

Præterea Eminentissimi dixerunt:
„Quod fiat Decretum, quo imponatur
„Missionariis cujuscumque Ordinis, e-
„tiam Societatis Jesu, in Partibus infi-
„delium degentibus, ne audeant per-
„mittere titus, vel consuetudines pro-
„prias Gentilium, nec illos, aut illas
„proprio arbitrio vertere in Ritus, vel
„Consuetudines Christianæ Religionis,
„inconsulta S. Sede; & Missionarii me-
„minerint præceptionis Alexandri VII.
„in sua Constitutione incipien. *Sacro-*
„*sanct.* 46. sequentibus verbis express.
„Ne ob institutionis defectum, qui sacro
„Baptismate initiantur, immaculatam
„Christi legem profanis, ac gentilitiis
„institutis ex ignorantia fædent, ac
„Idololatriam cum Orthodoxa Fide con-
„fundant, ut sæpe inibi evenire enun-
„ciatum est; caveant ii, qui iisdem in-
„struen-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſtruendis incumbunt, ne impoſterum „ullus ad Baptisma admittatur, qui „gentilitios mores prorſus non exuerit, „& in fide non ſit ſufficienter inſtructus.

Decimum ſextum, & ultimum Dubium.

„An, & quomodo dictum Decretum „exequendum ſit in ea parte, quæ eſt „tenoris ſequentis: Et demum, quia „ex librorum de falſa religione, & de „rebus obſcænis, & ſuperſtitioſis tra„ctantium lectura venenum, ut plu„mum, ſerpere ſolet ad cor fidelium, „quo non minus fidei puritas offendi„tur, quam mores corrumpuntur, ma„gnopere commendantes zelum, ac „ſtudium Miſſionariorum, qui libros „ſacram Eccleſiæ Catholicæ doctrinam „rerumque ſacrarum monumenta con„tinentes pro Indorum Chriſtifidelium „eruditione in linguam Malabaricam, „ſeu Tamulicam tranſtulere, vel novos „pro illorum commodo, & inſtitutio„ne compoſuerunt, iisdem Chriſtifide„libus expreſſe interdicimus fabuloſos „Gentilium libros, eosque legere, & „retinere prohibemus ſub pœna excom„municationis latæ ſententiæ, niſi prius „habita licentia Parochi, ſeu Miſſio„narii curam animarum exercentis, „quorum prudentiæ committimus fa„cultatem ſuper hoc diſpenſandi, & „libros (ſi qui forte ſunt) noxia ſuper„ſtitione

„ſtitione vacuos, & nihil contra bonos „mores tractantes, pro Chriſtianorum „uſu ſeligendi, eorumque lecturam per„mittendi. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„Eminentiſſimi dixerunt: Servan„dum eſſe Decretum Eminentiſſimi „Cardinalis de Tournon.

Abſolutis horum dubiis, & Cardinalium ſententiis Pontifex has ſuas literas ita proſecutus eſt:

Quibus dubiis, & rerum reſolutionibus Nobis per Venerabilem Fratrem Archiepiſcopum Damiatæ, & Congregationis ſancti Officii Aſſeſſorem relatis reſolutiones ipſas plane approbantes, cuncta ea, quæ juxta earum tenorem confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, ac in nonnullis remittenda viſa ſunt, reſpective confirmavimus, moderavimus, declaravimus, & in nonullis remiſimus. Quocirca, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vobis injungimus & mandamus, ut pro ſingulari veſtra in Nos, atque hanc ſanctam Sedem reverentia, quæcumque per haſce noſtras Literas de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, vel confirmata, vel decreta, aut præſcripta ſunt, ſanctiſſime cuſtodiatis, atque ab omnibus ſervari ſtudioſiſſime curetis: obſecrantes Vos in Domino per viſcera Miſericordiæ Dei noſtri, ut controverſiis jam remotis, & omnino evulſis, alacres, atque animi noſtri ſenſibus concordes, ſtudia, & labores veſtros

Sæc. XVIII. A.C. 1739. *vestros in animarum salutem quæ præstantissimus vestræ vocationis est finis, pro viribus conferatis. Atque vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 24. Augusti 1734. Pontificatus nostri anno quinto.*

§. XXIV.

Severius Clementis Papæ mandatum contra eosdem Rituum prohibitorum fautores.

HAs Pontificis literas in præfatis Missionibus promulgatas, ab omnibus Missionariis subscriptas, & pristinam inter eos concordiam fuisse restitutam, summo Pontifici nuntiabatur: Hic ingens inde conceperat gaudium, quod tamen brevi evanuit; paulopost enim fatalis nuntius quam citissime Sedi Apostolicæ allatus est, quo compertum, eosdem Missionarios, qui hactenus pertinaciter prohibitas superstitiones propugnabant, Clementis Papæ literis quidem subscripsisse, obfirmato tamen animo propugnare, hosce ritus, etsi sæpius damnati essent, aboleri non posse, sed omnino permittendos retinendosque: Tam inveteratæ pertinaciæ indignitas Optimi Patris senio & labo-

laboribus oppressi & vix non moribundi animum intimo mærore confecit: quocirca ut debitam Apostolicis jussis observantiam vindicaret, iteratas ad harum Regionum Episcopos & Missionarios hoc anno die decima tertia Maij literas dedit, eisque nuper decretorum executionem, impositis etiam gravioribus pœnis & juramento, demandavit. Erant hæ literæ hujus tenoris: Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis filiis Episcopis, & Apostolicis Missionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Mayssurensi, Carnatensi.

CLEMENS PAPA XII.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concredita nobis Dominici gregis cura continuo nos urget in id præcipue, „& tota sollicitudine incumbere, ut ab „iis maxime, qui sortiti sunt partem „Ministerii hujus, & in lucem gentium „sunt missi, erga S. Sedem, ac Apo„stolica mandata filiale obsequium ex„hibeatur, atque Fidei dogmata, sa„crosque Ecclesiæ ritus & ipsi intemerate retineant, & alios edoceant, ut „quos locorum immensa spatia a Petri „Sede longe disjungunt, eos tamen „Fides eadem in unitate spiritus & doctrinæ

Sæc. XVIII A. C. 1739

„ctrinæ conglutinet. Alias itaque per
„ſimiles literas noſtras ſub datum 24
„Auguſti 1734. incipientes: Compe-
„tum, exploratumque &c. Fraternitates
„veſtras, omnesque Miſſionarios, ut
„majori, quo potuimus, paterno cha-
„ritatis affectu requiſivimus, & decla-
„ravimus, quam impenſe exoptaremus,
„ut qui in Regnis iſtis Chriſti fidei ve-
„ritatem agnoſcentes convertuntur,
„ſuperſtitioſos Gentilium ritus omnino
„abjicerent, atque averſarentur, ne
„habeantur & ipſi ad inſtar eorum, qui
„cum Dominum colerent, diis quoque
„ſerviebant juxta conſuetudines Gen-
„tium: utque in re tanti momenti nulla
„eſſet offendiculi occaſio, auditis Theo-
„logorum, ac præſertim Venerabilium
„Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardina-
„lium per univerſam Chriſtianam Rem-
„publicam Generalium Inquiſitorum
„ſuffragiis, plura, juxta dubia tunc
„propoſita, provide ſtatuimus, & a
„Miſſionariis obſervanda præſcripſimus.
„Quorum omnium in nos obſervantia
„ac ſtudium amplificandæ Fidei in cer-
„tam ſpem nos erigunt, ut pari con-
„tentione, pro viribus obtemperare la-
„tagant, nec ullus erit, qui deteſta-
„bili indulgentia aliter fieri poſſe cogi-
„tet, & veluti infideles filii peccare eos
„faciant peccatum magnum. Sane
„etſi

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„etsi hisce mediis muneri nostro satis-
„feciisse, ac sine sollicitudine esse sua-
„derent, attamen rei momentum, a
„qua Fidei puritas, atque integritas
„pendet, nunquam hanc in nobis cu-
„ram delebit, nisi ad magnitudinem
„negotii opportuna semper compa-
„remus remedia. Quare Fraternitati-
„bus vestris, & Missionariis omnibus,
„quibus prædictas nostras literas direxi-
„mus, sive Sæculares, sive Regulares
„cujuscumque Religionis, Congrega-
„tionis, Instituti, Societatis etiam Jesu,
„fueritis, demandamus, & præcipi-
„mus, ut omnia, & singula, quæ in
„dictis nostris literis continentur, in-
„tegre, exacte, ac inviolabiliter obser-
„vetis, atque ab eis, quorum cura ad
„vos spectat, remota penitus quavis
„aliter interpretandi potestate, ad a-
„mussim observari faciatis, in virtute
„sanctæ obedientiæ, sub pœna suspen-
„sionis ab exercitio Pontificalium, in-
„terdicti ab ingressu Ecclesiæ, & re-
„spective excommunicationis latæ sen-
„tentiæ, a qua nemo vestrum a quo-
„quam, præterquam a nobis, seu Ro-
„mano Pontifice pro tempore existente,
„excepto tamen mortis articulo, ab-
„solvi possitis; & quoad Regulares in-
„super privationis vocis activæ, & pas-
„sivæ etiam ipso facto, & sine ulla alia

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„declaratione incurrendæ. Itidem fu
„iisdem pœnis, & censuris pari authe
„ritate præcipimus, & mandamus,
„omnes, & singuli, qui ab hac sanct
„Sede, sive ab eorum respective S
„perioribus, ad ista Regna sacris o
„eundis Missionibus missi eritis, statim
„ac de hisce literis nostris certiores fac
„fueritis, vel quavis alia denuntiation
„de illis notitiam habueritis, jurame
„tum præstetis, integre, exacte,
„omnimode implere, quæ provide
„nobis in iisdem literis constituta su
„runt, neque illis ulla in parte, qu
„vis prætexu contraire. Illis etiam,
„qui quandocumque hoc munus su
„scepturi erunt, mandamus, ac præ
„cipimus sub iisdem omnibus censuris,
„& pœnis, ut nullo pacto audeant va
„minimum actum explere, nisi ante
„& ipsi juramentum prædictum præsti
„terint; quin nec tanquam Presbyteri
„Sæculares ab Ordinariis locorum de
„putati, seu veluti simplices Religiosi,
„vel quovis alio titulo, & nomine Christi
„fidelium Confessiones excipere, con
„ciones habere, aut Sacramenta mi
„nistrare, sed omni prorsus careant po
„testate, derogando quibusvis privile
„giis, sibi ipsis, aut vestræ respective
„Religioni, Ordini, Congregationi, &
„Societati etiam Jesu, specialiter, aut
„gene-

„generaliter a nobis, & a Prædeceſſo- Sæc. XVIII.
„ribus Noſtris quacumque ex cauſſa A. C. 1739.
„conceſſis. Juramenta prædicta Sæ-
„culares Miſſionarios coram locorum
„ordinariis, Regulares coram Superio-
„ribus, vel Apoſtolicis Vicariis præ-
„ſtare demandamus, Vicarios vero
„ipſos, & Superiores in manibus Epi-
„ſcoporum. Nec eadem tantum verbo
„proferre, ſed ſcripto juxta formam per
„Nos præſcriptam, & infra adnotan-
„dam, aut propria manu ſubſignare
„teneamini ſub iisdem cenſuris, &
„pœnis. Hoc etiam iuramentum præ-
„ſtandum fore mandamus, ac requiri-
„mus ab illis, qui ad Epiſcopale mu-
„nus ab hac ſancta Sede promoveri
„meruerint, vel ipſomet die, quo in
„manibus Epiſcoporum ſolemnem e-
„miſſuri erunt fidei profeſſionem, vel
„in actu eorum conſecrationis. Quorum
„juramentorum ſubſignata exemplaria,
„relicta iſthic in Archivis authentica
„copia ad Congregationem de Propa-
„ganda fide, per Epiſcopos, & Supe-
„riores Regulares reſpective transmitti
„volumus, a qua ad illam S. Officii
„remittantur, ut ſint obſequii erga Nos,
„noſtrasque juſſiones, puritatis, inte-
„gritatisque fidei veſtræ monumenta.
„Ne vero tam literarum noſtrarum ſub
„prædicta die 24 Auguſti 1734. quam

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„præsentium ullus ignorantiam alle-
„gare valeat; hortamur Fraternitates
„vestras, ac in Domino obtestamur, ut
„quo primum illas atque præsentes re-
„ceperitis, statim publicare faciatis, ac
„ad singulos Missionarios, sive Sæcu-
„lares, sive Regulares fuerint, sub re-
„stra respective jurisdictione degentes
„easdem transmittatis. Hoc ipsum
„præcipimus Apostolicis Vicariis, aliis-
„que Regularium Superioribus. Con-
„trasacientes, vel negligentes declara-
„mus incurrere ipso facto pœnam su-
„spensionis ab exercitio Pontificalium,
„& interdicti ab ingressu Ecclesiæ; Re-
„gulares autem excommunicationis
„latæ sententiæ, privationis officiorum,
„& vocis activæ, & passivæ.„

Juramenti autem, quod Missionarii præstare tenerentur formula erat hæc:

Ego N. Ordinis N. seu Societatis Jesu Missionarius ad Regnum N. vel ad Provinciam N. in Indiis Orientalibus a Sede Apostolica, vel a meis Superioribus, juxta facultates ei a Sede Apostolica concessas missus, vel destinatus, parendo præcepto Sanctissimi Domini Nostri Papæ Clementis XII. per literas Apostolicas in forma Brevis datas die 13. Maij Anno 1739. injuncto omnibus Missionariis in dictis Missionibus, præstandi juramentum fideliter servandi dispositionem Apostolicam circa Ritus Malabaricos ad

for-

formam literarum Apostolicarum in forma Brevis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri die 24. Augusti 1734 incipientis Compertum, exploratumque, mihi per integram ejusdem Brevis lecturam optime noto, promitto, me plene, & fideliter pariturum, illudque exacte, integre, absolute, & inviolabiliter observaturum, & absque ulla tergiversatione adimpleturum necnon ad formam dicti Brevis instructurum Christicnos mihi commissos tam in concionibus, quam in privatis instructionibus, ac præsertim Catechumenos, antequam baptizentur; & nisi promittant observantiam dicti Brevis, ejusque dispositionum, & prohibitionum, me ipsos non baptizaturum; prout quoque curaturum omni studio, quo potero, ac omni diligentia, ut sublatis gentium cæremoniis, illi a Christianis suscipiantur, & retineantur ritus, quos Catholica Ecclesia pie præscripsit. Si autem (quod Deus avertat) in toto, vel in parte contravenerim, toties pœnis a Sanctissimo Domino nostro impositis in Decreto seu literis Apostolicis, ut supra, super præstatione hujus juramenti, mihi pariter per integram lecturam notis, me subjectum agnosco, & declaro. Ita tactis SS. Evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc SS. Dei Evangelia.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Ego N. manu propria.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Juramenti vero ab Episcopis præstandi formula erat sequens:

Ego N. Episcopus Civitatis N. memor juramenti a me præstiti in actu meæ solemnis Consecrationis, quo Romano Pontifici fidem, subjectionem & obedientiam promi tum insuper eorum, quæ provide sanxit Clemens XII. Pontifex Maximus circa ritus Malabaricos in literis Apostolicis in forma Brevis, Episcopis, & Missionariis usque sub die 24. Augusti 1734. transmissis parendo mandatis Sanctitatis suæ per alias similes Literas die 13. Maij 1739. injunctis, ut in argumentum meæ erga Sedem Apostolicam obedientiæ, non minus quam filialis obsequii me jurisjurandi religione obstringam, juro, & promitto, me plene, & fideliter easdem literas Apostolicas sub dicta die 24. Augusti 1734. executurum, atque ea, quæ in illis præscripta sunt, exacte, integre, absolute, ac inviolabiliter observaturum, curaturum pariter, quantum in me erit, ut ii omnes, qui mea in Dioces Missionarii, & Sacerdotes sunt, vel futuri erunt, illas eodem prorsus modo in omnibus servent, atque exequantur, & contra inobedientes, si qui fuerint, me processurum ad formam Brevis sub die 13. Maij 1739. ut tandem sublatis gentium cæremoniis, quæ a Christianis recipiantur ritus, quos Catholica Ecclesia pie præscripsit, ac jugiter servat. Utque de hac mea voluntate, juramento

mento, filialique obsequio erga Romanum Pontificem, ejusque mandata perenne existat monumentum, propria manu me subscribo. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Ego N. Episcopus N.

Præscriptis hisce juramenti formulis Pontifex suas literas hunc in modum absolvit.

„Ceterum etsi magna Nobis spes sit, „Fraternitates Vestras, & Missionarios „omnes nostras voces, & monita ex„cipere diligenter, ac filiali obsequio „exequi, curam insuper sollicitudinem„que plurimam gerere, ut tam ortho„doxæ Religionis puritati, integritati„que, quam gentium saluti adjumento „sitis, omnesque in hanc unicam rem, „maximam utique, labores, sudores„que conferre, ut tandem, qui Christi „amplectuntur fidem, superstitiosos a„versentur ritus, eosque tantum suscipiant, & retineant, quos Catholica „Ecclesia pie præscripsit, ac jugiter ser„vat, attamen pro Pastoralis Officii de„bito, ac Paternæ caritatis stimulo, „iterum, iterumque commonere non „desistimus; ne a Pastorum Principe „in custodia gregis sui minus vigilasse „dijudicemur: & Vobis interim in au„spicium bonorum omnium Apostolicam „Benedictionem impertimur. Datum

Sæc. XVIII. A. C. 1739. „Romæ apud S. Mariam Majorem sub „Annulo Piscatoris die 13. Maij 1739. „Pontificatus Nostri anno nono.

Eadem adhuc die & anno Clemens Papa, ut suum dolorem ob nondum receptam notitiam de præstita Apostolicis mandatis obedientia testaretur, ad præfatos Missionum Episcopos specialiter hæc perscripsit.

„Continere Labia nostra non possu„mus, quin vos Venerabiles Fratres, „Apostolica voce iterum alloquamur; „moleste Nos, imo graviter ferre, us„que adhuc certam denunciationem „minime accepisse, qui tandem exitus „contigerit nostris literis, quas die 24. „Augusti 1734. Vobis, & Missionariis „isthic commorantibus dedimus. Sane „taciturnitas hæc curarum & angustiæ „nostro paterno erga vos amori causa „est, tum & maxime quia incertæ li„cet, sparsæ hic sunt voces, easdem „nostras Literas, & Decreta in publi„cum ab omnibus minime posita fuisse, „nec exacte, prout oportet adimpleri; „quin non deesse aliquos, qui diversa „opinantes, ac loquentes, adducunt „discipulos post se. Quare primum „Fraternitates vestras ex animo requi„rimus, ut quomodo isthic res se habeat, „quamprimum renuncietis, ne longior „traditas acerbiorem Nobis afferat mo„lestiam

„leſtiam; deinde firma ſpe ducimur, Sæc. XVIII.
„zelo Dei vos impellente in doctrina A. C. 1739.
„ſana nobiſcum exſurgere in eos, qui
„contradicunt, ut memores officii, cui
„ſe addixerunt, ſedulo caveant, ac di-
„ligenter proſpiciant, ne culpa eorum,
„gentes iſtæ ſint timentes Dominum,
„ſed nihilominus & idolis ſuis ſervien-
„tes. Hac de cauſſa alteras miſimus
„Literas Fraternitatibus veſtris, atque
„Miſſionariis, quibus gravioribus ſub
„pœnis demandamus, ut noſtræ vo-
„luntatis ſenſibus, & Decretis obe-
„diant, & opere compleant. Ne vero,
„ut hactenus, unus alterum incuſet,
„& Nos, qui licet præſentes iſthic ſpi-
„ritu, corpore tamen abſentes, ſuſpen-
„ſos incerti nuncii diu retineant, jura-
„mentum ab unoquoque ex Miſſionariis
„propria manu ſubſignandum, expe-
„tere duximus, quo quisque profitea-
„tur noſtris juſſionibus promptam, at-
„que exactam præſtare obedientiam,
„prout latius in iisdem literis contine-
„tur. Hoc etſi tuto Nobis polliceamur
„pro omnium pietate, & religione, at-
„tamen plurimum collatura erit Frater-
„nitatum veſtrarum exempli autho-
„ritas, quoties idem jurisjurandi ſacra-
„mentum, in certum erga S. Sedem,
„& in Nos obſequii veſtri teſtimonium
„præſtitiſſe, atque Nobis miſiſſe, vos

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„intelligant, prout in Domino etiam, „atque etiam obteſtamur. Porro hanc „unam eſſe detegendæ veritatis viam, „unum præſidium ad obſtruendum os „loquentium iniqua, vosmet facile co„gnoſcere non dubitamus: quare Pon„tificiam voluntatem, ceteroquin in „vos propenſam, magis, magisque vo„bis devincietis, ſi induſtriæ, cogita„tioni, ſtudio denique veſtro vim ad„dactis exemplo, nec ſane veremur, „quin eam reverentiam, quam, ſuſci„pientes Epiſcopale munus, huic S. „Sedi, & Apoſtolicis mandatis ſpopon„diſtis, hac tamen opportuna occaſione „explicaturi luculentius eritis, ut quos „ad juramentum proferendum vos ad„digere conſtringimus, ex facto etiam „veſtro obedire præceptis noſtris ar„ctius impellantur, ac vobis Venera„biles Fratres in perpetuum amoris „noſtri pignus Apoſtolicam Benedictio„nem peramanter impertimur. Datum „Romæ apud S. Mariam Majorem ſub „annulo Piſcatoris die 13. Maij 1739.„

Quoniam vero Apoſtolicæ Sedi relatum fuiſſet quosdam Miſſionarios, adhucdum prohibitis ritibus addictos obedientiam detrectare, hinc Pontifex Generales eorum Superiores ſub pœna ſuſpenſionis, privationis vocis activæ & paſſivæ, aliisque gravioribus pœnis, nec,

necnon sub formali præcepto juridice indicto adstrinxit, ut hisce Missionariis literarum nuper a Papa editarum exempla transmittant, eas publicari & inviolabiliter observari præcipiant, reluctantes solemni præcepto in Europam remittant, & intra triennii terminum authenticis documentis Sedem Apostolicam de plena & integra decretorum observantia edoceant, necnon juramenti præstiti exempla proprio unius cujusque Missionarii chirographo munita Sedi Apostolicæ exhibeant: Quis vero inde fructus fuerit collectus, Benedictus XIV. in sua Constitutione anno 1744. die duodecima Septembris edita quæ incipit: *Omnium sollicitudinem* retulit, ut suo loco memorabitur. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXV.

Missio Apostolica a Stanislao Lotharingiæ Duce fundata.

Postquam Stanislaus Lescinskyus olim in Poloniæ Regem electus, nunc vero urgente Ludovico XV. Galliarum Rege ejus Socero, vi pacis Viennensis Anno 1736. die 28. Augusti initæ Lotharingiæ & Barri Ducatum obtinuerat, Anno sequenti Versaliis Lunevillam profectus illius possessionem adiit. Primas eo curas convertit, ut sub-

Sæc. XVIII. A. C. 1729. subditorum suorum felicitatem tam spiritualem quam temporalem pro viribus promoveret, cumque probe nosset, Lotharingios sub pristinis suis Dominis filiorum potius quam subditorum more fuisse habitos, hinc pariter summa mansuetudine & moderatione regimen exorsus est, ut eo facilius illorum amorem in se transferret. Præcipue vero æternæ eorum saluti intentus, hoc anno sacras Missiones per Lotharingiam instituit, atque ad eas octo Sacerdotes nominari voluit, qui tam in urbibus, quam pagis rudes in doctrina fidei & morum imbuerent, & peccatores in semitam Christianæ pietatis reducerent. Hanc in rem Lunevillæ die vigesima prima Maij hujus anni sequens edidit diploma.

Nos Stanislaus Dei Gratia Rex Poloniæ &c. Lotharingiæ & Barri Dux &c. omnibus has inspecturis salutem. „Notum „facimus, quod per Dei Providentiam „ad Ducatus Regimen vocati, omnes „nostras curas eo impenderimus, ut in „diversis administrationis officiis debi„tus ordo servaretur, spe minime du„bia freti, subditorum nostrorum felici„tatem certo hac ratione promotum iri. „Cum autem præcipue his, qui sacris „præsertim & temporalibus necessitati„bus pressi sunt, paterni nostri affectus „spe-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſpecimina præbere decreverimus, hinc „ad utramque hanc ſollicitudinis noſtræ „partem exactius adimplendam nil ma„gis opportunum fore cenſuimus, quam „ſi in perpetuum Miſſionarios inſtitue„remus, qui ſenſim in omnibus ditionis „noſtræ Diæceſibus partim Verbum Dei „prædicarent, partim ibidem eleemo„ſynas diſtribuerent, & ad conſervan„dum pietatis fervorem ac levandas e„gentium neceſſitates ſuas quoque opes „& operas conferrent, præcipue ruri „agentibus, ubi rarior eſt ejusmodi „auxilii copia. Quoniam vero ad ejus„modi functiones Apoſtolicas magis „idoneos, ac quotidianis experimentis „comprobatos cenſeamus Jeſuitas, ideo „hanc curam eorum Zelo committere „ſtatuimus, ut ſub jurisdictione Diæ„ceſanorum Epiſcoporum per ſufficien„tem Miſſionariorum ab eorum Supe„rioribus ſelectorum numerum hæ Miſ„ſiones peragantur. Ad eorum vero „ſuſtentationem, & eleemoſynas, qua„rum diſtributio durante Miſſione illis „erit confidenda, neceſſarios aſſignabi„mus proventus. His igitur aliisque „cauſſis permoti ex certa ſcientia & „ex plenitudine Regiæ noſtræ poteſta„tis & ex beneplacito noſtro decerni„mus.„

I. Ut

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

I. „Ut conventione cum Societati„ „in Campania Provinciali habita, & „ „P. Generali confirmata octo Missionarii „ejusdem Societatis Nancæi perpetu„ „collocentur, qui quovis anno Missiones „obeant consentientibus tamen Episcopis „ex quibus quivis in sua Diæcesi Missio„ „nariorum numerum, loca, & tempus „determinabit, ita, ut eorum quatuor „in Tullensi, & totidem in Metensi „Diæcesi per semestre, altero autem „semestri in reliquis Ducatus nostri Diæ„cesibus subinde & juxta locorum am„plitudinem suis Missionibus vacent.„

II. „Præfato Nanzæiano Collegio „donamus in Parisiensi Prætorio repo„sitam summam sexcenties viginti sex „librarum Gallicarum millium, ita ta„men, ut Missionarii ex hujus summæ „censibus annue decies mille libras in „vere pauperes prout locorum, ubi „Missiones suas agent, Parochi, fun„dorum Domini aliique Viri fide digni „designabunt, in eleemosynam distri„buant, reliquæ autem pecuniæ in „præfatorum Missionariorum & Missio„num sustentationem, conservationem, „itineris expensas & in omnia alia ad „hoc necessaria impendantur.„

III. „Quovis anno in præfatis Mis„sionibus per triduum annuente Epi„scopo

„ſcopo publicæ comprecationes fiant, Sæc. XVIII.
„& quidem prima die Deus exoretur A. C. 1739.
„pro converſione peccatorum, altera
„die pro incolumitate Regiæ Familiæ
„Gallicæ, & tertia pro obtinenda æ-
„terna requie dilectiſſimorum noſtrorum,
„Patris & Matris, pro propria noſtra
„& Reginæ noſtræ anima poſt obitum:
„triplicem quoque hanc neceſſitatem
„Miſſionarii durante ſua Miſſione po-
„pulo impenſe commendent &c.„

§. XXVI.

Status Miſſionis in Perſide ſub novo Rege Kulicano ſeu Schach Nadir.

Jam a primis Regni Perſici auſpiciis Religio Catholica præſertim ſub Sapore I. Valeriano, Sapore II. Warano, Pheroze, Cosroe I. & II. usque ad Heraclium Auguſtum inter cruentas vexationes mirifice adoleverat, quæ tamen Regno pluribus revolutionibus obnoxio varias, plerumque infeſtas ſubierat viciſſitudines, donec tandem ſerenior aura Catholicis afflare videbatur ſub Abba I. Perſarum Rege, qui Anno 1603. Carmelitas Diſcalceatos a Clemente VIII Miſſionarios in Perſidem decretos perhumaniter excepit, eisque Evangelium Apoſtolica libertate prædicandi facultatem

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

tatem indulsit: Insuper novellæ hujus vineæ culturam plurimum promovit celeberrimus ejusdem Ordinis Vir Bernardus a S. Theresia antea dictus Joannes du Val, cujus meritis Episcopatus Babylonensis suam debet originem; ejus enim hortatu Nobilis Matrona Dugué Bagnols Ricovarti Vidua, ut Christianorum saluti per vigilantissimi Pastoris curam optime consultum foret, ad fundandum novum Babyloniæ Episcopatum sexaginta sex librarum millia Romam misit, voluitque, ut collocatis his pecuniis ad montes, ut vocant, pietatis Bernardus primus esset Babylonis Episcopus, ejus vero Successores postea a S. Congregatione de Propaganda fide nominarentur: Juvat præclari hujus Viri gesta succincte, alieno tamen calamo, describere: „Bernardus „a S. Theresia dictus in sæculo Joannes „du Val, natus est 22. Aprilis 1597. in „urbe Clameciaco Agri Nivernensis. „Patruum habuit Joannem Baptistam „du Val Antissiodorensem, Parisiis pro„fessorem & interpretem linguarum „Orientalium, veterum numismatum „studiosum, variisque operibus notum, „qui Anno 1623. rationum domus so„roris Regiæ inspector generalis audie„bat. Avunculum quoque Bernardus „habuit Antonium le Clerc de la Foreſt „uobi-

Suppl. Natal. Alex. Dissert. II. pag. 142.

„nobilem Antissiodorensem, qui Sena- Sæc. XVIII.
„toris Parisiensis recusato munere, sa- A. C. 1739.
„tis habuit esse magister libellorum sup-
„plicum Reginæ Margaretæ, cui mo-
„rienti adstitit, tanta cum pietatis, tum
„eruditionis fama celebris, ut plures
„illius vitæ Authores, cujus exemplar
„habetur in bibliotheca S. Germani Pra-
„tensis, etiam miraculis clarum exhi-
„beant. Duorum illorum ductu Ber-
„nardus magnos in scientiis progressus
„fecit, maxime tamen in virtute, ad
„quam hortamentis, & exemplis præ-
„sertim Avunculi excitatus, exemplo
„tandem affinis Germani le Prince, qui
„dimisso Canonicatu Antissiodorensis
„Ecclesiæ Carmelitarum Excalceato-
„rum amplexus erat institutum, idem
„vitæ genus ambivit, cum habitu Ber-
„nardi a S. Theresia sortitus nomen.
„Novitiorum magistro feliciter usus
„Alexandro a S. Francisco Carmelita
„Discalceato, Nobili Romano, Papæ
„Leonis XI. nepote, & fratre Cardina-
„lis Ubaldini tum in Francia Nuncii,
„piis ejusdem curis ac sollicitudini tam
„prospere respondit, ut vota die 15.
„Martii Anno 1615. emiserit in Con-
„ventu Parisiensi non ita pridem e-
„recto. Eximius subinde verbi Dei
„præco effectus, modo, quo supra,
„nominatus fuit Episcopus. Romæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„sacram unctionem accepit a Cardinali
„Palloto, obtinuitque a summo Pon-
„tifice titulum Vicarii Apostolici Ispa-
„hami regis Persarum Sedis, a quo in
„super Ecclesiæ Cthesiphontanæ Vica-
„tator Apostolicus constitutus fuit. Ubi
„Persidem attigit Anno 1640. 9. Maii,
„quia familiaritate conjunctus erat cum
„Claudio Bernard, dicto paupere Sa-
„cerdote, sepulto in Ecclesia Hospita-
„lis Domus Charitatis apud Parisios,
„ad eum scripsit Epistolam, quæ mor-
„tuum reperit. Subscriptio ejus est
„*Fr. Bernard*, hoc est *Frere Bernard*, non
„vero *Francois Bernard*, ut in vita ejus-
„dem pauperis Sacerdotis anno 1708.
„authore P. Lempeur Societatis Jesu
„presbytero legere est. Ispahamum
„appulit Bernardus 7. Julii 1640. ubi
„diversatus apud Carmelitas, qui jam
„ab Anno 1605. inchoaverant Missionem,
„die festo assumptionis B. Mariæ be-
„nigne auditus a Persarum Rege sta-
„timque hac in urbe Christianis demo-
„rantibus instituendis operam dedit:
„singulis Dominicis rem divinam per-
„agebat, concionabaturque, & posthac
„eleemosynam erogabat quadringen-
„tis & amplius pauperibus Christianis.
„Ut autem facilius rem sibi propositam
„exsequeretur, qua linguas addiscendi
„facilitate pollebat, brevi Persicam ita
„sibi

„ſibi familiarem fecit, ut ejusdem ſcri- Sæc. XVIII.
„ſerit Dictionarium, quod propria ejus A. C. 1739.
„manu ſcriptum fuiſſe teſtatur Annaliſta
„Ludovicus a S. Thereſia pag. 342. Tum
„igitur cum Perſis ſermonem habuit,
„quibus utpote ſcientiarum avidis Chri-
„ſtianæ Religionis Myſteria inſtillabat,
„caute rejectis, quæ profitebantur ca-
„pitibus. Sic multos idololatras con-
„vertit, in quibus unum Regi gratio-
„ſum tum ob genus illuſtre, tum ob
„animi dotes ſacro fonte abluit 18.
„Aprilis 1641. nominavitque Paulum
„Armandum; Paulum ſcilicet, quia
„præſertim S. Pauli Epiſtolis converſio-
„nem debebat; Armandum vero, quia
„Cardinalis Richelius Bernardo profi-
„ciſcenti ſignificaverat, velle ſe Miſſionis
„hujus protectorem haberi. Tanta de-
„nique Bernardus apud Perſas autho-
„ritate valuit, ut qui pueros, ægros, &
„moribundos habebant, eos precibus
„ejus commendarent, imo ſi ſanitatis
„ſpes non eſſet, ejus omnimodæ com-
„mitterent poteſtati, unde fiebat, ut
„clam eos baptizaret, & ſi convaleſce-
„rent, Mercatoribus Chriſtianis trade-
„ret inſtituendos. Quin etiam conti-
„git, ut quum parentes id ab ipſomet
„audiiſſent, Baptismi formam addiſcere
„voluerint, quo ſuos animam agentes
„pueros noctu baptizarent, & ex illis

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„plures hoc Sacramentum sibi conferri „efflagitaverint. Plurimos etiam Schis„maticos Christianos, quos vocant Ar„menios, Jacobitas, & Nestorianos „Catholicæ veritati restituit eo facilius „quod iis sacramenta conferret gratis, „& maxime sacramentum Pœnitentiæ, „cum ab eorum Sacerdotibus nonnisi „multo pretio pro peccatorum numero, „& qualitate conferretur. Verum cum „aliquando Christianum, quo usus fu„rat interprete, propter vitam diffolu„tam cubiculo inclusisset, ne corrum„peret alios exemplo, hic obtinendæ „libertatis gratia profitens se Mahome„tanum, submonuit *Muphti*, ut eum „liberaret e domo *du Calife*, sic appel„labant Episcopum Bernardum, alio„quin ipsum in die judicii accusaret. „Illum itaque *Muphti* eduxit, missis „Satellitibus armatis, qui comprehen„sum simul Episcopum sistendum pro „tribunali *Muphti*, injuriis affectum, „tribus sauciarunt ictibus acinacis, quo„rum ei stigmata, quoad vixit super„fuere; quem & plane interemissent, „nisi ex eorum manibus ereptum, re„gius Minister in suam domum dedu„xisset. Ne sic tamen avocatus est a „proposito Bernardus; cæpit enim de „Missionibus Regionis perquirere, quas „cum ingentes reperisset, sed operarios

„de

„deficere, in Franciam rediit, ut de „omnibus cum Cardinali Richelio col- „loquium haberet, & Seminarium ex- „trueret, in quo plures adoleſcentes „bonis moribus & ingenio præditi e- „docerentur linguas & ſcientias, mit- „tendi poſtea in Perſidem ad inibi fi- „dem Catholicam diſſeminandam. De- „functum reperit Cardinalem Bernar- „dus; quamobrem ſolus operam navare „conſtruendo Seminario compulſus, „Anno 1643. ædes atque aream in vico „Pontonis ſuburbii S. Germani compa- „ravit, quibus contigua platea *Baby- „lonis* ab eodem Epiſcopo ſortita eſt „nomen. Biennio poſt illum ob infir- „mitates ab aſſidua in ſua Diæceſi præ- „ſentia liberum fecit ſummus Pontifex, „indulſitque coadjutorem Placidum Lu- „dovicum du Chemin Monachum Be- „nedictinum, quem Epiſcopum Neo- „cæſareæ nominavit. Cum autem „Anno 1647. Rex in ſuam poteſtatem „Catalaniam redegiſſet, illuc miſſus „Bernardus cum titulo omnium Regis „Conſiliorum Aſſeſſoris, ad obeunda „Epiſcopalia munia pro indigenis, qui „receſſerant, Epiſcopis, quam fideliſ- „ſime adimplevit provinciam cum „ad animarum ſalutem, tum ad regiam „ſtabiliendam authoritatem. Pariſios „redux in unam ſe recepit Seminarii

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„domum, ubi ſolitarie admodum vixit, „nec minus parce, quo res Seminarii „melius promoveret, huic tam bene „affectus, ut ingraveſcente ætate An„no 1663. quæ comparaverat in vic„Pontonis Congregationi Miſſionum „exterarum dederit, ſub penſione tri„mille librarum ad vitam, & poſt „mortem mille librarum pro denomi„natis in ea pactione, quæ Regi pro„bata, in commentarios Senatus Pa„riſienſis hoc anno die 7. Septembris „relata eſt. Suaſit autem & huic Con„gregationi Bernardus, ut cum Epi„ſcopis Babylonis perpetuam iniret ſo„cietatem. Denique obiit Lutetiæ Se„ptuagenario duobus annis major An„no 1669. 10. Aprilis, poſtridie ſepul„tus apud Carmelitas Excalceatos, „cor tamen delatum eſt ad Seminarium „Miſſionum exterarum, ubi in Epi„graphe *Cor Apoſtolicum* vocatur.„

Percelebris hujus Epiſcopi Babylonenſis Succeſſores erant idem Placidus Ludovicus du Chemin, Franciſcus Picquet, de Saint-Olon Theatinus, Du Galiſeon, ac denique Dominicus Maria Varlet, qui quidem ſacratus fuerat Babylonis Epiſcopus, & in Perſide Vicarius Apoſtolicus, paulopoſt tamen, uti ſupra meminimus, a Papa Diæceſin adire prohibitus, Ultrajectum ſe recepit; in

in cujus ergo locum electus fuerat P. Emanuel a S Alberto dictus antea Balliet Carmelita Excalceatus, qui Anno 1743. die vigesima sexta Novembris annos natus quadraginta & unum in Episcopum sacratus, Bagdati & in Persida summo labore ac vigilantia Vineam Domini per triginta annos excoluit, ac demum Anno 1773. Babyloniæ beato fine quievit. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Postquam vero Kulicanus supremus Persicæ militiæ Præfectus, capto Ispahano & Babylone pluribusque aliis Urbibus totam Persiam recuperabat, relictoque Tamæ Regi nonnisi inani titulo, Regnum summa ac independente cum potestate moderabatur, assumpto *Scach Nadi* nomine, tunc Religioni Catholicæ majus accessit incrementum; quippe illam Is ejusque Sectatores ampliori quam ceteri Persiæ Reges favore prosecutus, publico edicto Christianis fidei libertatem concessit, & anno priori Legatum Romam decrevit, qui a suo Rege datas literas summo Pontifici porrexit, fidemque fecit, Viris Apostolicis a Papa missis ac mittendis plenam fore Religionis libertatem, eisque semper Regium patrocinium potenter impensum iri: Accepto demum responso, quo Pontifex gratum suum animum, indeque conceptam lætitiam summa hono-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

rum, paternique affectus teſtificatione profitebatur, Legatus ad Franciæ Regis Aulam contendit: Kulicanus vero promiſſi ſui tenax, quantum averſionis erga Perſicam & Armenam ſectam oſtenderat, tantum favoris Religioni Catholicæ impendit; illam quippe contra Schismaticos Armenos, quos Miſſionariis Catholicis per Regnum diſperſis ſumme infenſos eſſe noverat, ſtrenue ac fortiter protexit, cumque hi ſectarii Catholicorum numerum per Miſſionarios indies augeri ægris oculis aſpicerent, ac propterea in Iſpahanenſis Metropolis ſuburbio congregati novas identidem calumnias in Catholicos excogitarent, ingentemque pecuniarum vim in ſperatam Catholicorum perniciem Regi offerrent, Hic aurum omne generoſo animo reſpuit, & fallaces Armenorum machinas egregie eluſit. Pari benevolentia Catholicos quoque, eorumque Epiſcopum Iſpahami, ubi regium ſuum Palatium ſedemque fixerat, proſecutus eſt, hacque fidei libertate fideles ſub ipſo quoque Rege Schach Adil ejus Succeſſore fruebantur usque ad annum Domini 1758. quo P. Cornelius a S. Joſepho Carmelita Excalceatus patria Mediolanenſis die ſecunda Octobris in Iſpahanenſem Epiſcopum inauguratus eſt.

§. XXVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

§. XXVII.

Varii libri auctoritate publica proscripti.

Hoc item anno Franciscus Magnus Etruriæ Dux in Liberos Murarios severius inquiri, & hortante Nuntio Apostolico decretum promulgari jussit, vi cujus in omnes hosce fanaticos Nugatores, qui in toto Ducatus ambitu existerent, conventicula agerent, aut gravi suspicione gravati essent, judicii acta instruendi facultas, Sacræ Inquisitioni data est. Ipse etiam Pontifex Doctorem Crudelium damnatæ huic sectæ adscriptum ad S. Officii carceres abduci præcepit, & Cardinalis Guadagnius Urbis & Orbis Vicarius per suos satellites cunctos domus angulos pervestigari juffit; id vero, cum Nobilis quidam præsentiret, omnia scripta, quibus detectis capti causa longe pejor fieret, clam ad securum locum transferri curavit. Non deerant tamen (& quæ causa adeo mala, & sententia adeo absurda inveniri potest, quæ Patrono careat?) qui proscriptæ hujus Societatis mysteria defendere auderent, & *Apologeticam ac Historicam relationem de Liberorum Murariorum Societate* in vulgus spargerent. Eo autem com-

Sæc XVIII
A. C. 1739

comperto Clemens Pontifex Romæ in foro publico ante Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam ferale pegma erigi, & carnificis manu præfatam Apologiam, necnon alium librum, cui titulus: *Vera miracula famosi Gallici Abbatis Parisii* publice comburi jussit. Præterea ejusdem Pontificis mandato ac consensu Sacra Romana Inquisitio per specialia decreta plures noxios libros atro stigmate notavit, & quidem die decima tertia Aprilis *Acta Ecclesiæ Ultrajectinæ exhibita in defensionem Archiepiscopi & Capituli ejusdem Ecclesiæ adversus scriptum Archiepiscopi Mechliniensis.* Eodem die per speciale Breve Clementis Papæ & postea per S. Inquisitionis decretum proscripta est *sententia Parlamenti supplementis scriptum sub titulo: Canonisatio Vincentii a Paulo*, necnon *Matthæi Breverii dissertatio de populorum veterum ac recentiorum adorationibus.* Eandem sortem subiit Thomæ Burneti *Theoria Sacra telluris:* necnon Israelis Theophili Canzii liber, inscriptus: *Philosophia Leibnitianæ & Wolfianæ usus in Theologia*, quod opusculum rursus Anno 1753. die decima sexta Maij proscriptum fuit. Die autem decima octava Februarii confixus est Montgeroni Enthusiastæ liber, cui titulus: *Veritas miraculorum, quæ per intercessionem D. Pa-*

ridis,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ridis, aliorumque Appellantium fuere patrata. Pariter die decima tertia Aprilis notati fuere hi libri I. Radulphi Cudworthi *Syſtema intellectuale hujus univerſi* II. *Ceſellius Filomeſtiges* III. *Hugonis Grotii Manes ab iniquis obtrectatoribus vindicati.* IV. *P. Joannis Harduini S. J. opera varia, item opera ſelecta.* V. *Henrici Heuel officium B. V. Parallelometricum unacum litaniis.* VI. *Henrici Kippingii Antiquitates Romanæ & notæ ac ſupplementa ad Epitomen Hiſtoriæ Eccl. Jo. Pappi.* VII. *Diſſertationes X. Theologi Lovanienſis de locis Theologicis.* VIII. *Commentationes Hiſtoricæ ad Hiſtoriam Inquiſitionum.* IX. *Newtonianismus pro fœminis Nobilibus.* X. *Martini Ortizii Caducus Theologius & Criſis pacifica de examine Thomiſtico* XI. *Emanuelis Schwedenborgii Principia rerum naturalium.* XII. *Syſtema veterum & recentiorum circa ſtatum animarum a corporibus ſeparatarum.* XIII. *Thymoleon adverſus improbos literarum, bonarumque artium oſores Menippea.* XIV. *Joannis Tillotſon ſermones de vario argumento.* XV. *Petri Zornii Hiſtoria Euchariſtiæ Infantium.*

Eodem hoc anno in Herbipolenſi Urbe ſine Auctoris, typi aut typographiæ loco divulgabatur quidam liber ſub hoc titulo: *Brevis notitia Monaſterii B. V. M. Ebracenſis, ſacri Ord. Ciſtercienſis*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

cienſis in Franconia ex probatis Auctoribus tum impreſſis, tum ſcriptis, ex originalibus diplomatibus, antiquis documentis & ſcripturis deſumpta, & in hunc ordinem redacta, a quodam ejusdem loci & Ordinis Religioſo Anno 1738. Cum autem Fridericus Carolus Comes de Schönborn Herbipolenſis Epiſcopus ac Franconiæ Dux Eccleſiæ ſuæ jura, & honorem graviſſime hoc ſcripto læſum, laceſſitumque arbitraretur, die vigeſima Aprilis hunc librum proſcripſit edito hoc decreto:

„Cum ab Ebracenſi Diæceſis ac Her„bipolenſis Principatus Monaſterio liber „quidam ſub titulo *Brevis notitia* &c. „contra Sacra & profana jura, necnon „S. R. Imperii ſtatuta, aliaque decreta „ſine Authoris, Impreſſoris ac typogra„phiæ nomine & absque Epiſcopi aut „territorialis Domini cenſura in huiate „Epiſcopali ac Ducali Metropoli, nec„non paſſim in ejus Principis ditionibus „diſtributus, divulgatus, ac ſtudioſe „diſtractus fuerit, hicque ex allatis ille„galitatibus ſeveriſſimæ pœnæ obnoxius „ſit, aliunde vero in præfato libro non „modo piæ memoriæ Prædeceſſores „hujus Diæceſis & Principatus Epiſcopi „ac Imperii Principes acerbiſſime ac „ignominioſiſſime proſcinderentur, & in„ter alia convitia *ceu iniquiſſimi Detentores,*

„tores, *Spoliatores*, *Usurpatores*, *& violenti direptores* &c. imo & tanquam inhumani & Barbari haud toleranda temeritate traducerentur, sed etiam eorum Episcopalia & Territorialia jura Regalia, jurisdictio ac potestas scelleratis, petulantibus, & a Monasterio, quod Episcopali ac territoriali eorum jurisdictioni subjectum est, haud toleandis probris impeteretur: Eapropter Celsissimus Princeps, quantumvis Abbati & Ebracensi Monasterio hucusque exhibitam toties clementiam ac benevolentiam imposterum quoque imperiri omnino propensus sit, nihilominus impulsum coactumque se sentit, quæ ad debitam animadversionem necessaria sunt, adhibere; non enim permittere, aut impune abire licet, ut ejusmodi probris, calumniis & mendaciis turgidi libelli in Episcopalibus, ac territorialibus terris proterve divulgentur, ac tot injuriosæ, crassæ, & præjudicios falsitates, totque imputationes omnino falsæ spargantur, ac propagentur. Hac de causa serio ac districte Celsissimus Princeps præcipit, ut propudiosus hic & calumniosus liber, postquam præsens hoc clementissimum mandatum fuerit prælectum, præconis voce in Herbipolensis Urbis consuetis locis proscribatur, dilacere-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„tur,

Sæc. XVIII A. C. 1739.

„tur, & reservato in illius Auctorem & „Typographum judicialiter procedendi „& debitis pœnis animadvertendi jure, „tanquam temerarium, calumnioſum „& probroſum ſcriptum in omnibus Epi„ſcopalibus ac territorialibus terris pro„hibitum ac proſcriptum ſit, nec ſub „graviſſimis pœnis invehi, divendi, „aut alias divulgari vel diſtrahi a quo„quam poſſit, ac inſuper quivis Dioe„ceſanus, ſubditus ac incola, qui hunc „librum apud ſe detinent, illum intra „triduum ad Epiſcopalem Curiam ſine „ulla tergiverſatione deferant &c.

Sub idem quoque tempus P. Bonjeau S. J. Pariſiis librum edidit, cui titulus: *Philoſophicum tentamen de animabus Brutorum, cum approbatione & Privilegio Regis.* In eo Auctor Brutis, quorum animas eſſe malignos Spiritus fingit, vim cognoſcitivam, loquelam &c. attribuit; ſuum autem ſyſtema fundat in eo, quod quidem Angeli pravi mox poſt lapſum ad infernum fuerint damnati, fide autem deciſum non ſit, quod jam nunc hanc pœnam ſuſtineant, ſed quod ea ad extremum judicii diem differatur, nunc vero homines ſeducant, eorum corpora obſideant &c. idque pateat ex Matth. 25. v. 41. & cap. 8. v. 29. Ep. Jud. v. 6. ne vero tot ſpiritus eſſent otioſi, ex iis quos-

dam

dam Deus uti animalia ad hominis obsequium, & majorem spirituum horum humiliationem creaverit, quæ tamen ob mediocrem magisque imperfectam organizationem etiam imperfectiores, quam homines, actus exercere possint, proin mirum non sit, quod hæc animalia cogitare, aliqua cognoscere, sentire &c. valeant, & tales spiritus post mortem animalis in aliud animal transmigrare queant. Profitetur quidem Auctor, quod ipse ita non sentiat, sed duntaxat, ad fallendum tempus exponere voluerit, quid hac in re luxuriantis ingenii homines excogitare possent: attamen vix hujus libri monstrum publicam aspexerat lucem, cum illico communes audirentur querimoniæ & offensiones, præcipue quia Author in libri fronte falso exposuisset, illum cum Regis privilegio & approbatione prodiisse. Eapropter Parisiensis Cancellarius omnia illius exemplaria non modo auferri ac supprimi, sed & in illius Auctorem solerter inquiri jussit: Postquam igitur & præfati Patris calamo hunc libellum profluxisse, detectum fuerat, ejus Superiores illum Parisiis ad Flechiense Collegium amandarunt, eumque ad retractandum, damnandumque hoc commentum compulerunt, nihilominus hic Auctor anno sequenti in Epi-

Sæc. XVIII A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739. Epistola Parisiis edita atris omnino coloribus depingebatur, ejusque liber in Anglia solide refellebatur.

§. XXVIII.

Historia de secta Inspiratorum.

Jam anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto in Hispania ortum habuit diabolica secta, quæ se *Illuminatos* vocabat, & ex Molinosii commentis aliisque deliramentis ingenii somniis conflata erat: Hæc Hispaniæ terris eliminata in Gallias & præcipue in Picardiæ Provinciam transmigravit, ubi tamen circa annum prioris sæculi trigesimum quintum a Ludovico XIII. Rege ad nihilum ferme redacta fuit. Hujus reliquiæ in Anglia, communi omnium sectarum asylo, sedem fixere; mutatoque solo nomen quoque & errores mutarunt; quippe semetipsos nuncupabant *Inspiratos*, eo quod se specialiter a Deo inspiratos, atque ad id præcipue vocatos mentiebantur, ut Regibus, Gentibus & Urbibus extremum denuntiarent excidium, nisi quieto & interno influxu in occultam Dei substantiam penetrare niterentur: Jactitabant insuper, sibi inditam esse virtutem mortuos post triduum ad vitam revocandi, se esse veros

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

veros prædeſtinatos, a Rege Regum tanquam ejus Prophetas ad docendum populum emiſſos; fingebant ſe eſſe prophetiæ dono præditos, hocque nomine horrendas evomuere Blasphemias, & varia læſæ phantaſiæ commenta ridiculis enthuſiasmis, & fanaticis ſpurcitiis commixta in vulgus ſparſere. Id tamen in hoc malitiæ figmento, neſcio an magis mirandum, vel miſerandum erat, quod quamvis eorum inſana petulantia ac ſtoliditas manibus palpanda eſſet, nihilominus non modo ex rudi plebecula quamplurimos haberent ſectatores, ſed etiam honorati, divitesque Viri eleemoſynis in eorum ſuſtentationem liberaliſſime effuſis ſeſe pene ad egeſtatem redigerent.

Inſuper aucto eorum numero etiam ineunte hoc ſæculo in Germaniam infauſto prorſus ſydere penetrarunt, cumque apud Catholicos recipi deſperarent, ad Iſenburgenſes Calviniſtas confugerunt, ac propterea ſeſe Fratres *Iſenburgenſes* appellitarunt. Inde vero ſeſe in plures alias Urbes diffuderunt, ſub Magiſtro ſuo Joanne Friderico Rock Ephippiario, qui ſe jam a viginti retro annis ſpiritu inſpirationis afflatum mentitus, plures libros fanaticis deliriis turgidos edidit, & unacum ſuo fratre aliisque aſſeclis hoc anno die decima

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

sexta Januarii Himbachium pervenit, ubi cum Fratribus, in quos Biponti, Meiſſenheimii & alibi pœnarum ſeveritate animadverſum erat, conſultabat, atque in deliberationem adducebat, an vexatos hos fratres Homburgum vel Neowidum transplantare conſultum foret: Porro hujus Enthuſiaſtæ petulantia in factis & verbis ad horrorem usque excrevit: nil enim familiarius habuit, quam blasphemis his uti verbis: *repente in commotione ſpiritus hoc Dei verbum & teſtimonium ad me: Deus per me loquitur: hæc locutus eſt Dominus &c. Ego ſum ſupremus & Altiſſimus, Ego ſum, qui erat & erit, teſtimonium meum eſt verbum per ſe ſubſiſtens, Verbum ſemetipſum pronuntians &c. ex ſenſibus exeundum in interiora, connitendum ad internam & tranquillam devotionem, paſſionem & attentionem, amplectendam eſſe charitatis abyſſum, moxque pacatos afflatus ſubſecuturos, &c.* hæc pluraque alia deliramenta, cunctaque inter ſe geſta hi fanatici collegerunt, typisque publicis vulgarunt, unacum epiſtolis, quas Comes Sinzendorffius, omnium Fanaticorum atque Heernhutenſium Patronus & Caliſa longe celeberrimus, ad Rockium, Neumannum aliosque hujus furfuris homunciones perſcripſerat, atque eos ad ſuam novam Societatem invita

vitaverat, & quidem tam humanis verbis, ut etiam ab eo nonnisi in secunda Persona salutari peteret, huncque Ephippiarium, ut recens natæ suæ Filiæ Patrinum agere dignaretur, rogaret; attamen repulsam tulit, caussante hoc Propheta, se aquæ Baptismum flocci habere, nihilominus Comes Rockium suosque ad novam Heernhutanam Ecclesiam recepit, & habito frequenti literarum commercio eidem sæpius contestatus est, quod ipsum tenerrimo affectu prosequeretur, ipsius gratia frui anhellaret, millies ac millies ipsius dexteram deoscularetur, ipsumque tanquam pretiosum gratiæ vas coleret, ac denique eum tanquam Con-Seniorem habere desideraret: Attamen gratiosis hisce S. R. J. Comitis invitationibus ruditer respondit sordidus hic Ephippiarius, se pro oblata dignitate grates habere; nimis enim cor suum molle ac tenerum esse, ut castigatoris munus obiret: Nec tamen inde offensus Comes, ipsum ejusque Fratres in novam suam sectam cooptatos fuisse, summopere gloriabatur, datisque ad eum literis compellabat: *suum ex intimo corde dilectissimum Fratrem, fidelem Domini Salvatoris Socium, & charissimum suum Fratrem, cui omnibusque ejus Fratribus & Sororibus manus & pedes de-*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739

oſcularetur, minimus ejus Frater Sinzendorffius: Poſtea Comes Herrnhutranum inſtitutum, liturgiam, Baptismum, Cænam, confeſſionem & abſolutionem in alia epiſtola propugnans, inter alia ad ſuum Rockium ſcripſit: *Nos Lutherani, Calviniſtæ, & neſcio, quinam adhuc alii Chriſtiani hic morentur, nos omnes ex corde profitemur, quod hic panis ſit verum Corpus Chriſti* &c. Viciſſim Inſpirati fraternam epiſtolam ad Herrnhutanos transmiſere, hosque *ſuos Fratres & Sorores, necnon dilectum gregem Sociorum illius, qui animas noſtras diligit* appellitabant, certosque reddebant, quod *eorum Societas illos in cordis centro retineat, eisque gratulatur, quod Deus ad eos miſerit digniſſimos Viros Dippelium & Carlium, quos ſpeciatim venerarentur, eosque in Chriſto deoſcularentur.* Ipſius quoque Rockius unacum Neumanno & Neunio die duodecima Auguſti ex Auguſtana Urbe evocatus, Herrnhutum profectus eſt, ubi in primo ſuo conciliabulo Herrnhutanos ita alloquebatur: *Id vobis declaro (inquit æterna charitas) rem adhuc nimis lento & tepido pede procedere, intimius ac profundius in ſubſtantialem abyſſum penetrare debetis.* Hanc correptionem Comes venerabunda ſubmiſſione excepit, conteſtatus, hoc inſpirationis verbum eſſe inſtructionem Divi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Divinam per ministerium Angelorum eis denuntiatam, proin omnino recipiendam. Habebantur plures ejusmodi conventus, in quibus præcipue Rockius verba fecit, proxima autem die Dominica Herrnhutanus Præco nomine Rothenus, cum Ephippiarii eloquentiam suæ auctoritati nocivam fore pertimesceret, Concione habita eidem in non paucis articulis adversabatur, mox autem altera die Rockius in æmulum suum horrendas imprecationes effudit, solitisque verborum præstigiis Auditorum animos in se solum convertit. Paulopost Comes cunctos hos fanaticos lauto excepit convivio, quo absoluto craterem vino plenum afferri jussit, & in fratrum sanitatem his verbis bibit, *ad novam & æternam societatem, in amore Christi Jesu*, quibus dictis Rockius interrogabat omnes, utrum cum eis perpetuo fœdere juncti vivere & mori vellent? dum Comes affirmando omnium nomine respondet, Rockius craterem ebibit, ac vehementi inspirationis spiritu correptus declamabat contra superfluos ritus, externos strepitus, inanes imagines, aliasque externas Herrnhutanorum actiones &c. Nihilominus Comes suis expensis sordidos hos fratres Lipsiam usque curribus deduci curavit. Horum demum absentia fatuus

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

hujus amicitiæ ardor plurimum refrigeruit; primus enim Comes data ad Neumannum epistola in Inspiratis plurima carpebat: Rockius vero vices repensorus, non pauca prorsus absurda Comiti exprobrabat, ac velut spiritu Dei actus Herrnhutanos depingebat ceu homines, qui nonnisi paleas seminarent, exsecratum essent Babylon, cum Hypocritis mercedem habentes, & qui contra Babylonis Cænam, Ecclesias, Altaria, Baptismos &c. testimonium ferre non possent, ac propterea de eis dictum: *ne commiscearnini cum illis* &c. Hæc prima erant inter nobile hoc Par Fratrum dissensionum semina, quæ postmodum in propudiosum calumniarum incendium erupere; cum enim Comes Mariaborni in ædibus Neumanni, qui cum Rockio collidebatur, diverteret, & hunc nequidem ad suum alloquium admitteret, econtrario autem ad iteratas Inspiratorum literas ad ipsius invidiam sedulo responderet; inde plurimum exacerbatus Rockius, datis ad Comitem literis eidem suam ambitionem, qua in Würtenbergensi Ducatu Præposituram prensabat, durioribus verbis exprobravit, & Herrnhutanos tanquam abortivos, generationem adulteram, calumniatores, legis transgressores, versipelles &c. eorumque Conventus Sathanæ

thanæ Scholam appellavit, viciſſim & Herrnhutani Inſpiratis exprobrabant, quod ſectæ ſuæ Magiſtros eo ipſo tempore ſelegerint, quo carnalibus ſpurcitiis palam vacaſſe deprehenſi fuiſſent, quodque horrendis convulſionibus, corporis geſticulationibus, ridiculis agitationibus & vultus contorſionibus Verbo Divino palam contrariis populum ſeducerent, aurum ex crumena pollicerent &c. denique tam hi quam illi non ſine æterna eorum confuſione ac contumelia fateri cogebantur, ſe mutuis dolis, fallaciis & mendaciis fuiſſe deceptos, turpiter illuſos & ab omni vanitatis vento fæde circumactos fuiſſe. Sub idem quoque tempus paris ferme furfuris ſecta in Oriental: Friſia viguit, cujus Auctor erat Henricus Janſan ruſticus, qui ex Lutherano in Calviniſtam, & demum in Fanaticum ſomniatorem & Blasphemum Impoſtorem degeneravit. Hic trinas in Deo Perſonas, Divinitatem in Chriſto, & divinum eſſe in Spiritu ſancto pernegabat, mundum vero ab æterno conditum, homines probos eſſe Angelos, malos autem dæmones, nec hominem, ſed Deum per hominem peccare, & alia ſexcenta prorſus impia ſomniabat deliria, & nihilominus poſtquam etiam ab Emdano Magiſtratu exulare juſſus eſſet, plus-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

quam nongentos numerabat suæ dementiæ Sectatores, qui sese *libertinos* vocitabant, & blasphema Parentis sui dogmata impune propugabant. Talem nempe fructus progerminavit fæcundæ novæ reformationis arbor, ex cujus radice pullularunt dignissimi rami alterius novæ Societatis, quæ, dum illam Principes publicis atque severissimis edictis novissime eradicare moliebantur, has pœnas non in suos Socios, sed in Illuminatos, seu Inspiratos fuisse vibratas spargebat: cum autem in illis terris nequidem fanaticæ hujus sectæ umbra exstet, ridiculum hoc malæ caussæ & conscientiæ effugium non sine ludibrio exceptum creditumque est, quod novæ hujus Societatis Alumni forte ideo publicæ severitatis tela a se in Inspiratos retorquere voluerint, eo quod hi eos quodammodo in suis somniis & deliriis ad invidiam superarint. Attamen (ipsorum pace dictum sit) & hi in fingendi, delirandi & somniandi arte ipsis proxime accedere videntur: consulatur, quæso, anno primum hujus sæculi quadragesimo primo Francofordiæ Andræanis literis excusus novus Constitutionum Codex pro veteri ac veneranda Liberorum Muratiorum Societate, ubi auctore Joanne Anderſono hujus sectæ origo a prima hujus mundi

mundi fabrica repetitur, & antiqua murandi ars a Gothis deſtructa demum in Italia recens reſuſcitata fingitur, Nemrodus primus Ordinis in Italia Magiſter, ejus vero Succeſſores Salomon, Cyrus, Seleneus, Auguſtus Cæſar usque ad Gothicam devaſtationem denominantur &c. Taceo præ nauſea, referre cetera commenta de eorum ſtatutis tam novis quam antiquis, de eorum eleemoſynis, de eorum officiis &c. aliisque ridiculis næniis, quas ab honeſto, ne dicam, prudenti Viro adoptari poſſe, vix credibile videtur, & tamen eodem anno hic idem Codex ſeu verius fabula & ſomnium a Michaele Blochberger Lipſiæ ſynoptice recuſum prodiit; ſed quid aliud inde colligi poteſt, quam ſub nova hac ſocietate notivum, quod manifeſtare nolunt, latere myſterium; forte prima ad univerſalem Monarchiam fundamenta jacere moliuntur? forte ideo ſupremis ſuis Magiſtris parem cum Salomone, Julio Cæſare, & potentiſſimis Regibus ac Principibus poteſtatem nullis limitibus circumſcriptam attribuunt, eis leges condendi, monetas cudendi, ad honores & dignitates a Regibus & Principibus nomine duntaxat, non autem amplitudine diſtinctas evehendi jus poteſtatemque vindicant? Quis non merito ſuſpi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

cetur, illos tantummodo eo fine elee-mosynas distribuere, ut famelicos Nobiles & plebem ad suas pertrahant partes, eorumque numerus ad tantas excrescat vires, ut ipsos etiam Reges ac Principes e solio deturbare possent? Gloriantur, quod jam Principum, Nobilium, Procerum, Aulæ Ministrorum quamplurimos, aliosque dignitate & auctoritate potentissimos sectæ suæ Albo adscriptos, ac indissolubilis juramenti nexu colligatos numerent (*). Si ita est, nonne per eos late apertam habent januam, stratamque viam ad Regni arcana, publica pacis, bellique negotia, archivia, Statuum Regimen &c. quid pronius, quam ut hujus subsidiis aucti in suis privatis conventibus & colloquiis super Statuum ac Principum ruinas magnum Monarchiæ suæ ædificium potentes hi Murarii erigant, de Principe sibi minus propenso, si id Societatis incolumitas deposcit, de medio tollendo, de Regno in Regnum transfe-

(*) Viguit jam Sæculo XIV. præcipue in Burgundia excellens Societas, quæ ab *insana Matre*, (La folle Mere) nomen adoptabat, cujus quoque Sodales, id est insani Filii multos Magnates & Principes (nec id mirum; stultorum enim infinitus est numerus) aggregatos esse gloriabantur. Vid. mem. a l'Hist. Fete de Foux par M. Tillot,

ferendo, extirpanda hæreditaria ſobole &c. deliberent &c. ac demum Chriſtianam Religionem, quæ ſola tot malis impune perpetrandis obicem ponit, vilipenſis, emunctis, oppreſſis, ejectisque Paſtoribus ſenſim eradicare adlaborent? Utinam vani hi eſſent timores. Sæc. XVIII. A.C. 1739.

§. XXIX.

Hiſtoricum ſpecimen de Incertitudine vocationis divinæ Prædicantium.

Nil in vera Chriſti Eccleſia certius, magisque exploratum eſt, niſi quod nullus ſibi ſumat honorem ſacri Miniſterii, niſi qui ſit a Deo vocatus; ipſemet enim Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut fieret Pontifex atque ſacrificium offerret pro populo; omnis quippe Pontifex aſſumptus quidem eſt ex hominibus, & pro hominibus; non autem ab hominibus, ſed a Spiritu ſancto, qui poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, & conſtituere illos in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerrent dona & ſacrificia pro peccatis. Neceſſe eſt igitur, ut omnes, qui veri veræ Eccleſiæ ſunt Sacerdotes, ab Epiſcopis per Spiritum ſanctum conſtitutis vocati ac miſſi ſint; ſicut D. Paulus ex inſtitutione Chriſti Titum *Cretæ reliquit, ut conſtituat per Civitates Presbyteros* ut autem

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

temrveri ab intrusis ac spuriis dignoscantur, seu (prout ait ipsemet Hobbesius ex Protestantium grege unus) *ut illis fides apud populum habeatur, sciatque inde populus missos illos esse a Deo*, suæ missionis tesseram, vel si ita loqui fas est, patentes literas & signum habeant, necesse est: Eapropter ipsemet Lutherus Mülhusano Senatui suasit, ut si Thomas Münsterus signo aliquo evidenti comprobare non poterit, sibi a Deo docendi munus fuisse demandatum, tunc illum tanquam falsum Ministrum repudiaret. Inde pariter inferri videtur, pro signo & tessera Divinæ vocationis haberi non posse 1. quod talis Minister se ipsum non intruserit; etli enim se vocatum dicat, vocationis tamen suæ signum insuper exhibere debet, II. quod sit a Principe, Magistratu vel populo vocatus; quippe ut tali homini apud Principem, Magistratum & populum fides habeatur, prius talis homo signum certum habeat necesse est, ut inde Princeps, Magistratus & populus sciat, hunc hominem non ab ipsis sed missum esse mediate a Deo. Tale autem signum ac tesseram suæ vocationis, cum non habuerit Lutherus, & quidem nec distinctius ac certius, quam non item Calvinus, Zwinglius & ceteri Novatores adducunt, in eorum Ecclesia ad hunc

De Civit. Chr. c. 37. pag. 204.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

hunc usque diem nullus est Præco, qui suæ vocationis veritatem divino testimonio, certoque ejusmodi testimonii signo comprobare valeat (*). Unde non raro accidit, ut mota de ejusmodi vocatione controversia pro genii affectusque diversitate talis Præco nunc divina vocatione pollere, nunc carere judicatus fuerit. Tale specimen suppeditat Erfordiense Synedrion; Res sic se habuit: hoc anno Joannes Michael Langguth Erfordiæ, ut vocant, Diaconus die vigesima Junii obierat, in ejus locum a potiori populi parte subrogatus est Joannes Martinus Kirchner non ita pridem electus alterius Templi Diaconus. Attamen hic Erfordiensi Magistratui minus erat acceptus; nihil ergo expeditum magis, promptiusque erat, quam asserere, hujus Viri vocationem pro Divina non esse habendam, ac pluribus ex titulis fuisse illegitimam, E contrario illi, qui hunc Præ-

(*) Ipsemet Lutherus comm. II. in cap. 1. ad Galat ait, quod Apostoli immediate vocati fuerint ab ipso Christo, Apostoli postea vocaverint suos discipulos, ut Paulus Timotheum &c. Qui deinde Episcopos ut Tit. I. Episcopi suos Successores vocaverint, eaque vocatio duraverit usque ad nostra tempora & duratura sit usque ad finem mundi, hæc Lutherus.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Præconem postularunt, hujus electioni nullum omnino vitium interveniſſe, proin illius vocationem eſſe Divinam acrius contendebant. Quælibet litigantium pars in ſuæ opinionis fulcimentum S. Scripturas, libros Symbolicos, privata Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtatuta, conſilia, & neſcio quæ alia in medium adduxit: Quis ergo in hac tanti momenti controverſia infallibilis, cujus deciſioni utraque pars ſtare teneatur, Judex erit? Quis acutiori oculorum acie in alterutra electione vocationis Divinæ veſtigia inſpicere poterit? Paucis, Senatus provocavit ad Theologicam Facultatem Helmſtadienſem: Populus autem ad Lipſienſem: infauſta autem ſorte contigit, ut inter has quoque diſcors eſſet judicium, proin novus, aliusque requireretur Judex, qui pro vocationis Divinæ veritate certo decideret, quænam harum Facultatum in ſuo judicio erraſſet: Forte autem hic quoque Judex adhuc alium, & ſic in infinitum depoſceret Judicem? Percipiamus tamen, qua ex teſſera Helmſtadienſis Facultas Kirchneri poſtulationem minime ex Divina vocatione factam fuiſſe agnoverit: Igitur præprimis perpendit illa, quod ejus electio a trecentis octodecim e populo ſuffraganibus facta dicatur, poſt ſednlam tamen in-

inquisitionem deprehensum fuerit, nonnisi ducentos octoginta octo in eum conspirasse, centum vero & quinquaginta octo, imo & ipsum Kirchnerum de vocationis divinitate dubitasse: His præmissis Facultas pronuntiavit, ad mediatam Prædicantis vocationem requiri. I. Quod talis Præco sui electionem ipsus non ambiat, Jer. 23. v. 21. ad Rom. 10. 15. 2. ad Cor. 5. v. 20. Attamen ex his textibus bene quidem eruitur, talem a Deo non esse vocatum, qui a Deo non est missus, aut qui sine Deo loquente ac mittente currit, vel legatione fungitur Deo non exhortante; ast in præsenti casu hoc ipsum est controversum, ex quo nimirum signo dignoscatur, hunc Prædicantem a Deo fuisse vel non fuisse vocatum. II. Quod talis vocatio tam Divinis quam humanis juribus ac statutis consona sit. Ast jure Divino juxta ipsum Lutherum hic vocationis ordo est stabilitus, scilicet: Christus immediate vocavit Apostolos, hi suos discipulos, hi dein Episcopos, & hi suos Successores; non ergo de Divina vocatione gloriari poterunt, nisi per homines nempe Episcopos a Deo sint vocati: Magistratus autem & Principes nec sunt Episcopi, nec ulla gaudent missionis jurisdictione, secus & ipsi probare deberent, se a Deo per homi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

homines & quosnam? ad Verbi Ministerium fuisse vocatos. III. Quod ab una Parochia ad aliam vocatus spem non fallacem, sed maxime probabilem habeat majoris ædificationis. At spes & fructus ædificationis primum consequitur ad certam vocationem Divinam, prius ergo inquirendum fuisset in notam, ex qua vocationis Divinæ certitudo veritasque comprobetur. IV. Quod talis Præco convictus sit, se suæ obligationi satisfeciisse apud illos, a quibus ad alios Parochianos transire vult: attentis hisce quatuor notis Facultas pronuntiabat, videri quidem Kirchneri postulationem charactere divinæ vocationis insignitam esse 1. eoquod ob orthodoxiam & morum probitatem commendetur 2. jus postulandi ex Divino & humano jure populo Lutherano competat, 3. ex communi Erfordiensium usu duæ tertiæ ad legitimam postulationem sufficiant. Nihilominus Facultas Kirchneri postulationem ceu Divino & humano jure contrariam rejecit, & quidem I. eoquod facta fuisset a rudibus aliquot opificibus, qui tamen se divinitus illustratos esse, jactitare non auderent (forte autem Magistratus, & Principes se divinitus illustratos sciunt? & unde id probant?) ac insuper de spirituali cujusdam communi-

munitatis neceſſitate dijudicando non capaces ſint, & aliunde modo indecenti & receptis Eccleſiæ legibus contrario aliorum ſuffragia emendicati fuiſſent. Inſuper conſtet, hos ſuffragatores doloſe egiſſe, cum Poſtulationis factæ actis certo certius ad augendum numerum quosdam etiam inſeruerint, qui tamen vel jus votandi non habent, vel nulli hominum ſunt cogniti, aliunde eorum poſtulatio facta fuerit excluſis iis, quibus electiones dirigere, inſtituere, & pro re nata dijudicare, vel corrigere jure competeret: nec pro divino haberi queat id, quod palam ad varias turbas & irregularitates anſam præbet; facile autem contingere poſſet, ut, ſi hæc poſtulatio pro Divina haberetur, impoſterum novitatum cupidi pro privato ſuo affectu ejusmodi poſtulationes ſemper ad arbitrium ſuum moderari, & uſitatas leges ſapientiſſimas evertere præſumerent: aliunde vero majora & plura vota tantummodo valeant, ſi libera & non extorta, nec inique conquiſita ſunt, prout tamen in hac poſtulatione libertas per indebitum ſuffragia colligendi modum ſublata fuiſſet. II. Eoquod major ſpes procurandæ ædificationis adſit, ſi Poſtulatus priſtinæ ſuæ Eccleſiæ inſervire pergat, cum ad eam legitimo modo fuerit vo-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

catus, ad novam autem duntaxat p
vota majora & hæc illegitimo mo
acquisita & per viliſſimos homu
ciones poſtulatus ſit, proin a cet
ris ſuo affectui indulgentibus grav
vexationes pertimeſcere deberet, ſi
ulla ſpe majoris ædificationis: in
per Kirchnerus certus eſſe nequea
an ſuis Parochianis, ad quos antea vo
catus fuerat, novem illis menſibus ſa
tisfecerit, intra quos vix ſuas ove
agnoſcere, minus vero de eorum fructu
vel damno judicare potuit, potius ergo
ab his, eoquod contra novam poſtula
tionem proteſtentur, ſe iterato voca
tum eſſe credere, majoremque fructum
apud eos, quam illos, a quorum magna
parte rejectus fuit, ſibi polliceri poſſet
ac ſemetipſum multis conſcientiæ an
xietatibus exponeret. Ex his Sapien
tiſſimi Helmſtadienſes Theologi con
cluſerunt, Kirchneri poſtulationem pro
Divina non eſſe habendam, nec a Se
natu approbandam.

E contrario Lipſienſes ad propoſi
tam quæſtionem *re in Dei timore & juxta Dei Verbum & Eccleſiæ Lutheranæ praxin mature conſiderata*, ex transmiſſis actis retulerunt, Inſpectores viduatæ Eccle
ſiæ cum Parochianis de novo eligendo deliberaſſe, ac tres Candidatos propo
ſuiſſe, potiorem tamen eorum partem, ne-

neglectis his tribus Kirchnerum postulasse, pro confirmanda autem ejus postulatione vota pro more colligere tergiversatos fuisse, Parochianos vero numero trecentos octodecim hanc postulationem a Senatu confirmari petiisse, e contra Senatum ab Inspectoribus declarari postulasse, 1. an omnes, qui eum postulassent, hujus Ecclesiæ vere Parochiani essent, 2. quinam illi sint, & 3. quare in hanc postulationem Inspectores consentire noluerint? ad tertium vero Inspectores respondisse, se ideo reclamasse, eoquod religioni sibi duxissent, Prædicantem paulo ante per unanimia vota ad suam Ecclesiam vocatum ab ea revocare, dein in Senatu in deliberationem fuisse vocatum, an Kirchneri postulatio pro Divina sit habenda, dissidentibus vero Senatoribus a Kirchnero fuisse petitum, ut scriptotenus declararet, an ex convincenti Dei testimonio se ad deserendam priorem, & acceptandam novam Parochiam se teneri crederet, hunc vero declarasse, quicquid Senatus pronuntiaverit, pro convincenti Divini Verbi revelatione habiturum: Ast delphicum hoc oraculum tunc obmutuit, & quid certo responderet, nescivit, quocirca ad Lipsiensem Tripodem pro responso recurrere decrevisse &c. His præmissis Li-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

pſienſis Facultas Helmſtadienſe jud cium, allatasque ab eo rationes nu las, ac inſufficientes eſſe, proin p ſtulantes conſuetam votorum collect nem & poſtulationis confirmation jure a Senatu depoſcere decidit, n poſtulantes amore pacis ultro ſuo jur cedere vellent. Ita nempe ad ſolu docilis populi nutum, & ad ſapient ſimi Senatus dictaturam Prædicantiu vocatio ex non Divina in Divinam, n que ex Divina in non Divinam ſtupend metamorphoſi transmutatur.

§. XXX.

Cronebergenſium Lutheranorum querelæ contra Moguntinum Electorem.

Quamprimum Nobilis Familia Equi tum de Cronenberg mortuo Adol pho Ottone ultimo Comite extincta fue rat, mox vi pacti, quod vulgo *Ganerbi natus* vocatur, ad Archiepiſcopos atque Electores Moguntinos hæc Weteraviæ Urbs devoluta eſt; tum vero pro mor ſuo Lutherani, neſcio quæ gravamina ac querelas contra legitimos ſuos Do minos excogitabant: Præprimis enim exponebant, ſolitarium ſuæ ſectæ exer citium in anno decretorio ibidem in uſu fuiſſe, anno autem hujus ſæculi quarto

quarto ab Electore Moguntino Catholicæ Religionis exercitium in arce fuisse invectum, & Joannem Georgium Lang Parochum esse constitutum, assignata eidem domo, ubi antea Templariorum Sacellum fuisset. II. Publicas supplicationes haberi, & campanarum pulsu & scloporum explosione Lutheranos in suo cantu turbari. III. Cruces in Urbe erigi IV. Hildebrandum Præconem & septem Senatores, eoquod Catholicis restitissent, suo officio amotos fuisse, usumque Campanarum sibi Catholicos arrogare, Ecclesiæ reddituum administrationem Catholicis vindicari, & eleemosynas Lutheranis pauperibus subduci. V. Prædicantes pecuniaria mulcta fuisse gravatos, eoquod mulierem Religione Catholicam, quæ suam prolem & semetipsam trucidaverat, sepelire detrectassent. VI. Lutheranos ad celebranda Catholicorum festa adigi. VII. Senatus officia Catholicis conferri. VIII. Exteros a civitatis jure excludi, nisi Catholicam Religionem amplectantur, & proles in eadem educari permittant. IX. Catholicos jurisdictionem in Prædicantes sibi arrogare & Lutheranos vi & dolo ad Catholicam religionem compelli. X. Catholicorum Ecclesiam Archiepiscopi jussu ad ampliorem formam redigi &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII A. C. 1739

Has pluresque alias querelas Cronenbergenſes ad Proteſtantium Principum Legatos Ratisbonæ in comitiis agentes detulere, easque a Moguntino Electore tolli petierunt. Inſuper advenſus Eccleſiæ fabricam ipſe Haſſo-Darmſtadianus Princeps reclamabat, die ſexta Martii anni prioris datis ad Philippum Carolum Electorem Moguntinum literis, ad quas hic reſpondens frivolas Lutheranorum querelas die vigeſima ejusdem Menſis confutavit, oſtenditque, I. adeo falſum eſſe, Catholicum Cronenbergenſem Prætorem varias Lutheranis injurias intuliſſe, ut etiam cæmeterii muros pene dirutos ex Catholicorum collectis rurſus ædificari curarit: falſum quoque eſſe, quod Lutherani ad novam Catholicæ Eccleſiæ fabricam operas præſtare coacti fuiſſent, cum ipſimet annuentibus ſuis Prædicantibus eo lubentius concurrerint, quo promptius ipſi quoque Catholici Cives ante biennium ad reparandam Lutheranæ Eccleſiæ turrim neceſſaria advexerint. III. Falſum eſſe, quod per novæ Eccleſiæ fabricam Lutherani in ſuo Cultu Divino perturbentur, eoquod Lutheranorum fanum a Catholica Eccleſia per ſpatioſum murum ſeparatum exiſtat. IV. Merum eſſe commentum, quod per Prætoriæ Do-

Domus destructionem, & aquæ fontalis imminutionem Lutheranis damnum fuisset illatum, cum hæc domus ex collectis pecuniis reædificata, & major aquæ copia fuerit adducta. His perlectis Hasso-Darmstadianus Dux die decima nona Julii dato responso pollicebatur, se haud ultra quibusdam turbidi ingenii querulantibus aures præbiturum, sed eos ad debitam redacturum obedientiam: quoniam vero cetera quoque Religionis gravamina tolli peteret, hinc Elector die decima tertia Septembris reposuit, se jam die septima Maij & secunda Septembris speciales, qui in horum gravaminum veritatem inquirerent, Commissarios ablegasse, vix autem incæpta hac Commissione a Lutheranis tam infestos motus fuisse concitatos, ut isti, quid deinceps agendum esset, mandata exquirere cogerentur, de cetero autem cæptæ commissioni omnino insistendum esse. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Cum ergo Lutherani excogitatis suis querelis parum deferri cognoscerent, & illi etiam, qui temere e patria excesserunt, agnito errore ultro eo fine reversi essent, ut, si se gravatos existimarent, coram Commissariis Electoralibus, quibus ad superabundantiam Elector & Archiepiscopus insuper duos utriusque Religionis Cæsareos Notarios

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

adjunxit, exponerent, hinc ceteris pertinaciores Boruſſiæ Regis opem implorarunt, qui etiam die quarta Octobris Berolino datis literis rurſus querebatur, Cronenburgenſes, ut ad Catholicæ Eccleſiæ fabricam ſua conferrent, militari executione fuiſſe coactos, carceribus incluſos, ac demum exulare compulſos: eapropter ab Electore ſub comminatione recurſus ad Status Evangelicos, petebat, ut hæc gravamina aboleret. Aſt Moguntinus Archipræſul die vigeſima tertia Octobris reſpondit, ſe vehementer mirari, quod Rex paucis & vix duodecim rebellibus transfugis (ceteris ſponte ad obſequium reverſis, & Domini ſui mandato obtemperantibus) prætenſisque eorum querelis aures accommodare voluerit, cum tamen potius juxta Pacis Weſtphalicæ diſpoſitionem *de non protegendo vel patrocinando alienis ſubditis*, hi ad legitimum ſuum Dominum, & obedientiam ei debitam remitti debuiſſent: aliunde vero hos rebelles a Cæſareo-Imperiali Judicio Camerali mandatum *de non contraveniendo Paci Weſtphalicæ*, poſtea aliud *de abducendo milite*, ac demum pro *ſalvo conductu* petiiſſent, id vero eis denegatum, atque Electori reſcriptum, ut intra quatuor hebdomadas totam hujus cauſſæ ſeriem ad idem Con-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Consilium referret, hucusque autem hoc *resolutum*, & querentis partis *producta* Electori non fuisse *legaliter* insinuata, inde vero patere manifestam caussæ diffidentiam, eosque lucem odisse, quam tamen genuina Electoris relatio accendisset.

Jam antea Nassovio - Sarapontanus Princeps contra Antonium de Dienheim, de Hund, & de Coth, Cronenbergensis *Ganerbinatus* possessores ob Ecclesiæ Lutheranæ reditus & Salaria Catholicis adjudicata querebatur, cui tamen Dienheimius die vigesima septima Septembris reposuit, Lutheranos multis contra naturæ jus, claras pacificationes & Majestatica jura attentatis, æquam querendi ansam Nobilibus hisce Possessoribus præbuisse; quippe eos I. Inaudito hoc Domino, aliisque, quorum interest, contra jus naturale processisse, contra ipsos per existimatum Notarium literas patentes divulgasse, ab illis subditos ad inobedientiam, & denegandam opem debitam non sine magna Status Politici & Civilis perturbatione fuisse concitatos: Catholicos Con - Cives & subditos a rebelli plebe Lutherano fustibus contusos, noctu armata vi abstractos, eorum domus ejectis fenestris, eversisque tectis vastatas fuisse, ac Lutheranos juxta

Sæc. XVIII. A. C. 1739. receptum ubique edictum Palatinum præceptos dies festivos cum tanta petulantia & Religiosæ ac profanæ pacis contemptu violasse, ut ipsi etiam Acatholici inde graviter offenderentur. II. Eos S. Cæsareæ suæ Majestatis, ad quam provocatum erat, sententia non exspectata, contra Con-Possessores *Ganerbianos* sibimetipsis proprio plane ausu & facto jus dixisse, non sine jurium Majestaticorum violatione. III. In defensionem suorum attentatorum quosdam pacis Westphalicæ textus ab eis fuisse allatos, cum tamen in hac caussa non pax Westphalica, minus vero id, quod secundum illam ad annexa Religionis, ejusque exercitii usum pertinere videtur, attendendum sit, sed nunc utrinque res eo deducta censeatur, ut quid una pars contra aliam juxta subsequentes Rysvicensem & Badensem pacificationes agere, & jure & justæ possessoris titulo prætendere queat, proin tota hæc lis juxta pacta hucusque conventa & continuatam observantiam sit dirimenda, necnon pro caussa mere civili & profana sit habenda, proin inter Ganerbios immediate Nobiles coram competente Judice decidenda. Præterea Rex Borussiæ die decima quinta Decembris anni prioris denuo ad Archiepiscopum atque Electorem

ctorem Moguntinum reſcripſit, Imperii quidem legibus cautum eſſe, ut ejusmodi gravamina coram Imperiali Judicio præprimis deferantur, Regi tamen omnibusque Auguſtanæ Confeſſionis Statibus competere, ut ſuæ ſectæ addictos in Religionis Gravaminibus ope & conſilio adjuvent, cum autem Imperiale Aulico-Conſilium Cronenbergenſium petitis non annuiſſet, hos jure ad Regem & *Corpus*, ut vocant Evangelicum recurriſſe, legem autem de non patrocinando alienis ſubditis locum non habere in Religionis gravaminibus; in his enim cuilibet conceſſum eſſe, omnes & ſingulos contra quemcunque defendere &c. ad hæc tamen Elector mox die duodecima Februarii hujus anni repoſuit, ſe omnia ad normam Imperii Conſtitutionum egiſſe, litem in Imperiali judicio pendere, ex certiſſimis documentis jam comprobatum eſſe, Religionis gravamina a quibusdam rebellibus ſub falſo *totius* Lutherani populi nomine propoſita in meris falſis conſiſtere, gravamina potiſſima ex mera benevolentia Menſe Novembri jamjam fuiſſe ſublata, ipſis Lutheranis (exceptis forte decem tum abſentibus) applaudentibus, & ſuam gratiarum actionem coram duobus utriusque Religionis Notariis die decima ejus-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739

ejusdem Menſis conteſtantibus: inde vero quosdam rebelles tumultum concitandi anſam arripuiſſe: Eccleſiæ demum fabricam cuivis Imperii Statui *ſalva in omnibus & per omnia Religione anni decretorii*, vigore P. W. competere, proin Cronenbergenſem cauſſam non eſſe ejusmodi, ut intentata armorum ſubſidia locum haberent. Jam antea vero die decima tertia Januarii Elector ad ſuum Legatum Ratisbonæ in Imperii comitiis degentem ſcriptum quoddam a rebellibus ſuis ſubditis divulgatum transmiſit, illudque Saxonico Legato tradi, eique ſignificari juſſit, ipſos hoſce rebelles agnoſcere litem apud Camerale Judicium pendere, eos nihilominus ordinarium Judicem ſuis tumultibus, & comminata militari executione, armorumque metu prævertere, cum tamen §§. 5. 6. & 7. prius legitimum Dominum convenire, & pro juſtitia ſecundum leges & conſtitutiones ſui Status ab eo adminiſtranda recurrere debuiſſent, cum competentem ejusmodi Judicem præterire ſub pœna fractæ pacis publicæ inhibitum eſſet &c. Nihilominus tamen ſæpius antiqua ad Corpus Evangelicorum & ab hoc ad Cæſarem querelæ hac in cauſſa deferebantur, & quamvis juſtitia cauſſæ Archiepiſcopo atque Electorali palam

lam ſuffragaretur, nihilominus Hic ex innata clementia die decima tertia Novembris anni prioris præſentibus Notariis ac utriusque Religionis teſtibus convocato Lutherano populo ſtatutum Imperii legibus omnino conſonum, quo prætenſa eorum gravamina tollerentur, prælegi juſſit, cum autem ex rebellibus nonnulli nihilominus ore & calamo temere, doloſe ac falſo in vulgus ſpargerent, ad Imperii ſtatuta & æquitatis rationem oppreſſiones adeo non fuiſſe abolitas, ut eæ etiam indies augerentur, eapropter Elector hoc anno die undecima Aprilis, ut prætenſæ ignorantiæ obtentus præverteretur, citra debitum rurſus præfatam transactionem publicari præcepit: igitur ad primum Gravamen, quo delatum eſt, Catholicum Parochum delicta carnis ad forum Eccleſiaſticum traxiſſe, & quamdam imprægnatam Lutheranam mulctaſſe, Elector declaravit, cuilibet ſane Parocho ſine Religionis reſpectu competere, ſibi commiſſis peccati gravitatem ob oculos ponere eosque dehortari, ſe nihilominus præcipere, ut deinceps profanus Judex in hæc delicta inquirere, totamque cauſſam ad Electoralem Curiam transmittere teneatur. II. Hunc Parochum Catholicum Impragnatoris Lutherani Filium ex Catholica

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

tholica ſuſceptum a Lutherana Schola abſtraxiſſe: circa hoc gravamen Electori ſe hoc Parochi attentatum minime approbare, ſed eidem talia ſub interminata etiam pœna inhibuiſſe declaravit. III. Ab eodem Parocho Lutheranos ob violatos dies feſtos fuiſſe mulctatos: ad hanc querelam Elector reſpondit, jam dudum per univerſam Diœceſin ſine religionis diſcrimine profanis Prætoribus injunctum fuiſſe, ut feſtorum violatores pecuniaria mulcta coercerent, ſe igitur omnino velle, ut hi Prætores, non autem Parochi aut Prædicantes hanc pœnam infligerent. IV. Pratum quoddam a Capellano ſibi fuiſſe vendicatum, ad quod reſpondit Elector, ad meliorem Capellani ſuſtentationem pro annuo cenſu duorum florenorum & ſexdecim ſolidorum hoc pratum ad triennium fuiſſe conceſſum. V. Deſtructam & venditam fuiſſe domum pro ſchola Lutherana: ad id repoſuit Elector, pro deſtruenda & vendenda hac domo Lutheranos ſupplicaſſe, & pecunias inde hauſtas ad fabricandas Lutheranorum ædes inſumpſiſſe, Electorem tamen ex mera clementia eis concedere, ut ſoluto cenſu in fundo Principis pro puellis Lutheranis ſcholam erigere poſſent. VI. Prædicantibus denegatum fuiſſe, juratos Eccleſiæ Præfectos

fectos nominare: circa hoc Elector de- Sæc. XVIII.
claravit, quod quamvis Prædicantes A. C. 1739.
nec in, nec post annum normalem hos præsentandi jus habuissent, sed hi a Dominis Territorialibus nominati ac recepti fuissent, se tamen ex superabundanti clementia concedere, ut Præcones in demortui locum quosdam nominare possent, ex quibus aliquem, vel ex civibus alium constituendi jus Curiæ competat. VII. cantilenas quasdam fuisse prohibitas, ad id responsum est, licere quidem eis canere, cantilenam vero: Erhalt uns Herr &c. utpote Imperii legibus contrariam & ad ciendos utriusque Religionis motus aptam jure prohiberi. VIII. Lutheranis fuisse vetitum, campanas pulsare ad Evangelium, Pater noster, & in vigilia festi conversionis S. Pauli: hæc omnia Elector eis indulsit. IX. Ruinosum Ecclesiæ murum ac tectum reparari fuisse prohibitum: ast utrumque reparari Elector præcepit & Prædicantibus concessit, ut in Lutheranorum exequiis funeralem haberent concionem. X. Catholico Ludimagistro ex Ecclesiæ ærario salarium fuisse adjudicatum, ad hoc reposuit Elector, constare, quod jam ante octoginta annos, proin antequam hæc Urbs ad Moguntinam Ecclesiam fuisset devoluta, tale

Sala-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Salarium Catholico fuerit datum, aliunde vero hoc ærarium adeo exhauſtum, ut nequidem Prædicantibus ſtipendia dari potuerint, nunc vero Electoris cura ad octingentorum ferme florenorum annuos reditus excreviſſe, nihilominus Elector ad tollendos omnes querulandi obtentus juſſit, ut Catholico Ludimagiſtro inde nihil amplius profluat. XI. Catholici cujusdam Civis Filium ex Lutherana Matre natum a Catholico Parocho fuiſſe ſepultum, ad id repoſuit Elector, ſe, ut præſcindatur omnis querendi anſa, velle, ut deinceps ejusmodi infantes Acatholici a Prædicantibus terræ mandarentur. XII. Cujusdam Catholici civis Filiam a Parocho ad fidem Catholicam fuiſſe coactam, ad id repoſuit Elector, plane conſtare, id omnino falſum eſſe. XIII. Ædes quorumdam Pupillorum fuiſſe venditas, repoſuit Elector, id non modo conſentientibus Curatoribus fuiſſe factum, ſed ex ipſa eorum confeſſione per novam domum alibi recens ædificatam Pupillorum conditionem fuiſſe meliorem factam. XIV. Henrico Kunz jus Civitatis fuiſſe denegatum, ad id convellendum oſtendit Elector, hunc ære alieno gravatum Homburgo Cronenbergam aufugiſſe, cumque facultates nullas habuiſſet, minus vero præ-

præstanda præstando par fuisset, juxta Patriæ leges civitatis jure donari non potuisset. Quamvis igitur Archiepiscopus atque Elector Lutheranis suis subditis, plus quam unquam Catholici a Lutheranis sperare potuissent, benigne indulserit, nihilominus hi nescio quas querelas denuo ad Corpus Evangelicorum per suos Deputatos identidem detulere, imo etiam ea, quæ ad Catholicæ Ecclesiæ fabricam ante biennium contulissent, sibi restitui petebant, secus haud amplius præstanda præstituri. Enimvero ex his Elector sat probe cognoverat, horum cavillationes nonnisi ex seditioso, maligno & ad turbandam publicam pacem inclinato animo procedere, nihilominus die nona Decembris suo Prætori præcepit, ut hos quinquaginta florenos, quos ultro & non jussi contulissent, eis restitueret, simul tamen illis significaret, vicissim Catholicos ad reparandas Lutheranorum Ecclesias nullatenus concursuros, Lutheranos vero ad solvenda tributa, quæ per integros duos annos suo Principi numerare neglexissent, esse adigendos. Verum stupenda prorsus temeritate hi Lutherani restitutam pecuniam recipere detrectabant, declarantes, se prius Cæsaris sententiam præstolaturos: Quinimo rursus

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ad arcem citati comparere renuerunt, hac ipsa tamen sua agendi ratione minis aperte contestati sunt, sibi minime cordi fuisse Religionis suæ libertatem, sed potius sub hoc obtentu sensim Catholici Principis jugum excutere, firmum, fixumque habuisse.

§. XXXI.

Infausta Cæsareorum expeditio adversus Turcas.

Interim Cæsareo exercitu ex hybernis in aciem educto amplior prosperæ expeditionis spes, quam successus erat; illius causa credebatur iterata superiorum Belliducum mutatio; ea enim in bellis plerumque noxia, satque periculosa est: Hoc autem anno novus militiæ Imperator nominabatur Oliverius Walisius Marescallus, qui die vigesima septima Junii trajecto Danubio Visinizam progressus, Vinczæ castra posuit, atque a Barone de Bernclau, quem cum levi agmine exploratum emiserat, percepit prope Kroskam non nisi decem Turcarum millia confluxisse. Vezirium vero cum exercitus robore primum die vigesima prima Julii accessurum: igitur habito belli Senatu hostem aggredi statuit: Nuntiabat equidem Pallavicinus supremus legionis

nis Dux, plurima Equitum, ac Janiſ- Sæc. XVIII.
ſarorum millia citato curſu Kroskam A. C. 1739.
verſus contendere, atque proximas eſſe alias hoſtium turmas: Nihilominus Waliſius Tribunos prope inſtantis pugnæ admonet, aciem tumultuarie inſtruit, & Huſaros, qui propius explorarent hoſtium numerum & vires, emittit. Poſtea una ante mediam noctem hora diei vigeſimæ primæ ſummo ſilentio primam aciem per arcta viarum educit: Levibus mox præliis proluditur, depulſumque ex vicinis collibus hoſtem equeſtres Joannis Palfii, & Sabaudiæ Ducis legiones primo diluculo inſequuntur. Mox vero in conſpectu erat univerſus Turcarum exercitus; datur pugnæ initium nec juſta nec æqua Cæſareorum acie: ipſi etiam Sabaudi Equites ſubita hoſtium impreſſione trepidi ſolutis ordinibus ſylvam & fugam reſpectant, arctasque vias, per quas cetera agmina penetrarent, conglobati obſtruunt: Infauſti ſucceſſus opportunitate uſus Vezirius toto impetu in florentiſſimum Cæſaris Equitatum irruit: Nunquam majori furore ac pertinacia pugnatum eſt, ſi pugna tamen illa, & non verius laniena fuit; cum enim Cæſarei Equites ob faucium anguſtias nec aciem explicare, nec valido peditum agmine protegi poſſent, a Turcis

Sæc. XVIII A. C. 1739.

numero longe superioribus undique cincti, continenti trium horarum intercione propemodum deleti fuere: illata hac clade Barbari læva ex parte in editiores clivos emisi quatuordecim Equitum legiones a reliquo exercitu intercluſere. Peropportune quidem Hildburgshuſanus ſupremus armementarii Præfectus cum toto peditatu accurrit, Turcasque vicina cacumina occupare intentos iterato repellit, Neubergio Comite interim otioſe in ſuis caſtris hærente. Hic demum ſole ad occaſum vergente tota victoriæ ſpes hæſit: Turcis enim loci opportunitate tutis & Cæſareis multa clade attritis, tam hi quam illi in ſua quisque caſtra ſeſe receperunt. Circa numerum cæſorum ex parte Chriſtianorum, uti fieri amat, varius omnino erat computus, aliis in immenſum illum augentibus, aliis plus juſto imminuentibus: id omnino certum eſt, ex ſummis Peditum Equitumque Præfectis centum novendecim trucidatos, & ducentos viginti graviter ſaucios fuiſſe. Certior etiam fama retulit, ex Ottomanis non pauciores octo millibus cecidiſſe: Infauſti tamen hujus certaminis culpa attribuebatur Wallio, eoquod contra militares leges non ſatis explorata Turcarum ſtatione ſituque c[illegible]ias per fauces in locum inſidia-

diarum improvide, non exspectato peditum adventu, deduxisset, nec hostem prævenire, eique stationem explicandæ aciei opportunam præripere intentus fuisset. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXII.

Belgradum deditione captum.

Hac Cæsareorum clade elatus Mahmet Bassa supremus Vezirius hostem cum centies mille Turcis, Tartarisque strenue insequebatur; cumque valla cis Danubium versus Belgradum a Christianis derelicta cerneret, copiosiores nuperæ victoriæ fructus lecturus ipsam Albam Græcam seu Belgradum, firmissimum, & hunc ferme unicum contra Ottomanos aggerem, oppugnandi consilium cepit. Referebatur equidem, Tos Bassam Biolinensem Ducem Pansovæ iterato in Cæsareos irruisse, eumque ab Hildsburghusano & Palfio desideratis suorum octingentis sæpius repulsum fuisse: hæc ipsa tamen primi aggressus frustratio Vezirium magis stimulabat, ut sociorum mortem ipso Belgradi excidio ulcisci decerneret. Confestim igitur die vigesima sexta Julii totum admovet exercitum, omnesque belli machinas circa muros ad fossas & aggeres impigro labore ducit, postea ad dexteram lævamque munitiones e-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

rigit, non magis obsidendæ urbi vali-das, quam auxiliarium aggressionibus impervias: Major autem erat Succovii Gubernatoris fortitudo, sedulitas, ac defendendæ urbis cura; hic quippe hostium consilia, & opera observare ac præcavere intentus, divisis inter milites civesque laboribus mænia insidet, operibus insudat, munitiones nondum absolutas, quantum per temporis angustias licuit, refici curat, novosque receptus addit: Demum tormentorum explosione ter repetita, lætoque tympanorum, tubarumque cantu animi ad propugnandum obfirmati signum Turcis ostendit: Ubi jam res serio agi cæperat, præsidiarios inprimis, notæ fortitudinis milites, ac cives cunctosque incolas animare, ipsus nulla quidem neglecta urbis parte, totus ubique adesse, sæpius suos peralacriter compellare, ut magis vivere pertimescerent, si ab immani hoste vincerentur, quam mori victores: Nec tamen segniores erant obsidentium conatus; cum enim Cæsareis sudes præacutas, vimineas fasces, cratesque glebis ac cespitibus infartas in Urbem advehendi opportunitas deesset, huncque apparatum hosti cedere cogerentur, Ottomani eo ad tormentarios suos suggestus opportune usi, obsidionales fossas exiguo

prox-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

prorsus intervallo usque ad aggerem portæ instructum promoverunt, quin tamen adhuc ad Urbis mænia progredi auderent, latentes cuniculos veriti, cum aliunde vix momento tuti esse possent; eoquod assidue diu noctuque tam densa globorum tempestas in eos detonaret, ut quovis temporis momento si quis hostium ex aggeribus paululum supra munitiones caput attolleret, illico ex urbe tormentorum pilis certatim peteretur. Eodem tempore felix faustusque ad castra affertur nuntius de reportata Panzovæ victoria, mox ergo Cæsareus exercitus Belgrado appropinquat, ac die nona Augusti cis Danubium expeditam obsessis opem ferendi copiam habet: Cum vero ob præsidiarii militis paucitatem Turcæ ad aggerem, receptumque in extrema muri parte veniissent, Gubernator ut ferebatur, ad Wallisium Marescalum, perscripsit, nec urbem nec arcem ultra mensem oppugnantium vim repellendo pares esse: Perlectis hisce literis Wallius Petro-Varadinum copias deducere, & imminens deditionis periculum Cæsari nuntiare decrevit: Obstupuit ad tam inexspectatum nuntium Imperator, nullaque mora Schmettavium, Tribunum rei militaris experientia longe celeberrimum, Belgradum mittit, cu-

Sæc. XVIII. A. C. 1739

jus etiam consilio & opera Borczaense munimentum, quo non ita pridem Cæsarei excesserant, ejectis cum clade Turcis recuperatum, & majora belli tormenta ex omnibus murorum stationibus tam crebro, tamque tuto fulminata, ut erecti hostium suggestus unacum machinis corruerent: unde ea erat inter Belliduces opinio, quod si confestim ad primum Turcarum accessum continens majoris plumbi globorumque grando in eos fuisset effusa, eorum labores & conatus in irritum cecidissent: ceterum Fœderatorum copiæ partim crebris cladibus, partim fæde grassantibus morbis longe magis erant acciſæ, quam ut fine valido militum supplemento haud sperando obsidio solvi, aut quid majus in hostium perniciem tentari potuisset:

Hic erat tum obsessæ urbis status, quo conspecto Comes Neubergius nec a Cæsare jussus, nec permissus ultro ad hostium castra progressus cum Vezirio de Urbis dedendæ conditionibus egit, ac in probrosum pacis tractatum præceps ruit, non sine maxima Cæsaris indignatione ac dolore, & vix reparando Christianæ Reipublicæ damno.

§. XXXIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXIII.

Caroli VI. Imperatoris querulæ literæ ad exterorum Principum Legatos.

Ne vero Imperator siniſtram de ſua integritate ſuſpicionem apud Fœderatos Principes incurreret, miſſis ad eorum Legatos encyclicis literis totam infauſti tractatus ſeriem ſumma ingenuitate expoſuit, retulitque, Wallium iterato Cæſaris juſſu fuiſſe admonitum, ut prope Semandriam exercitu ad Moravam admoto hoſtem præveniret, ipſum vero Belgradi otioſe ſubſtitiſſe, & tandem iteratis aliorum Belliducum querelis impulſum Kroskam proceſſiſſe, ibi tamen prius jam Turcas opportuno loco caſtra poſuiſſe: eum quoque iterato juſſum fuiſſe, ut a Vezirio invaſus, totum exercitum opponeret: quo tamen neglecto, nec exſpectato Neupergiano agmine ipſum cum ſolis Equitibus & aliquot pyrabolariorum centuriis hoſtem loci opportunitate tutum contra omnes militiæ leges fuiſſe aggreſſum, & quamvis ſex ferme millia partim cæſa, partim ſaucia fuiſſent, horum tamen jacturam per Neubergii copias reſarciri, & reportata Panzovæ victoria funeſtis ſubſequentibus malis adhuc occurri

Sæc. XVII. A. C. 1739.

curri potuiſſe, niſi Wallius contra Belliducum ſententiam cum exercitu Vipalanchani usque proceſſiſſet: ſiniſtris hiſce ſucceſſibus Viennæ in belli Senatu obviari non potuiſſe; eoquod Wallius nunquam adæquatum reſponſum ad transmiſſa mandata dediſſet, & diverſæ ejusdem relationes nunquam ſibi cohæſiſſent: gravius autem ab ipſo fuiſſe peccatum, dum nulla agendi facultate inſtructus cum hoſte de pace ex proprio arbitrio & contra diſerta mandata egiſſet: eapropter Cæſarem fuiſſe coactum, ut inhibita Wallio poteſtate conficiendæ pacis negotium Neupergo demandaret, priusquam vero hujus ſubrogatio facta fuiſſet, jamjam Wallium proprio motu Comitem Groſium ſæpius ad Vezirium ablegaſſe, & cum eo præcipue circa Belgradum indecentes ac plane noxias conſultationes foviſſe, imo die ſecunda Auguſti datis non ad Cæſarem nec ad belli Senatum, ſed ad privatos literis ſæpius ſignificaſſe, actum de Belgrado, & militibus & Belliducibus animo concidentibus nil ſupereſſe, niſi ut pax Belgradi deditione quantocyus redimeretur: tandem vero illum id ipſum etiam ad Cæſarem aucto nimium periculo perſcripſiſſe: hunc ergo mox de opportunis conſervandæ Urbis mediis cum Succovio Gubernatore

tore egiſſe, ſed ab hoc nullum, & a ceteris Belliducibus nonniſi tardum nimis, nempe decima quarta Auguſti die, reſponſum fuiſſe datum: Cæſarem vero duntaxat pro eo caſu, quo adhibitis omnibus omnino mediis Belgradum conſervari haud poſſet, Comiti Neubergio circa aliqua tantummodo eorum, quæ proh dolor! ipſe Turcis jam addixiſſet, paciſcendi facultatem dediſſe, hunc nihilominus Cæſare inconſulto, & nec explorata ejus ſententia jam decima octava ejusdem Menſis die ad ipſa Turcarum caſtra proceſſiſſe, & nequidem, ut propriæ ſuæ libertati ac ſecuritati proſpiceret, obſides petiiſſe: quæ autem vel ante, vel in ipſo congreſſu acta fuiſſent, Cæſarem adhucdum ignorare, ſolum quoque Comitem Wallium eadem die velut per tranſennam temerarium hoc facinus perſcripſiſſe, adeo, ut re jam confecta remedium opponi haud ultra poſſet: Succovium tamen die decima quarta Auguſti ſignificaſſe, Belgradum (de quo tamen Wallius conclamatum eſſe, jam die duodecima perſcripſerat) per totum Septembrem propugnari poſſe, dummodo exercitus Semlini caſtra poneret, & ne hoſtis Savum trajicere poſſet, præpediret: Eapropter non modo a Cæſare Wallio demandatum, ut cum toto exer-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

exercitu Semlinum contenderet, sed etiam Neupergio die vigesima tertia Augusti injunctum, ne, priusquam de Belgradi statu cum Succovio egisset, cum Turcis de pace ageret; proin facultatem Neupergio datam ad solum extremæ necessitatis casum fuisse restricta, nilque amplius concessum, quam, ut sicuti elapsa hyeme inter Belliduces jam convenerat, Orsavam solo æquari paciscereturtota Servia usque ad Moravam Cæsaris Imperio relicta: Neupergium tamen toto illo tempore, quo in Turcarum castris magis captivum quam Ministrum egit, de actitatis cum Vezirio nec syllabam ad Cæsarem vel Bellicum Senatum perscripsisse, sed duntaxat informem præliminarium ideam die secunda Septembris transmisisse: quo comperto Cæsarem die trigesima prima Augusti literas, indignationis justissimæ testes ad Neupergium dedisse, his tamen insuperhabitis tam Wallium quam Neupergium pactorum executionem maturasse, quamvis Cæsaris inhibitionem jam recepissent, priusquam terminus executioni præfixus & quidem ante ratificationem (quod nunquam hucusque auditum) præterfluxisset. Cæsarem primum die secunda Septembris a Marchione Villanovano edoctum fuisse, quod

quod Neupergius prætergreſſis mandati finibus, ante omnia Belgradum munitionibus exuendum Turcis obtuliſſet, quamvis hic Legatus Cæſarem hoc conſilium omnino deteſtari, ſæpius Turcis inculcaſſet. Eapropter Imperatorem ex Miniſterii ſui conſilio compulſum fuiſſe, ut omnem Neupergio paciſcendi facultatem adimeret. Verum aut incaſſum, aut nimis ſero id actum; Neupergium enim jam octavo poſt adventum ſuum die pacis præliminaria concluſiſſe ac ſubſignaſſe, Turcisque unam Urbis portam jam aperuiſſe, præſcripto etiam executionis termino arctiori, quam ut Cæſar rem edoctus, reclamare potuiſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

His fuſius expoſitis Imperator iterato inculcat, quod Belgradi Turcis dedendi poteſtatem Neupergio dediſſet, duntaxat in caſum extremæ neceſſitatis, & viciſſim eo pacto, ut Turcæ Orſavam ſolo æquarent, totumque Bannatum Cæſari cederent: hunc caſum teſte Gubernatore, & conſcio ipſo Neupergio adeo non exſtitiſſe, ut a die decima quarta Auguſti conſervandæ Urbis ſpes ſemper accreverit, & Turcæ toto obſidionis tempore nullam notabilem muris ruinam intuliſſent, imo ipſum etiam Neupergium die vigeſima octava Auguſti clam ad Succovium perſcripſiſſe, in

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

in pertinaci obsessorum defensione salutem Belgradi, & honestam pacem consistere &c. Postea Cæsar præliminarium indignitatem ponderans, in Neupergium invehitur, eoquod Sabaci demolitionem paciſci quidem permissus fuisset, ea tamen lege, ut vicissim Turcæ Orsavam salvo Belgrado demolirentur, ipse vero Orsavam in eo statu, quo nunc esset, integram Turcis concesserit, & simul Sabacum unacum suis munimentis reliquerit. Quæ vero in tertio articulo circa Bosniam continerentur, ipse insciо & nequidem somniante Cæsare pactus fuisset: Wallachiæ autem cessionem annexam fuisse huic conditioni sine qua non, scilicet, ut Turcæ vias post Passarovicensem pacem recens stratas omnino demolirentur, ac nullo unquam tempore repararent, nec unquam Neupergio datam fuisse potestatem, vel Banatum imminuendi vel Orsavam veterem cedendi.

Nil intimius autem Cæsaris animum afflixerat, quam quod Neupergius inconsulto ac insciо Imperatore pro Belgradi demolitione quintam post subscripta præliminaria diem, & pro executione tractatus definitivi decimum diem pactus fuerit, & Wallius ad solam Neupergi voluntatem Belgrado evacuando, & unam portam Turcis aperiendo

periendo initium fecerit: Enim vero Imperator comperto, quod sibi adversus ea, quæ ejus Famuli contra sui Principis jussa & voluntatem præcipiti consilio pacti essent, reclamandi libertas fuisset prærepta; ob facti tamen indignitatem & damni gravitatem hæc conventa rejicere statuit; cum autem desuper mandata ad Neupergium dare pararet, eadem die decima Septembris mane acceptis literis percepit, ante præfixum etiam terminum jamjam pactorum executioni datum fuisse initium, proin Cæsari nil reliquum esse, quam ut illegitime acta, dura necessitate compulsus rata haberet, seque ea illibata fide servaturum polliceretur, simul tamen universo Orbi & præcipue Russorum Autocratrici palam faceret, quod præliminares articulos, quos Neupergius non modo concessæ facultatis limites transgressus, sed contra ipsa etiam mandata directe agens pactus fuisset, omnino detestaretur, & quod solis ejus Ministris tam propudiosæ pacis culpa imputanda foret; de cetero autem hæc pacta post mutuam rati habitionem, invitus licet, integra tamen fide servare, ac suo tempore, quod æquum & justum fuerit, hanc in rem decernere paratus sit &c.

Sæc XVIII. A. C. 1739.

§. XXXIV.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXIV.

Præliminares hujus tractatus articuli a Carolo VI. Imperatore rati habiti.

Postquam igitur præfato modo prævii ad pacem articuli, quos *præliminares* vocant, in Turcarum castris a Ludovico Marchione de Villanova Franciæ Regis Oratore, & a Guilielmo Reinhardo Comite de Neuperg die prima Septembris fuerant subscripti, Carolus VI. Imperator faucio corde ac tremula manu eosdem suo quoque assensu atque auctoritate firmavit, Viennæ edito hoc diplomate:

Carolus Divina favente Clementia &c.

„Recognoscimus & memoriæ com„mendamus tenore præsentium, qui„bus expedit, Universis, pro Nobis, „Hæredibus, & Successoribus Nostris, „quod cum Deo ita disponente inter „Nostrum Ministrum Plenipotentiarium, „cum plena facultate ad id delegatum, „ab una, & Sereniſſimi ac Potentiſſimi „Principis Domini Sultani Ottoman„norum, Asiæ ac Græciæ Imperatoris „Mi-

„Miniſtros Plenipotentiarios, plena pa- Sæc. XVIII.
„riter facultate munitos, ex altera A.C. 1739.
„parte, interveniente conciliatoria o-
„pera Sereniſſimi & Potentiſſimi Prin-
„cipis Domini Ludovici XV. Galliarum
„Regis Chriſtianiſſimi, poſt colloquia
„ſub tentoriis prope Albam Græcam
„vulgo Belgradum, eum in finem in-
„ſtituta, certi quidam Articuli Præli-
„minares, Pacem atque Amicitiam
„Nos inter atque Præfatum Sereniſſi-
„mum & Potentiſſimum Principem Do-
„minum Sultanum — plene afferentes,
„atque Tractatui Pacis definitivo baſis
„loco inſervientes iis, quæ ſequuntur
„conditionibus, forma, & tenore con-
„cluſi ſint. „

ARTICULUS I.

„Fortalitium Belgradi, ſeu Alba
„Græca nuncupatum Anno 1717. Cæ-
„ſareis Armis occupatum, evacuetur,
„& una cum antiquo olim, quo cir-
„cumdabatur, muro, etiam ut nunc
„eſt, reſarcito, necnon cum muni-
„mentis, vetuſto muro inſeperabiliter
„adhærentibus, Ottomanico Imperio
„reſtituatur, inſuper loca, in quibus
„pulvis tormentarius aſſervatur, &
„Claſſicæ Rei armentarium, Militum
„ædes & cætera, quæ in dicta civitate

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„extant publica, & privata ædificia „ad Ottomanicum imperium pertine„bunt. Reliqua vero recentia muni„menta, mænia & propugnacula qui„bus tum fortalitium, tum civitas mu„nitur, demoliantur, usque adeo, ut „ipsi quoque ductus viæ obtectæ (vulgo „Chemin couvert) & quæ inde sequi„tur, proclivis planities (nuncupata „Glacis) destruantur, quemadmodum „& exigua propugnacula e regione Bel„gradi in ripis Danubii & Savi existen„tia, ea lege, & conditione, ut ca„veatur, ne, quod Ottomanicæ Portæ „cessum est, ullum inde damnum pa„tiatur.„

ARTICULUS II.

„Similiter fortalitium Sabaz (Tur„cico idiomate Bujurdulem nuncupa„tum) Imperio Ottomannico restitua„tur in eodem statu, quo olim erat „iisdemque conditionibus, quæ supra „de Belgradi fortalitio stipulatæ fuerunt, „arma, tormenta, res cibariæ, & om„nis denique bellicus apparatus, qui„bus dicta fortalitia Belgrad, & Sabaz „sunt instructa, cæteraque omnia, „quæ vehi possunt, nec non naves bel„licæ, & reliquæ omnes cymbæ, quæ „in duobus fluminibus reperiuntur, ad „Augustissimum Romanorum Impera„torem pertinentes in ipsius Dominio, „&

„& Poteſtate permanebunt, & vice „verſa in dictis fortalitiis Belgradi, & „Sabazea demum Ottomannico Impe„rio pertinebunt, quæ ſupra in ſtipula„tionem venerunt. „ Sæc. XVIII. A.C. 1739.

ARTICULUS III.

„Sacra Cæſarea Regiaque Majeſtas „Serviæ Provinciam, in qua ſitum eſt „Belgradi Fortalitium, Portæ Otto„mannicæ cedit. Limites, & confinia „utriusque Imperii Danubii, & Savi „flumina conſtituant. Et fines Pro„vinciæ Serviæ iidem ex parte Bos„niæ ſint, qui erant in Carlovienſi Tra„ctatu.„

ARTICULUS IV.

„Sacra Romano Cæſarea Majeſtas „Ottomannicæ Portæ univerſam Val„lachiam Auſtriacam, unacum ejus „montibus cedit, necnon concedit „dictæ Ottomannicæ Portæ ut propug„naculum in Vallachia exiſtens, Perichan „nuncupatum, a Sacra Cæſarea Re„giaque Majeſtate conſtructum de„moliatur, nec impoſterum ab Otto„mannica Porta reſtituatur..„

ARTICULUS V.

„Inſula & fortalitium Orſova & pro„pugnaculum, ſanctæ Eliſabethæ di„ctum, in ſtatu integro ad Imperium „Ottomannicum pertinebunt. Bana„tus Temesvarienſis ſub Auguſtiſſimi

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„Romanorum Imperatoris ditione i
„integrum ad Vallachiæ limites usqu
„permanebit: excepta tamen parva il
„planitie, quæ ex oppoſita parte iniuz
„Orſovæ ſita eſt, & diſtinguitur, & con
„terminatur ex una parte a rivo Zer
„na, a Meadea defluente; ex alter
„parte a Danubio tum a Rivo quodam
„qui Vallachiæ Auſtriacæ fines conſti
„tuit: denique a primis montium co
„libus Banatus, qui Inſulæ Orſovæ ob
„jacent, juxta lineam, quæ a rivo ad
„rivum ducetur, eadem ubique ſervata
„diſtantia, quæ adeſt inter dictum flu
„men, & colles e regione Orſovæ ob
„jacentes, quæ quidem planities in
„Ottomannica ditione permanebit, ea
„tamen lege, quod ſi Turcæ integrum
„curſum rivi Zernæ ita deflectere pos
„ſint, ut pone, & juxta oppidum, ve
„tus Orſova dictum defluere poſſit, tunc
„vetus illud Orſova eidem planitiei ſa
„ctum contiguum, excepto tamen il
„lius territorio, ad Ottomannicam Por
„tam pertinebit: eo pacto tamen, ut
„illud munire nequaquam liceat Portæ
„Ottomannicæ; verum unius anni con
„ceditur ſpatium, per quod dicti rivi
„Zernæ curſum deflectere poſſit, quo
„transacto omne jus amittet in dictum
„vetus Orſovam, quod in Sacræ Cæ
„ſareæ Regiæque Majeſtatis ditione
„per-

„permanebit. Munimenta loci Mea- Sæc. XVIII.
„deæ, qui juxta jam ſtabilita confinia A. C. 1739.
„Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis
„eſt, ab Ottomannis ſine mora deſtruan-
„tur, nec impoſterum a Cæſareis re-
„ædificentur, Munimina quoque pe-
„nes Danubium, & Savum ſita, quo-
„rum demolitio fuit ſtatuta, & in po-
„teſtate Sacræ Cæſareæ Regiæque Ma-
„jeſtatis remanent, non reſtaurentur.„

„Nos volentes iis, quæ Nobis vi-
„gore modo recenſitorum Articulorum
„incumbunt, eadem integritate, quo
„ad tractandum acceſſimus, ſatisfacere,
„prænotatas conditiones atque Articu-
„los, prout de verbo ad verbum inſerti
„ſunt, pro Noſtra parte, ex certa No-
„ſtra licentia, animo bene deliberato
„& omni meliore forma ac modo ap-
„probavimus, & corroboravimus, pro-
„uti vigore præſentium approbamus,
„ratifacimus & corroboramus, pro-
„mittentes in fide & verbo Imperiali
„Regioque pro Nobis ac hæredibus &
„Succeſſoribus Noſtris, quod illa om-
„nia & ſingula ſincere & inviolabiliter
„tenebimus, obſervabimus, quamdiu
„ab altera parte paci adverſantes actio-
„nes & motus non promanaverint:
„quod per ſupradictos Hæredes ac Suc-
„ceſſores eodem plane pacto obſervari
„& adimpleri debere volumus, atque

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„decrevimus, ac tam Nos ipsos, quam „eos, ad id quam efficacissime obliga„mus, & obligatos ac adstrictos redde„mus, omni dolo & fraude postpositis „& semotis: harum testimonio litera„rum manu Nostra subscriptarum & „sigilli Nostri Cæsarei appensione mu„nitarum. Dabantur in Civitate No„stra Viennensi &c.„

§. XXXV.

Imperatoris epistola ad Russiæ Imperatricem hac super re.

Die autem decima tertia Septembris Imperator præcipitis hujus tractatus seriem, tantique mali causſam ad Russiæ Autocratricem perscripsit, datis ad eam hisce literis:

„Non sine acerbissimo animi dolore „præsentes literas ad Serenitatem Ve„stram exaro. Longe minus nuntio „de expugnata Alba Græca aut clade „ab hoste accepta, quam eo, qui de „conclusis a Neupergio Comite indecoris Præliminaribus Pacis conditioni„bus diebus hisce ad me pervenit, fui„sem perculsus. Cum ob crebras, & „quam maxime intempestivas ad Ma„gnum Vizirium missiones aliosque „quam plurimos errores, consilium ce„pissem, Comiti a Wallis omnem qua„pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„pacem ſpectabat curam adimendi; „ſuaſu, hortatu atque exemplo Serenitatis veſtræ eo fui permotus, ut ad „Chriſtianiſſimi Regis apud Præfulgidam Portam Oratorem, Conciliatoris munus præclare obeuntem, „Marcheſium de Villeneuve, Mommarſium interpretem ablegare conſtituerem. Neceſſarium una viſum fuerat, ſicuti & reapſe erat, quemdam „ex majoris gradus Belliducibus in locum Comitis a Wallis, ut pacis negotium e propinquo curaret, ſubrogare: cui muneri Comes a Neuperg „ea quoque de cauſſa aptiſſimus „habitus fuit, quod poſt Paſſarovienſis „Pacis Tractatum Commiſſarii pro dimetiendis limitibus munere cum laude „fuerat defunctus. Aſt exſpectationi „meæ eventus nequaquam reſpondit. „Absque Meo præfectu & plane contra „mentem Meam inconſiderate is ſe ad „inimica caſtra contulit, ne quidem „obſidibus prius pro ſui ſecuritate, uti „moris eſt, receptis. Nonniſi 23. Auguſti de tam ſingulari eventu reddi„tus fui certior. Et quamvis præci„puæ, quæ eventum huncce comitabantur, circumſtantiæ ab initio me „penitus laterent, partem tamen ma„lorum ex tam infauſto conſilio promanantium, præſaga mente jam tum ſui

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„subveritus. Aucta fuit hæc ipsa sol-
„licitudo Mea, cum nec ad Mea castra
„pro explendo militari munere suo Neu-
„pergius Comes rediret, nec per omne
„id tempus, quo in inimicis castris com-
„moratus est, super iis, quæ ibidem
„tractantur, vel minimum quicquam
„ad Me perscriberet facile inde collegi
„eundem non tam hospitem aut Mini-
„strum, ea, qua necesse est, libertate
„gaudentem, quam captivum referre.
„Ergo mora haud interposita, plenam
„ei, quam prius concesseram, facultā-
„tem ademi; addito una mandato ut
„nisi captivus detineatur, inde proti-
„nus discedat, quo tam inconsiderate
„sese contulit. Ast tanta festinatione
„cuncta ab eodem acta sunt, ut inde-
„coræ, quas dixi, Præliminares Pacis
„conditiones prius ab illo essent sub-
„scriptæ, quam jussa hæcce Mea ad
„eundem possent pervenire, atque in-
„audito exemplo executioni harum
„conditionum Me prorsus inscio, præ-
„cipitantius daretur locus, quam com-
„putata locorum intercapedine possibile
„erat ut tenor illarum Mihi inno-
„tescceret. „

„Talis est eventus iste, ut humano
„consilio haud prævideri, minus præ-
„caveri potuerit. Non possum non
„palam improbare, quæcumque a Neu-
„pergio

„pergio Comite acta sunt. Non tan- Sæc. XVIII.
„tum enim concessam sibi facultatem A. C. 1739.
„quam longissime est supergressus, sed
„& in omnibus & singulis rerum capi-
„tibus, nullo prorsus excepto contra
„præscripta, mandata, quæ disertim
„erant inhibita, Turcis præpropere ob-
„tulit, atque indulsit. Non poterat
„ergo de optimo maximo jure Meo,
„tam indecoras & iniquas pacis con-
„ditiones penitus rejiciendi, dubium
„ullum subesse, neque Ego, an jure
„hocce Meo uti vellem, ambiguus hæ-
„rere poteram. Sed id ipsum sine du-
„bio Turcæ reformidantes eo promo-
„verunt sæpe fatum Neupergium Co-
„mitem, ut arctiorem pro restituendis
„Albæ Græcæ munimentis terminum
„præfigeret, quam qui erat necessarius,
„ut concluforum Præliminarium notitia
„ad Me perveniret. Quarta hujus men-
„sis die initium tam infaustæ destru-
„ctioni datum fuit, cum illam fuisse
„promissam, Mihi nonnisi septima ve-
„spere constaret. Exemplum haud ex-
„tat, ante contrahentium Principum ra-
„tihabitionem ea fuisse executioni data,
„de quibus juxta præscriptam normam
„fuerat conventum. Multo minus ergo
„prævidere erat possibile, executioni
„danda fore, quæ contra præscriptam
„normam fuerunt indulta, antequam

Sæc. XVII. A. C. 1739.

„possibile esset, ut ad Me eorum, quæ „tractabantur, notitia perveniret. Id „ipsum tamen jamjam evenit, utut fa„milis eventus ne minimum quidem in „omnibus annalibus vestigium extat. „Sublatus ita fuit omnis & consilio & „medelæ modus, jam in eo eram, ut „inhiberem tam præproperam & fata„lem executionem, cum ecce de dato „eidem initio decima hujus mensis die „edoceor. Nec deliberationi quidem „exin locus superfuit, atque tam im„provida executione omne mihi ab il„lis, quibus nonnisi obsequii gloria re„licta est, arbitrium ademptum quam „maxime indolui. Sunt doloris Mei „testes, quicumque Me propius ex hoc „tempore adierunt. Et quamvis toto „vitæ Meæ decursu quamplurima si„nistra fata fuerim expertus, parem ta„men ei, quam nunc sentio, afflictio„nem nunquam sensi. Jure de aliqui„bus ex iis, quorum erat, jussa Mea „exequi, conqueri potest Serenitas Ve„stra, de me autem sane non. Utut „tota Imperii Ottomanici vis contra „Me esset versa, non ideo vel animum „despondi, vel ullam, quæ in com„mune proficua videri poterat, curam „intermisi. Neque suo tempore deero „iis, quæ vindex justitia efflagitat. Uni„cum tamen Mihi adhuc supereſt sola„men,

„men, immensam ex concatenata tam „dirorum fatorum serie jacturam non- „nisi in Me redundare. Meorum culpa „integrum Mihi haud est, haud rati- „habere, quæ inscio, invito & disertim „prohibente promissa fuerunt. Nec „potest proinde integrum esse, semel „ratihabita haud exacte implere. Fi- „dem etiam infidelibus, quamdiu in „eadem perstant, religiosissime servare „necesse est. Ast prosperrimi victricium „serenitatis Vestræ armorum prope „Choczinum successus æquiores eos- „dem reddent, quam fuerunt hucus- „que. Nec dubito, quin pax inter Se- „renitatem Vestram & Præfulgitam „Portam eodem, quo Mecum, tem- „pore concludatur. Et quemadmodum „hæc præcipue Me cura angit, ita „nihil Mihi porro prius, vel antiquius „erit, quam ut perennet fœderis vin- „culum, quod Me Serenitati Vestræ „feliciter ligat, nullis eorum qui id „infractum cupiunt, artibus subver- „tendum. Primus omnium fateor „prægravi culpa tam Comitem a Wal- „lis, quam Comitem a Neuperg labo- „rare. Sed tempus omnium optime „Serenitatem Vestram edocebit, tum „quinam sint genuini Mei erga Eundem „sensus, tum Me ne in minimam qui- „dem culpæ hujus partem venire. Et „quod superest &c.„

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXVI.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXVI.

Articuli pacis Belgradenſis a Cæſare & Turcis confirmati.

Quamprimum Neupergius prælimi-nares articulos ſignaverat, tam præcipiti cura ad ipſos etiam, ut vocant, *definitivos* articulos proceſſit, ut pacis inſtrumentum cum Turcis jam die decima octava Septembris eſſet confectum, ſignatumque fuiſſet, antequam Dalmannus cum nova Cæſaris inſtructione ac prælimi-narium confirmatione Belgradum advenire potuiſſet: cum ergo jam ante Cæſaris ratificationem, quæ tamen ad valorem, roburque omnis pacificationis omnino neceſſaria fuiſſet, exemplo hactenus non audito ipſius Belgradi demolitio jam cæpta fuerit, re haud amplius integra, quid aliud ageret Imperator, niſi ut id, quod emendare non amplius poterat, invitus ratum haberet: Juvat huc adducere hujus pacis articulos, quorum tenor ſequens eſt:

In Nomine Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis.

„Cum, quæ pro ſopiendis diſſidiis, „Bellique motibus inter Sereniſſimam, „& Potentiſſimam Principem, Domi-

„nam

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„nam Annam, Ruſſorum Autocratri„cem, ac Præfulgidam Portam enatis, „impenſa antehac fuerat amica opera, „incaſſum ceſſerit, atque exin infauſte „acciderit, ut quæ vigeſima prima „Menſis Julii die Anno 1718. Paſſaro„vicii inter utrumque Imperium fe„liciter concluſa fuerat Pax, non ſine „ſubjectorum Populorum damno, ac „Religionum ſtrage ante præfixum Ter„minum interrupta, ac proinde inter „Auguſtiſſimum & Potentiſſimum Prin„cipem, ac Dominum Carolum VI. „Electum Romanorum Imperatorem „ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hiſpa„niarum, & Indiarum, necnon Hun„gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croa„tiæ, Slavoniæ, & utriusque Siciliæ „&c. Regem, Archiducem Auſtriæ, „Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Me„diolani, Styriæ, Carinthiæ, Carnio„liæ, Limburgiæ, Luxenburgiæ, Wit„tenbergiæ, ſuperioris & inferioris „Sileſiæ, & Sueviæ, S. R. J. Marchio„nem Burgoviæ, Moraviæ, ſuperioris, „& inferioris Luſatiæ Comitem Hab„ſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Croatiæ, „Ferretis, Chyburgi &c. ab una; & „Sereniſſimum, ac Potentiſſimum Prin„cipem, ac Dominum Sultannum Mah„mud Han, Ottomannorum, Aſiæ, & „Græciæ Imperatorem, ab altera parte,

„cruen-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„cruentum ac exitiale Bellum exortum „ſit, non modo eodem, quo id evenit, „tempore de conciliandis animis, ac „evitanda ulteriore humani ſanguinis „effuſione ſaluberrima agitata fuerunt „Conſilia, ſed & rupto poſthæc Nemi„roventi Congreſſu, Divina favente „Clementia, ac interveniente Sereniſ„ſimi ac Potentiſſimi Principis, Lu„dovici XV. Galliarum Regis Chriſtia„niſſimi, amica conciliatoria opera in„choatum prius Pacis opus ad finem „perductum fuit: ſiquidem cum Illuſ„triſſimus & Excellentiſſimus Dominus „Ludovicus Salvator Marchio de Wil„leneuve, Regi Chriſtianiſſimo a Con„ciliis Status, necnon & illius ad Por„tam Ottomannicam Orator extraordi„narius & Plenipotentiarius, non ſo„lum Conciliatoris, ſed & ſacræ Cæ„ſareæ Regiæque Majeſtatis Plenipo„tentiarii munere, in ipſo negotii li„mine functus eſſet, tandem eo rei de„ventum eſſet, ut Sacra Cæſarea Re„giaque Majeſtas citius inſtaurandæ Pa„cis deſiderio mota Illuſtriſſimum, & „Excellentiſſimum Dominum Comitem „a Neuperg, Sacræ Cæſareæ Regiæ„que Catholicæ Majeſtatis ſupremum „Rei Tormentariæ Præfectum, Collo„nellum Regiminis Pedeſtris, Came„rariumque actualem, necnon Guber„natо-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„natorem provisorie constitutum Duca-
„tus Luxemburgiæ, Comitatus Chigni,
„ac Banatus Temeswarensis sua plena
„Potentia ad Pacem cum Imperio Ot-
„tomannico ineundam munierit, qua
„instructus supradictus Illustrissimus &
„Excellentissimus Comes a Neuperg
„cum se ad Castra Ottomannica ad Bel-
„gradum, & in Gallici Oratoris ibi
„degentis tentoria contulisset, habitis
„nonnullis colloquiis annuente Supre-
„mo Imperii Ottomannici Vezirio, Ex-
„cellentissimo Domino Mehemed Pacha,
„cum honoratissimis Dominis Ali Ba-
„cha, Bosniæ Gubernatore, olim Su-
„premo Vezirio, nunc Ottomanici
„Exercitus Seraskerio, Ali Pacha,
„Romeliæ Gubernatore, præsentibus,
„& Colloquiis intervenientibus Janissa-
„riorum Præfecto Hassan Aga, tum
„Equestris tum Pedestris Ottomannicæ
„Militiæ, Ordinumque Tribunis, una
„simul cum honorando Anatoliæ Su-
„premo judice Castrensi, Essad Effendi
„honoratissimis Reis Effendi, Mustapha
„Effendi, & Mehtupei Effendi Nahib
„Mehemel Effendi, & Testerdar Atiff
„Mustapha Effendi, nominatim, cæ-
„terisque Imperii Ottomannici præci-
„puis Ministris vicissim supra nonnulla
„Præliminaria Pacis, quæ prima die
„mensis Septembris hujus inter Illu-
„strissi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſtriſſimum, & Excellentiſſimum Comitem a Neuperg ex una parte, & „Supremum Ottomannici Imperii Vezirium ex altera parte, ſubſcripta fuere, „interveniente Regis Chriſtianiſſimi tum „conciliatoria opera tum fidejuſſoria, „vulgo Guarantia dicta, ex utraque „parte requiſita: ex quibus Articulis „cum nonnulla jam ſint, ut conventum „erat, executioni mandata, ſupererat, „ut juxta ultimum Articulum in decem „dies ſolenni & definitivo Tractatu con„venirent, quem ob finem denuo inſtitutis colloquiis cum ſupra memo„ratis Dominis tandem eo res perducta „eſt, ut inter præfatum Illuſtriſſimum „Dominum Comitem a Neuperg, Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis „Plenipotentiarium, ex una parte, & „Magnificentiſſimum Dominum Mehmed Pacha, Ottomanici Imperii Su„premum Vezirium abſoluta & plena, „qua ſuo munere utitur, poteſtate pol„lentem, ex altera parte interveniente, „ut dictum eſt, Illuſtriſſimi & Excellen„tiſſimi Domini Marchionis de Villeneuve conciliatoria opera, necnon e „Regis Chriſtianiſſimi Fidejuſſione ſive „Guarantia, de ſubſequentibus Pacis „Articulis, ſolenni iſto, & definitivo „Tractatu convenerint.„

ARTI

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ARTICULUS I.

„Jam incæpta munimentorum de„molitio, uti per antedictos Articulos „conventum est, nulla interposita mora „continuanda, ut, quam primum fieri „poterit, terminetur. Interea juxta „speciatim concessam facultatem Ho„norandissimus Pacha, Romeliæ Seras„kierius, tantum cum quingentis Ho„minibus in loco civitatis Belgradi de„signato se detineat, & vigore in Præ„liminari expressi articuli præter ipsum „Pacham, & ejus Officiales, qui apud „illum sunt, nulli alteri limina circum„posita mansionibus eorum præterire, „& in reliquam civitatis partem in„gredi, minime licitum censebitur, nisi „post integram civitatis munimento„rum demolitionem. Eadem norma „observabitur in fortalitio Belgradi de„moliendo, quod Ottomannici Milites „non occupabunt, nisi post munimen„torum, quæ destruenda sunt, integram „subversionem, & evacuationem. Quum„que vero vicissim statutum est a die „subscriptionis Præliminariorum utrin„que penitus cesset omnis hostilitas, „& quæcumque alterius partis contri„butionum exactio, oportet, serio de„mandetur, nisi jam demandatum sit, „ut ea die prædictæ Præliminariorum

Sæc. XVIII. A. C. 1793.

„subscriptionis, etiamsi insçie ab utra„que parte in captivitatem abacta sint „mancipia absque ullo lytro reciproce „restituantur. Ottomannicæ Copiæ, „quæ hinc inde in Banatu Temeswa„renſi reperiuntur, præter ad Meadeæ „demolitionem destinatas, incessanter „abscedant, qui tamen peracto ipsis „commisso opere etiam sine mora re„vertantur, & quidem absque eo, quod „ullus eorum, qui in Banatu reperi„tur, subditos Cæsareos minimo dam„no ac injuria afficiat.„

ARTICULUS II.

„Danubii & Savi ripis, una ex parte „ad Augustissimum Romanorum Impe„ratorem, altera vero ex parte ad Ot„tomannicum Imperium spectantibus „promanans inde tam quo ad piscationem „cujuscumque naturæ, potationem „pecorum quam alios necessarios usus „emolumentum utriusque partis sub„ditis commune sit: hoc pacto tamen, „ne piscatum euntes utriusque partis „subditi fluvii medietatem pertranseant. „Naves quidem molendinariæ in locis „convenientibus, ubi navigationi mer„catorum obesse non possunt, communi „Gubernatorum in confiniis existentium „consensu, collocentur. Pro communi „commoditate subditis utriusque partis „lici,

„licitum esto, sine molestia, & dispen- Sæc. XVIII.
„dio naves, & cymbas illorum contra A. C. 1739.
„aquæ cursum per alteram ripam, cum
„per propriam hoc fieri nequit, remul-
„care, & trahere. Si quæ vero in
„Danubio, & Savo enascantur, aut
„jam enatæ sint Insulæ, illi ex contra-
„hentibus cedant, cujus ripæ sint vi-
„ciniores, quod ipsum per Commissa-
„rios juxta subsequentem Articulum
„pro figendis limitibus denominandis
„intra terminum ibidem expressum erit
dimetiendum. Ad Incolarum vero
„commodas habitationes in extremis
„confiniis pagos ædificare, ubique sine
„impedimentis, & exceptione utrique
„parti fas esto.„

ARTICULUS III.

„Quicumque ex Boyaris, aliisque
„minoris conditionis Vallachis, aut
„Moldavis, tum etiam aliis Incolis di-
„tionum Ottomannico Imperio subjecta-
„rum, cujuscumque gradus aut digni-
„tatis sint, ad partes Augustissimi Ro-
„manorum Imperatoris Belli tempore
„se se receperint, ii vigore hujus Pacis,
„& sancitæ in eadem pleniſſimæ præ-
„teritorum oblivionis ad pristinas suas
„mansiones, si velint, reverti, & ibi
„commorari atque adinstar aliorum ha-
„bitationibus, bonis ac terris suis pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„cifice frui poterunt. Cæteris quoque „ſubditis, qui ex utraque parte Belli „tempore ab obedientia illorum legitimi „Domini deſciverint, & ad alteram „partem ſe contulerint, omnino utrin„que parcatur, & ad priſtinos lares „ſuos reverti licitum ſit. Præſertim „vero ſubditi Serviæ, & Banatus qui „tempore Belli ad Cæſaream, ſive ad „Ottomannicam ditionem ſe dederint, „tam quoad bona, quam quoad vitam „omnino incolumes ſint.„

ARTICULUS IV.

„Pro Religioſis, & Religionis Chri„ſtianæ exercitio juxta Ritum Romano„Catholicæ Eccleſiæ quæcumque præ„cedentes Glorioſiſſimi Ottomannorum „Imperatores in Regnis ſuis, ſive per „antecedentes Sacras Capitulationes, „ſive per alia ſigna Imperialia, ſive per „Edicta, & Mandata ſpecialia, tam „ante Paſſarovicenſem Pacem, quam „poſt eandem jamjam concluſam favo„rabiliter conceſſerunt, ea omnia, ac „ſpeciatim quoque quæcumque ad re„quiſitionem Auguſtiſſimi Romanorum „Imperatoris Patribus Ordinis Sanctiſ„ſimæ Trinitatis de redemptione ca„ptivorum fuerunt indulta, Sereniſſi„mus Ottomannorum Imperator im„poſterum etiam obſervanda confirma„bit,

„bit, ita, ut Ecclesias suas præfati Re- Sæc. XVIII.
„ligiosi cum legis scitu reparare, & re- A. C. 1739.
„sarcire, necnon functiones suas ab
„antiquo consuetas exercere possint, &
„nemini permissum sit, contra priores
„Capitulationes, ac leges aliquo ge-
„nere molestiæ, aut pecuniariæ peti-
„tionis eosdem Religiosos & alios, cu-
„juscumque Ordinis & conditionis sint,
„afficere; sed consueta Imperatoria pie-
„tate gaudeant, & fruantur. Præ-
„terea Augustissimi Romanorum Impe-
„ratoris solemni ad Ottomannicam Por-
„tam Legato licitum sit, commissa sibi
„circa Religionem. & loca Christianæ
„visitationis in sancta civitate Jerusalem,
„aliisque in locis, ubi dicti Religiosi
„Ecclesias habuerint, exponere, atque
„instantias suas facere.„

ARTICULUS V.

„Publici captivi antecedentis, &
„præsentis Belli tempore ex utraque
„parte in captivitatem ducti, & in publi-
„cis Carceribus adhuc detenti, consi-
„deratione istius Almæ Pacis libera-
„tionem sperent, nec possint diutine
„sine læsione Imperatoriæ Clementiæ,
„& laudatæ consuetudinis, ac Gene-
„rositatis in eadem captivitatis miseria,
„& calamitate relinqui, sed modo ab
„antiquo consueto, cuncti captivi a

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„die hujus Tractatus Pacis ab utraque „parte intra dies sexaginta & unum in „libertatem asserantur. Cæteris vero, „qui in privatorum Potestate, vel apud „ipsos Tartaros sunt, dummodo Chri„stianam profiteantur Religionem, li„berationem suam honeste, & quam „fieri poterit, mediocri lytro procurare „licitum sit? Quodsi cum captivi Do„mino honesta conventio fieri non pot„erit, judices locorum litem omnem „per compositionem dirimant; sin au„tem prædictis viis id etiam confici „haud posset, captivi pretiis eorum sive „per Testimonia, sive per juramenta „probatis, atque solutis liberentur, „nec possunt Domini eorundem sese „opponere.„

„Magnus Ottomannorum Legatus „ad Sacræ Cæsareæ Regiæque Maje„statis ditiones iturus, quum in iisdem „ad captivos Ottomanicos liberandos „operam dare voluerit, Ministri, & „Officiales Cæsarei horum libertati sa„tagent, dum in Mahometanismo per„sistant; & quando quidem a parte Im„perii Ottomannici Homines, sive ante „Legationem, sive post eandem non „emitterentur, qui taliter liberandis „captivis operam adhibebunt, spectabit „ad probitatem Cæsareorum Præfecto„rum, ut ad dimittendum Ottoman„nos

„nos captivos, quo emti sunt pretio „sincere comprobato, Dominos illorum „adstringant, inde ad confinia trans- „mittant, hoc pacto tamen, ut pre- „tium lytri ipsis mittatur: Atque ita „sanctum hoc opus pari utrinque pie- „tate promoveatur, donec demum „captivi utrinque prædicta ratione li- „berentur, ex alteraque parte officia „adhibeantur, ut interea miseri captivi „benigne tractentur. „

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ARTICULUS VI.

„Utriusque partis mercatores in „ditionibus utriusque Imperii, rem mer- „catoriam libere secure & pacifice exer- „ceant, subditisque ac mercatoribus „Provinciarum Romanorum Imperatori „subjectarum, cujuscumque sint na- „tionis, terra, marique propriis navi- „bus, more hucusque usitato sub signis, „& literis patentibus Romano Cæsa- „reis, in Regnis, & Provinciis Otto- „mannicis pacificus aditus, & reditus „pateat, emptioque ac venditio libera „sit, & solutis vectigalibus, hucusque „pendi solitis, neutiquam molestentur, „quin imo protegantur: ita ut quicum- „que in ditionibus Ottomannico Impe- „rio subditis reliquis Christianis a tri- „buto liberis nationibus, etiam ami- „cissimis, ac speciatim Gallis, Anglis,

Sæc. XVIII. A. C. 1739. „Batavisque conceſſus eſt favor, Ro„mano- Cæſareis mercatoribus pariter „conceſſus, & confirmatus cenſendus „ſit, eademque ipſi utilitate ac ſecuri„tate gaudere, & frui debeant. Viciſſim „Ottomannici Imperii ſubditi & merca„tores, quamprimum confinia terrarum, „ac ditionum Auguſtiſſimo Romano„rum Imperatori ſubjectarum ingreſſi „fuerint, non diſſimili modo tractentur; „ibidemque mercaturam exercentes „omnibus in negotiis protegantur, & „defendantur.„

„Algerinis, Tunetanis & Tripoli„tanis, aliisque, quibus id mandare „neceſſe eſt, ſerio injungatur, ut im„poſterum Pacis Conditionibus ac ini„tis ſeorſim Pactis conventis nulla in „re contraveniant.„

„Coerceantur quoque in ripa maris „ſito Dulcienſis arcis incolæ, aliique „in illis partibus degentes Ottoman„nici Imperii ſubditi, ne deinceps py„raticam exerceant, aut naves merca„torum infeſtent, illisque damnum in„ferant, atque cymbis illorum ſeu fre„gatis, & reliquis navibus pyraticis „ſublatis alias extruere prohibeantur; „ita quidem, ut tales prædones, quo„tiescumque Pacis capitulationibus „quocumque modo contravenire auſi „fuerint, reſtitutis cunctis in prædam „ab-

„ablatis rebus, resarcitis damnis, in „libertatem assertis captivis, juxta „legum rigorem severe animadverta„tur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ARTICULUS VII.

„De Persico commercio sequentem „in modum conventum est, quod sub„ditis Augustissimi Romanorum Impe„ratoris erga solutionem vectigalium „præcedente Articulo memoratorum „per Danubium, & Turcicum territo„rium in persiam mercaturam exercere „liceat; neque minus Persæ mercato„res, tum ex ditionibus Romano-Cæ„sareis in Turciam advenientes, tum „ex Persia per Ottomannicum territo„rium in ditiones Romano-Cæsareas „transeuntes quamprimum tam vecti„gal ad normam quinque per centum, „quam impositionem, quæ vulgo Reftie „nuncupatur, solverunt, sub nullo „prætexu ulteriore onere, aut exactio„ne gravari debeant.„

ARTICULUS VIII.

„Pax ista quamvis secundum præ„dictas conditiones bona concordia con„clusa sit, attamen ut omnia, quæ de „confiniis promissa & accepta sunt, ex „omni parte effectum nanciscantur, „constituantur spatio unius mensis „ab utraque parte experti, fidi, &

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„pacifici Commissarii, iique loco opportuno, quam primum fieri poterit, „& absque norma confinia metis & terminis manifestis per superiores Articulos designata distinguant, & determinent, & statuta utrinque accuratissime, & citissime executioni mandentur.„

ARTICULUS IX.

„Definiti tandem per hosce tractatus, & subsecuta, ubi opus fuerit, locali deputatorum Commissariorum „separatione stabiliti, sive deinceps „idoneo tempore per operam Commissariorum mutuo stabiliendi confiniorum limites, sancte utrinque, & religiose observentur, ita ut nulla ratione, aut prætexu extendi, transferri aut mutari possint. Neque liceat alicui Pacisentium parti in alterius partis territorium ultra statutos „semel terminos, & limites quidquam „juris, aut Potestatis prætendere aut „exercere, aut alterius partis subditos, „sive ad deditionem, sive ad pendendum Tributum qualecumque, sive „præteritum, sive futurum, sive ad „quamvis aliam humano ingenio excogitabilem exactionis, aut vexationis speciem adigere, aut molestare, „sed omnis altercatio ex integro amoveatur.„

ARTI-

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

ARTICULUS X.

„Ad tollendas penitus quascumque „in confiniis super aliquo Articulorum „armistitii hujus aut quavis de re im„posterum enascentes controversias, dif„ferentias, aut discordias, ubi prompto, „& maturo remedio opus erit, ordi„nentur utrinque in confiniis primo „quoque tempore electi pari numero „Commissarii, viri neutiquam avidi, „sed graves, probi, prudentes, experti, „atque pacifici, hique loco opportuno „convenientes sine exercitu cum æ„quali pacificarum personarum comi„tatu omnes & singulas hujuscemodi „controversias emergentes audiant, „cognoscant, decidant, & amicabili„ter componant, talem denique ordi„nem, & modum constituant, quo „utraque pars suos homines, & sub„ditos citra omnem tergiversationem, „vel prætextum graviſſimis pœnis ad „sinceram, & firmam Pacis observa„tionem compellant. Quodsi vero ne„gotia tanti momenti occurrerent, quæ „per Commissarios utriusque partis „componi, & expediri non possent, „tunc ad ambos Potentissimos Impera„tores remittantur, ut ipsi complanan„dis iisdem, sedandis & extinguendis „modum, & rationem adhibere va„leant,

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„leant, ita ut tales controverſiæ quam „fieri poterit, intra breviſſimum tem„poris ſpatium componantur, nec eo„rum determinatio ulla ratione negli„gatur, aut protrahatur. Cumque „præterea in antecedentibus ſacris Ca„pitulationibus duella, & mutuæ ad „certamen provocationes fuerint vetitæ, „impoſterum etiam ſint illicitæ; & ſi „qui ad ſingulare certamen venire auſi „fuerint, in illos ut transgreſſores gra„viſſime animadvertatur.„

ARTICULUS XI.

„Incurſiones hoſtiles, & occupa„tiones omnesque inſultus, clam aut „ex improviſo factæ, devaſtationes, & „depopulationes territorii utriusque „Dominii omnino, & ſeveriſſimis man„datis prohibitæ ſint ac illicitæ; trans„greſſores vero Articuli hujus, ubi„cumque deprehenſi, ſtatim incarce„rentur, & per jurisdictionem loci, ubi „captivi fuerint pro merito puniantur, „absque ulla remiſſione, & rapta, quæ„cumque ſint diligentiſſime perquiſita, „& adinventa ſecundum omnem æqui„tatem Dominis ſuis reſtituantur. Ca„pitanei quoque ipſimet commendan„tes, & Præfecti utriusque partis ad „juſtitiam ulla admiſſa incuria integer„rime adminiſtrandam ſub amiſſione „Officii

„Officii non ſolum, ſed etiam vitæ, & „honoris adſtricti ſint atque obligati.„ Sæc. XVIII. A.C. 1739.

ARTICULUS XII.

„Si hæcce inter duos Sereniſſimos „& Potentiſſimos Imperatores concluſa „Alma Pax, & amicitia in inimicitiam „(quod Deus avertat) commutaretur, „omnes utriusque Imperii ſubditi in „fluviis terraque exiſtentes, cujuscum„que conditionis ſint, tempeſtive cer„tiores fiant, ut acceptis, ſolutisque „debitis cum bonis ſuis ſalvi, & inco„lumes ad confinia exire valeant.„

ARTICULUS XIII.

„Maneat porro etiam illicitum, fu„turis quoque temporibus receptacu„lum, vel fomentum dare malis ho„minibus, rebellibus ſubditis, aut male „contentis, ſed ejusmodi homines, & „omnes prædones, raptores, etiamſi „partis ſubditi ſint, quos in ditione ſua „deprehenderint, merito ſupplicio af„ficere utraque pars adſtricta ſit, qui, „ſi deprehendi nequeant, Capitaneis, „aut Præfectis eorum, ſicubi eos lati„tare compertum fuerit, indicentur, „iique illos puniendi mandatum ha„beant: quodſi nec hi officio ſuo in „punitione talium ſceleratorum ſatis„fecerint, indignationem Imperatoris „ſui

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„sui incurrant, aut officiis exuantur, „aut ipsimet pro reis luant. Quoque „magis a nefariorum hujusmodi petu„lantiis cautum sit, neutri partium li„ceat retinere, & alere Haydones, „quos liberos nuncupant, Plagiarios, „Pribek dictos, atque id genus facino„rosorum hominum, qui non sunt al„terius Principis stipendio conducti, sed „rapto vivunt; tamque ii, quam qui „eos aluerint, pro demerito puniantur, „talesque nefarii, etiamsi consuetæ „vitæ emendationem præ se ferant, „nullam fidem mereantur, nec prope „confinia tolerentur, sed ad alia remo„tiora loca transferantur.„

ARTICULUS XIV.

„Ne tamen aliquo modo confinio„rum tranquillitas, & subditorum quies „perturbetur, loca, ubi Michael Czaky, „aliique Hungari, qui ab obedientia „Augustissimi Romanorum Imperatoris „desciverunt, & in Ottomannicis ditio„nibus Belli tempore refugium quæsi„verunt, in prædictis ditionibus ad lu„bitum collocabuntur, remota sint a „limitaneis, & confiniariis partibus; „uxores tamen illorum non impedian„tur, maritos suos sequi, & cum iis „in assignato districtu commorari.„

ARTI-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ARTICULUS XV.

„Ut quoque tanto magis armiſtitium „hoc bonaque inter ambos Potentiſſi- „mos Imperatores amicitia firmetur, „& coaleſcat, mittentur ſolemnes utrin- „que Legati; ex æquo uſitatis Cære- „monialibus ab introitu in confinia, us- „que ad reditum in locum ſecundæ „permutationis excipiendi, honorandi, „tractandi, atque proſequendi, qui in „ſignum amicitiæ ſpontaneum munus, „conveniens tamen, & utriusque Im- „peratoris dignitate conſentaneum af- „ferent, & in menſe Maij iter prævia „mutua correſpondentia, uno eodem- „que tempore ſuſcipientes, in confiniis „Belgradi more jam pridem inter ut- „rumque Imperium obſervato permuta- „buntur, ſolemnibus porro Legatis in „Imperatoriis Aulis, quicquid libuerit, „petere liceat atque permittatur.„

ARTICULUS XVI.

Regula & norma Curialium in reji- „ciendis, receptisque pariter honoran- „dis, & tractandis Miniſtris ultro citro- „que comeantibus & commorantibus „juxta uſitatam, prioribus etiam tem- „poribus modalitatem, deinceps utrin- „que cum æquali decore, & ſecundum „diſtinctam Caracteris Miſſorum Præ-

„roga-

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„rogativam obſervetur. Legatis Ro„mano-Cæſareis & Reſidentibus, & „quibusvis eorundem hominibus pro „ſuo arbitrio, quibusque placuerit, ve„ſtibus uti licitum ſit, neve quisquam „impedimento eſſe poſſit. Miniſtri porro „Cæſarei ſive Oratoris, ſive Legati, „ſive Reſidentis, ſive Agentis munere „fungantur, quibus reliquorum Prin„cipum Ottomannicæ Portæ Amico„rum Legati, & Agentes Immunita„tibus, & Privilegiis perfruantur, ea„dem libertate, imo ad diſtinguendam „Cæſareæ dignitatis Prærogativam uſ„tatis melioribus modis fruantur, ha„beantque liberam poteſtatem condu„cendi Interpretes, curſores, etiam & „alii eorum homines ab Aula Cæſarea „ad Ottomannicam Portam euntes, at„que iterum redeuntes, & ultro, citro„que, ſecure permeent, atque ut com„mode iter ſuum perficiant, omni fa„vore adjuventur.„

ARTICULUS XVII.

„Has vero Conditiones, & Articu„los ad formam hic mutuo placitam a „Majeſtatibus utriusque Imperatoris „ratihabitum iri, atque ut ſolemnia „ratificationis Diplomata intra ſpa„tium triginta dierum a die ſubſcri„ptionis vel citius per Excellentiſſimum „Regis

„Regis Chriſtianiſſimi Legatum ad Ot- Sæc. XVIII.
„tomannicam Portam, & Plenipoten- A. C. 1739.
„tiarium Mediatorem nunc in Campo
„Ottomannico degentem reciproce com-
„mutentur, & promiſſis ex utraque
„parte firmiter ſtando, nihil in contra-
„rium fiat.„

ARTICULUS XVIII.

„Duret armiſtitium hoc, & exten-
„datur, favente Deo ad 27. annos, &
„continuo ſequentes, a die, qua ejus-
„dem ſubſcriptio facta fuerit: quo an-
„norum numero elapſo, vel etiam me-
„dio tempore, priusquam elabatur, li-
„berum eſto utrique partium, ſi ita
„placuerit, pacem hanc ad plures ad-
„huc annos prorogare; itaque mutuo,
„& libero conſenſu quæcumque ſtabi-
„lita ſunt, pacta inter Majeſtatem Au-
„guſtiſſimi, & Potentiſſimi Romano-
„rum Imperatoris, & Majeſtatem Se-
„reniſſimi & Potentiſſimi Ottomanno-
„rum Imperatoris, & Hæredes eorun-
„dem, Imperia quoque & Regna ipſo-
„rum, terra item marique ſitas regio-
„nes, civitates, urbes, ſubditos, &
„clientes obſerventur ſancte, religioſe
„& inviolabiliter.„

„Et demandetur ſerio omnibus ut-
„riusque partis Gubernatoribus, Præ-
„fectis, Ducibus Exercituum, atque

Sæc XVIII. A. C. 1739.

„Copiis, & quibusvis in eorundem clien-
„tela, obedientia, & subjectione exi-
„stentibus, ut illi quoque prædeclara-
„tis Conditionibus, Clausulis, Pactis,
„& Articulis sese adæquate conforman-
„tes omnibus modis habeant, ne con-
„tra Pacem, & amicitiam hanc sub
„quoquo nomine, aut prætexu se in-
„vicem offendant, aut damnificent,
„sed a quolibet prorsus inimicitiæ genere
„abstinendo, bonam colant vicinita-
„tem, certo scientes, quodsi eatenus
„admoniti morem non gesserint, se-
„verissimis in se pœnis animadverten-
„dum fore.„

„Ipse quoque Crimensis Chanus, &
„omnes Tartarorum gentes quovis no-
„mine vocitatæ ad Pacis hujus, &
„bonæ vicinitatis & reconciliationis
„jura rite observanda adstricti sint, nec
„iisdem contraveniendo hostilitates
„qualescumque exerceant erga quas-
„vis Romano-Cæsareas Provincias,
„earumque subditos, aut clientes; porro
„sive ex aliis Exercituum generibus,
„sive ex nationibus Tartarorum. si quis
„contra sacras Imperatorias hasce Ca-
„pitulationes, & contra Pacta, & Ar-
„ticulos earum quidpiam ausus fuerit,
„iis pœnis rigorosissimis coerceatur.„

„Incipiat vero dicta modo pax,
„quies & securitas subditorum utrius-
„que

„que Imperii a die subscriptionis hujus Sæc. XVIII.
„& Præliminariorum; cessent exinde A. C. 1739.
„atque sustolantur omnes utrinque ini-
„micitiæ, & subditi utriusque partis
„securitate, & tranquillitate fruantur.
„Eoque fine, & quo magis per sum-
„mam curam, ac sedulitates inhibere
„possint, transmittantur quam celer-
„rime Mandata, & Edicta publicandæ
„Pacis ad omnes confiniorum Præfe-
„ctos; cumque spatium aliquod tempo-
„ris requiratur, intra quod Officiales
„in remotioribus partibus præsertim
„confiniis istam conclusæ Pacis noti-
„tiam obtinere valeant, statuantur
„30. dies pro termino, post quem si
„quis hostile quidpiam alterutra ex
„parte admittere præsumpserit, Pœnis
„superius declaratis irremissibiliter
„subjaceat.„

„Ut demum Conditiones Pacis hisce
„Articulis conclusæ utrinque acceptæ,
„& debito, summoque cum respectu in-
„violate observentur, si quidem Ex-
„cellentissimus Mehmed Pacha, Im-
„perii Ottomanici, Supremus Vezie-
„rius, vi absolutæ, & plenæ Potesta-
„tis ipsi ex suo munere competentis
„instrumentum Turcico sermone exa-
„ratum, & subscriptum legitimum, at-
„que validum exhibuerit: Nos quoque
„vi Mandati, & Plenipotentiæ Nostræ

Sæc. XVIII. A. C. 1739. „propriis manibus & propriis sigillis „subscriptas hasce Pactorum literas in „Latino idiomate tanquam legitimum, „& validum Instrumentum extradidi„mus.„

„Acta hæc sunt in Congressu ad Bel„gradum in Servia sub tentoriis cele„brato, die 18. Septembris 739.

Paradoxæ hujus pacis articulis superaddita fuere adhuc alia duo capita I. cum Schmettavius pronuntiaret, ad demolitionum novarum Belgradi munitionum integrum requiri semestre, conventum est, ut intra quadraginta quinque dies medietas Urbis Turcis dederetur, ea tamen lege, ne demolitio impediretur. II. Hæc pax non obstet fœderi cum Russis, cum illud esset perpetuum, eoque fine die tertia Octobris hujus anni illius confirmatio per Gallicum Oratorem Sultano consignata fuit hoc tenore:

„Etiamsi aliunde notum sit, & Præ„fulgidam Portam nequaquam lateat, „Fœdus perpetuum, indissolubile, & „tale inter Sacram Cæsaream Regiam„que Majestatem, & Sacram totius „Russiæ Majestatem intercedere, ut si „unus ex Fœderatis vel ambo simul ab „Imperio Ottomannico, quocumque „modo aut tempore Bello petiti aut „lacessiti fuerint, pro communi tutela,

„vel

„vel in partem Belli alteri Fœderato „illati veniendum, vel ita impetito aut „lacessito Fœderato triginta auxilia„rium militum millia subinitrenda sint; „e re tamen visum est, id ipsum in so„lenni permutationis Ratihabitionum „actu præsenti Instrumento declarare: „hac dissertim adjecta clausula, quod „licet clausa die 18 Septembris hu„jus anni inter utrumque Imperium „Pax ad certos annos restricta, inita „vero eodem die cum Sacra totius „Russiæ Majestate Pax perpetua sit, „non ideo minus tamen firmum peren„neque manere debeat præfati Fœderis „in nullius offensam, sed unice in pro„priæ tutelæ majus robur collimantis „ligamen, toties, quoties præter spem „casus eveniret, ab uno alterove Fœ„derato æque religiose explendum.„

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„In cujus rei fidem Nos infrascri„ptus Sacræ Cæsareæ Regiæque Ma„jestatis primus Aulæ Cancella„rius præsens Declarationis Instrumen„tum in eum, qui supra memoratus „est, finem, Domino Oratori Sacræ „Regiæ Christianissimæ Majestatis apud „Præfulgidam Portam existenti trans„mittendum manu propria subscripsi„mus, & sigillo Nostro munivimus.„

Ceterum tam Wallisii quam Neupergii Comitum caussam Cæsar dijudi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

cari præcepit, eoque fine *Commiſſarios*, ut vocant, nominavit, & quidem Comites Althanium & Cordubam, necnon Hildebrandum Cæſareo - Aulici Conſilii Senatorem, Puelum & Palzerum Auſtriacæ Aulæ Conſiliarios, ac denique Weingartenum & Keslerum Senatui Bellico a conſiliis, quorum Præſes renuntiabatur Comes de Harrach: Neupergius quidem imputata accuſationum capita excuſare nitebatur, objectis Vezirii minis, quibus hic denuntiaſſet, abrupturum ſe omnem pacis tractatum, niſi absque mora Belgradum offerret tradendum, moxque ejus demolitionem fieri juberet: nihilominus tamen, cum quod contra inſtructionem a Cæſare datam hæc egiſſet, ac improvido prorſus conſilio ad Turcarum caſtra veniſſet, nunquam ſatis purgare poſſet, interim captus ad arcem Glacienſem abductus eſt. Wallis vero militari Imperio exutus, die ſecunda Februarii in Spilbergenſi propugnaculo incluſus fuit.

Non deerant, qui Neupergio patrocinantes, eum prudenter egiſſe dicerent; Cæſareum enim exercitum iterata clade ac morbis adeo acciſum fuiſſe, ut nec obſidionem ſolvere, nec Turcis in Hungariam irrupturis obſiſtere potuiſſet, proin ne tota Pannonia & forte

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

forte etiam Auſtria in diſcrimen adduceretur, conſultius fuiſſe, paucas Serviæ urbes hoſti cedere, quam plura Regna amittere: Alii ex levitate ſupplicii, quo tanti mali Promotores afficiebantur, nimia fors ſuſpicandi licentia ducti conjectabant, hæc Neupergium ex occulto altioris auctoritatis mandato attentaſſe, & quempiam Regii ſanguinis Principem a Turcis captum non alio, quam propudioſæ hujus pacis lytro redimi potuiſſe. Utut de vario hominum judicio ſit, omnino certum eſt, quod jam die ſecunda Septembris Chriſtiani præclaras Belgradi munitiones, quas primum anno hujus ſæculi decimo octavo ingenti prorſus labore & ſumptu potiſſimam partem ex Eccleſiaſticorum bonis conſtruxerant, evertere coacti fuerint; Enimvero Turcæ non exiguam offerebant pecuniæ ſummam, ut hæc munimenta ipſis relinquerentur integra: aſt poſt tantam rerum jacturam ex pacificationis lege ſaltem hoc flebile ſolatium Chriſtianis indulgendum erat. Quatuor igitur menſes triſtis hæc demolitio tenuit, qua finita Cæſarei infidelibus hanc Urbem ceſſere; ſupererat adhuc arx Cæſaris præſidio cuſtodita, quæ tamen etiam poſt mutuam pactorum commutationem per Legatos factam Ottoma-

Sæc. XVIII A. C. 1739

nis consignata fuit: Interim vero Vezirius in conventorum securitatem, cautionemque quinque Nobiles, Crossum, Solmensem, Guicciardium, Wallisium, & Herborum ceu obsides, secum Constantinopolin abduxit, qui tamen postea unacum omnibus Christianis captivis liberi sunt dimissi. Ita nempe Belgradum Anno 1683. Ductore Maximiliano Electore Bavaro a Cæsareis multo Christianorum sanguine e Turcarum manibus ereptum & Anno 1690. rursus amissum, & denuo Anno 1718. per pacem Passarovicensem recuperatum, infeliciter per novam pacem semidirutum leviſſimo pretio Turcis non sine magno Christianæ Reipublicæ luctu traditum fuit: Unde haud inconcinne quidam Poeta cecinit:

Conciderant *bello* Carthago, Troja, Saguntus:
Fortia Belgradi mœnia *pace* cadunt.

Alius amissæ huic Urbi sequenti epitaphio parentabat:

Sta Viator Christiane
Qui forte pertansis,
Et parenta lacrymis.
Hic jacet
BELGRADVM
Propriis ossibus pretioso Mausolæo
tumulatum
Quod Christicolis tam caro stetit.

Vix

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

Vix ſanginolenta orior
Exſanguis morior
Manu Sponſi
Qui me ſibi inviolatam voluit
In caſta ſævit viſcera
Ac me maturo Marte & arte ornatam
Inviolabilem Sponſam
Exponit orbi Ludibrio.
Aſt
Meo pretio empta eſt Pax
Plus cara, quam chara
Fides, Spes, Charitas, mihi ſacrificarunt vota
Belgradum bello non bello quidem ſiſtere
Gradum potui, volui:
Contra fata volunt fatalia,
Et me, quam frænum non fregit,
Penna violat.
Heu! unguis, heu penna Aquilæ!
Jam mecum nox eſt
Et Luna me tegit
In cujus concavo me ſemicinerem poſthac
Quæretis, quin invenietis.
Requieſco in pace,
Sine Cruce & ſine Luce,
Lugete.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXVII.

Galli in Corſicam a Genuenſibus evocati.

Interim, cum Genuenſes propriis ſuis armis Corſorum pervicaciam frangere deſperarent, Ludovicum XV. Galliarum Regem ſupplices adibant, ut validas eisdem militum ſuppetias ſubmittere vellet: Nec eorum votis defuit Rex, qui etiam Comitem de Boiſieux cum ſex cohortibus Gallicis in Corſicam decrevit, ut vel pacem ſuaderet, vel obſequium armata vi extorqueret. Verum hic ad molliendas mentes pertinaciter invitas minus idonea adhibuit media; nam, quin prius Curiarum, & Coryphæorum, quos Corſi *Patram* nomine honorant, ſententiam ac conſenſum exquireret, quosdam pacificationis articulos eis propoſuit, hoc addito, quod citra alpes morantibus nonniſi quindecim dierum, ultra montes vero degentibus trium ſeptimanarum inducias ad deliberandum indulgeret, evoluto autem hoc temporis ſpatio, ſi Regis Chriſtianiſſimi voluntati eſſent repugnaturi, non jam pro amicis ſed hoſtibus habendi eſſent. Propoſiti autem Reconciliationis articuli erant ſequentes.

I. Re-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

I. Revocata exilii & triremium pœna rebellibus debita, omnibus plena præteritorum oblivio concedatur, cunctisque hæc concordiæ pacta firmantibus omnia bona & honores restituantur.

II. Omnes, indicto mortis supplicio, arma deponant.

III. Exactiones & tributa durante hoc tumultu nondum soluta remittantur, & nova nonnisi a prima Octobris die anni prioris exigantur.

IV. Supremo Insulæ Commissario haud amplius (uti hactenus) quosdam ad triremes damnare, integrum sit, sed in Reos acta instruere, eosque Genuam mittere liceat.

V. Supremum tribunal in Corsica ex tribus exteris constet: subalterni tamen Judices natione Corsi sint, qui in causis quingentas libras non excedentibus, rejecta omni appellatione, jus dicant.

VI. Pro Corsa juventute erigantur Collegia & Scholæ, ut ex illis Corsi æque ac Genuenses ad Episcopatus promoveri queant: quocirca Respublica polliceatur, quod vacante Episcopo Corsos summo Pontifici præsentatura sit.

VII. Pariter Genuensis Respublica promittat, quod per quinquennium quolibet anno quatuor Corsicanas fami-

Sæc. XVIII A. C. 1739.

milias Genuenſi Nobilitati adſcribere, easque omnium prærogativarum participes facere velit.

VIII. Sicarii capitali pœna plectantur, polliceute Republica, quod eis nec veniam nec aſylum conceſſura ſit.

IX. Denique, de horum pactorum executione tam Cæſar, quam Franciæ Rex caveant.

Verum Corſi inſuperhabitis Papæ monitis, & Gallorum minis, huic conventioni ſurdas præbebant aures; Theodorus enim perſonatus eorum Rex non ita pridem cum novo armorum apparatu rurſus in Inſulam appulſus erat, qui hoſce rebelles identidem hortabatur, ne Gallorum cantus audiant, ſed ſuo Regi ſemper fidi perſiſtant: nihilominus Comes de Boiſſieux præfatas reconciliationis leges per tubicinem ad omnes Corſorum Urbes & pagos emiſſum promulgari curavit: Vix tamen hic ad paucas Urbes progreſſus erat, cum illico a rebellionis Primoribus ſuas literas tradere juberetur; hac enim via Corſis quicquam inſinuare inſolitum eſſe cauſſabantur, potius ergo ſervata patriæ conſuetudine ac jure rem Senioribus eſſe proponendam. Hæc oppoſitio Gallis plane erat inexſpectata; ſparſo tamen, incerto licet rumore, Theodorum denuo clam exceſſiſſe, haud dubie

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

dubie ſperabant, Corſos opis ac conſilii inopes facile in propoſitas reconciliationis leges deſcenſuros: Eapropter ad ponenda arma & acceptanda hæc pacta rurſus ſollicitantur, eisque interminata mortis pœna, & ſumma Regis indignatione injungitur, ut Theodorum, quocunque in loco deprehenderetur, captum, ejusque adhærentes exteros Gallis traderent: Duræ nimis hæ conditiones videbantur Corſis; hi tamen, qui citra alpes habitabant, pejora veriti, poſitis armis ſeſe quidem Gallorum voluntati ſubmittebant, a ſociis vero ſuis propterea tam indigne habebantur, ut pro ſua ſecuritate præſidiarios milites ſibi ſubmitti rogarent. Eapropter Comes Boiſſieux cum numeroſo milite ad Balagnam Provinciam contendit, ut illius incolas, quorum potiſſimi ſeſe Gallorum imperio ſubjecerant, adverſus ſeditioſos monticolas tueretur, ſimulque Bigugliam arcem decimo lapide Baſtia diſſitam præſidio firmaret. Adventanti autem ingens rebellium agmen ductoribus Caſtaneta & Hyacintho Paulio occurrit, tranſitumque denegat: inſtant Galli, vim admovent; conſeruntur manus, & multis utrinque cæſis ac vulneratis Galli Cienuenſibus permixti retrocedere coguntur: Validiores ſubmittuntur copiæ, qui-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

quibus injunctum, ut quoscunque resistere ausos, sine discrimine trajicerent, nisi rebelles mox arma ponant, & propositæ pacificationi accedant. His tamen Corsi minime territi majori numero confluunt, simulque declarant, malle se extrema quæque pati, imo etsi a Christianis derelinquerentur, potius Turcarum, quam Genuensium imperio subesse: Interea Bastiæ nuntiatum est, quod Theodorus cum suis Neapoli appulsus, ad Hollandi Consulis ædes diverterit, inde vero sollicitantibus Gallis raptatus, captusque, demum die secunda Decembris Caietæ in carcerem quidem datus sit, die tamen decima quarta ejusdem Mensis noctu e custodia dimissus, equitumque centuria stipatus, Terracinam deductus fuerit, ibidemque a quadraginta Corsis Belliductoribus lætanter exceptus, conscensa navi in altum vela fecerit: Hujus eventus fama per universam Insulam divulgata, Corsorum potissimi animo concidere videbantur, utpote quos non jam promissa auxilia tantum, sed omnis prorsus exspectatio meliorum, ipsumque consilium defecerat: Accessit insuper ad angoris augmentum Comitis Boissieux (*) obitus, in cujus locum

(*) Hic anno priori ob diuturnam infirmitatem ex Corsica a Rege revocari obtinuit, hocque anno die secunda Februarii decessit.

locum Corsis inauspicato fato successit Marchio de Mallebois, Vir longa militia efferatus, & obstinatis parcere nescius. Hic ergo recenti milite auctus, obsequium, quod Corsi per inveteratam pertinaciam præstare renuebant, per obfirmatam armorum violentiam extorquere aggressus est, & post iteratas pugnas plerumque Gallis faustas Corsos ita concidit, ut Paulius & Ludovicus Giafferius & paulopost Ornanus (nobiliora rebellium capita) cum multis Corsis sese submitterent, ex Insula tamen emigrare jussi. Pariter Rivarolæ Comitis Soror, quæ Theodoro ficto Regi Conjux erat destinata, Mallebosii jussu in Corsica custodiæ data fuit: alii vero pertinaciores a Gallis capti laqueo vitam finierunt. Sæc. XVIII. A. C. 1739.

§. XXXVIII.

Variæ Clementis XIII. Papæ decisiones & decreta.

Quamvis Clemens XII. Pontifex maximus, senio, laboribus, & morbis indeque viribus exhaustus ad momenta æternitatis viam ingredi videretur, miro tamen animi vigore, & Zelo Apostolico indies novis incrementis aucto Pastoralem suam sollicitudinem hoc item anno ad Ecclesiæ negotia

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

tia immote extendit, pluraque oppido ſalutaria condidit decreta: Cum enim plures Græci ex ſuis patriis Regionibus propter fidei Catholicæ cauſſam jam dudum profugi in Italiam veniſſent, & præcipue in Neapolis Regno domicilia fixiſſent, Clemens, ut ſupra meminimus, eis in Calabria Seminarium & Collegium, a ſuæ familiæ nomine *Corſinium* dictum conſtrui curavit, ut hujus Nationis Juvenes ſacratioribus diſciplinis inſtituti, ſacrisque initiati, cetera ad Divinum cultum, ad augendum Catholicæ fidei ſtabilimentum, & animarum ſalutem procurandam opportuna & neceſſaria munia obire valerent: Porro ex ſalutari hoc inſtituto tam uberes proventus, vivente adhuc Pontifice, progerminarunt, ut hi Alumni ob egregium in Philoſophicis ac Theologicis ſcientiis profectum Doctoratus lauream promererentur, quam tamen ibi deficiente hac Facultate aſſequi non poterant: Eapropter ſupplicanti hujus Collegii Rectori ſuisque Succeſſoribus Pontifex die decima quarta Februarii indulſit, ut illius Alumni & Convictores ad Doctoratus honores, prout in aliis Univerſitatibus conſuevit, promoveri valeant.

Cum autem Romæ ſicariorum ac latronum numerus adeo invaleſcere vide-

videretur, ut noctu vix ullus per urbem sine vitæ discrimine tutus incedere posset, hæcque immanitas ad vicena plerumque occisorum capita mensili laniena grassando pertingeret, imo etiam Mense Martio in Hadrianæ molis fossa tria cadavera inflictis vulneribus fœdata, & paulopost in Tiberi fluvio aliud corpus, quod Simonis Piroti natione Galli fuisse credebatur, multis plagis perfossum reperiretur, hinc Pontifex in fædissimæ hujus crudelitatis Auctores rigidissime inquiri jussit, ac severissimum edictum contra nocturnos ejusmodi grassatores promulgavit. Præterea, cum non ita pridem Siciliæ Communitates S. Franciscum de Paula in Regni sui Patronum elegissent, hujusque electionis confirmationem per suos Deputatos Romæ a S. Congregatione efflagitarent; obtento autem hanc in rem decreto circa ipsius executionem Panormitani dubium moverent, eoquod jam dudum in specialem præfati Regni Patronam assumpta fuisset Beatissima Virgo sine labe concepta: hinc desuper supplices ad Papam dabant literas: Hic ergo die decima octava Martii declaravit, Eandem Beatissimam Virginem pro singulari Siciliæ Patrona esse colendam, ut majora Eidem semper a Christi fidelibus impendantur

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1730. obsequia; & religiosa populorum pietas præsentissimo perfruatur patrocinio. Postea Pontifex die decima quinta Aprilis Carmelitis Discalceatis Congregationis Hispanicæ inhibuit, ne ad alios Ordines (excepto Carthusianorum) transeant, vel pro transeundi licentia Romam, vel ad Apostolicos Hispaniæ Nuntios sine Superiorum Generalium consensu recurrant. Pariter annuente summo Pontifice Sacra Rituum Congregatio die secunda Januarii ad magis promovendum S. Andreæ Corsini cultum iisdem Carmelitis indulsit, ut in toto hoc Ordine *bis* in mense per quadragesimam Officium sub ritu semiduplici de eodem Sancto diebus alias non impeditis recitare valeant.

Insuper anno priori inter Episcopum Ferulensem, & hujus Civitatis Carmelitas Discalceatos levis oxorta erat controversia, cujus occasio erat hæc: Exstat ibidem Monasterium Virginum Discalceatarum ejusdem Ordinis, quod quia Episcopi jurisdictioni esset subjectum, hic Scapularia benedicebat; postquam vero hi Religiosi in eadem Civitate Conventum erexerant, illius Prior in sui Conventus Ecclesia habito ad populum sermone declarabat, juxta Pontificum decreta neminem Scapularia

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

ria geſtantem indulgentiis frui, nec eas conceſſas eſſe, niſi ab ipſismet his Religioſis hæc veſtis benedicatur. Inde offenſus Epiſcopus hanc controverſiam a S. Congregatione Indulgentiarum decidi petiit, quæ etiam die vigeſima ſecunda Maij hoc anno per ſpeciale decretum declaravit, nec ſpectare nec ſpectaſſe ad Epiſcopum facultatem benedicendi ſcapularia, & neceſſe eſſe, ut ab Epiſcopo aggregati pro nova aggregatione ad Ordinis Superiores recurrant. Hoc idem Congregationis decretum Pontifex die duodecima Junii auctoritate Apoſtolica confirmavit. Idem etiam ſtatutum fuit die duodecima Julii.

Cum Venerabilis Pater Angelus de Paulis Carmelita ante novemdecim annos Romæ mortuus, vitæ ſanctitate ac miraculis inclareſceret, Clemens Papa audito S. Rituum Congregationis judicio ad preces Cardinalis Guadagni die decima quarta Julii conceſſit, ut ejusdem Venerabilis cauſſa pro Beatificatione & Canoniſatione introducta promoveretur.

Pariter idem Pontifex die vigeſima Aprilis declaravit, quod lectio S. Scripturæ ad conſequendum Magiſterii gradum apud Auguſtinianos omnino neceſſaria ſit. Die autem vigeſima ſe-

Sæc. XVIII A. C. 1739

cunda Maij ad preces Philippi V. Hispaniarum Regis Clemens statuit, ut Ordo militaris B. Virginis de Montea post abrogatum Arragoniæ Senatum, deinceps Ordinum Consilio uniatur, eidemque subsit. Cum vero jam aliquot abhinc annis Melchitæ Monachi Græci ex Congregatione S. Joannis Baptistæ Soairii in Monte Libano, & Angli Romæ Collegia erexissent, summus Pontifex Melchitis Ecclesiæ ad S. Mariam in Dominica possessionem, & Regulas tam pro his quam illis conditas die decima quarta & vigesima octava Septembris confirmavit.

Insuper Pontifex die vigesima tertia Novembris declaravit, quod Tertiarii quorumvis Ordinum Regularium Tertio Ordini Carmelitano adscripti, indulgentiis & gratiis spiritualibus promiscue uti valeant: die autem decima tertia Octobris, cum Superiores Seminarii Missionum exponerent, Episcopum in Indiis Orientalibus summopere esse necessarium, Pontifex Joachimum Eberhardum de Michlinia per speciale Breve Yancheu in Sinis Episcopum nominavit.

§. XXXIX.

Sæc.XVIII.
A. C. 1739.

§. XXXIX.

Petri Meindarti electio in Ultrajectensem Pseudo-Archiepiscopum a Summo Pontifice irritata.

Hoc item anno Theodorus de Croon Schismaticus Ultrajectensis Archiepiscopus ibidem fatis cesserat, mox autem istius Ecclesiæ Canonici Petrum Joannem de Meindarts Leovardiensem Pastorem in Successorem elegere: cum autem hoc Capitulum Pontificum judicio eligendi jure careret, & neoelectus Jansseniana labe notatus esset, eapropter Clemens Pontifex novi hujus Archiepiscopi electionem die sexta Octobris omnino nullam irritamque esse declaravit, edita sequenti Constitutione: „Ubi molestissimus Nuntius „ad Nos pervenit, aliquos factiosos „Clericos, qui se stulte, atque insolenter jactant Canonicos Ultrajectensis „Capituli ab annis supra centum extincti, eo temeritatis deveniisse, ut „sceleri quotidie magis addentes, & „veterem seditionem recenti crimine „cumulantes, ausi fuerint die secunda „proxime præteriti mensis Julii in Ultra„jectensem Pseudo-Archiepiscopum „nefarie eligere quemdam Petrum Joan„nem Meindarts, Pastorem, ut ajunt,

Sæc. XVIII. A. C. 1739

„Leovardiæ, quamquam aperte scirent, „istiusmodi execrabile facinus, ab ipsis „non semel antea patratum, ab Apo„stolica Sede nefandum, irritum, inane „declaratum fuisse, deletum, abjudi„catum. Nos illico Prædecessorum „nostrorum, Sacrarumque Legum mo„rem, atque exempla sequuti, hanc „modo iteratam, illegitimam, sacrile„gamque electionem, tradita Nobis e „Cælo potestate, rescidimus, abroga„vimus, nullius roboris, vanamque „renuntiavimus: Eundem vero Petrum „Joannem, & quotquot ficto ementito„que Canonicorum Ultrajectensium no„mine in ipsum suffragia contulerunt, „eique adhærentes, favorem, opem, „consilium, consensum præstiterunt, „& partes sectantur, fovent, tuentur, „auctoritate Omnipotentis Dei excom„municavimus, anathematizavimus, „atque ab Ecclesiæ communione segre„gatos, ac prorsus Schismaticos ha„bendos, & vitandos esse constituimus, „indiximus, & declaravimus.„

„Mandamus propterea, districte„que interdicimus eidem Petro Joanni „sub pœna Excommunicationis, ipso „facto sine alia declaratione incurrendæ, „ne audeat jurisdictionem ullam, aut „pro animarum regimine authoritatem „sibi arrogare, vel pro suscipiendis Or„dini-

„dinibus Dimissorias Literas dare, Pa- Sæc. XVIII.
„stores, Missionarios, Ministros, De- A. C. 1739.
„servitores, aut alios, quocumque no-
„mine nuncupentur, ad animarum cu-
„ram, & Sacramentorum administra-
„tionem, quovis etiam necessitatis
„prætextu, constituere, ac deputare.„

„Simul quoque palam edicimus,
„& declaramus, omnes & singulas
„antedictorum Officiorum deputatio-
„nes pro animarum regimine, quocum-
„que nomine jam factas, aut fortasse
„faciendas cum omnibus inde sequutis,
„prorsus irritas esse nulliusque roboris,
„ac momenti. Rursus eidem Petro
„Joanni præcipimus, atque inhibemus,
„ne sub simili Excommunicationis pœna
„audeat Episcopalem Jurisdictionem,
„quam profecto nunquam adeptus est,
„exercere.„

„Qui vero per ipsius Literas Dimis-
„sorias fuerit Ecclesiasticis Ordinibus
„initiatus, noverit suspensionis vinculo
„se obstrictum, atque irregularitati
„præterea obnoxium, si susceptos Or-
„dines exercuerit.„

„Vobis autem Dilecti Filii, & qui-
„buscumque aliis etiam Episcopali, &
„Archiepiscopali Dignitate fulgentibus
„omnino, ac sedulo injungimus, ve-
„tamusque, ne præmonstratum Petrum
„Joannem pro vero Ultrajectensi Epi-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„ſcopo habeatis, & agnoſcatis, neve „cum eodem ullo pacto, præſertim in „Divinis communicetis, aut ab ipſo, „aut ab aliis per ipſum perperam de„putatis Sacramenta, aut Ordines ac„cipere, vel ullo modo illi, aut illis, „parere audeatis; imo eosdem tan„quam alienos, ſanctæ Sedi contuma„ces, mandatisque Apoſtolicis refragan„tes averſari, & vitare præcipimus. Præ„terea ſub pœnis canonicis, atque commi„natione etiam indignationis noſtræ in„terdicimus ac ſevere prohibemus omni„bus cujuscumque Catholicæ Eccleſiæ „Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ne ante„dictum Petrum Joannem fruſtra ele„ctum Archiepiſcopum conſecrare au„deant. Cui pariter ſub eisdem pœ„nis interdicimus, atque imperamus, ne „ſe a qualicumque Antiſtite conſecran„dum præbeat, utpote inaniter, & „nullo pacto Archiepiſcopali Dignitate „donatum: qua ſane illicita ac nefaria „conſecratione tot alias ſubiret Ca„nonicas pœnas, & nihilo minus ab „omni ſuſcepti Epiſcopalis ejusdem Or„dinis exercitio ſuſpenſus maneret.„

„Itaque, Dilecti Filii, mandata hæc „noſtra in ſpiritu filiorum adoptionis „accipientes, iis exequendis navate „libenter operam, ac fortiter averſati „verſuta factioſorum ingenia, quibus „nihil

„nihil ſuavius eſt ſeditioſo tumultu, Sæc. XVIII.
„perturbataque Religione; debita ſi- A. C. 1739.
„mul obedientia proſequuti Supremum
„Patrem familias, unice proſpicientem
„veſtræ felicitati, date documentum,
„filios lucis Vos eſſe, nec habere cum
„iis rem velle, conſuetudinem, ſocie-
„tatem, qui ambulant in regione um-
„bræ mortis, ac præter peſtilentis do-
„ctrinæ tenebras, quibus obruuntur,
„ea denique mentis cæcitate laborare
„incipiunt, ut priſcos non minus ſectæ
„Hæreticos imitati, ficti Archiepiſcopi
„nomen in ſuos inducere aggrediantur:
„Contra vero cum fideli grege con-
„juncti, verique Paſtoris vocem au-
„dientes, per ſinceræ Fidei, Religio-
„nis, pietatis paſcua eo pervenire con-
„tendite, ubi quantum Seductores iſti
„ſe deceperint, quam rectum vos te-
„nueritis æternæ ſalutis iter, læti bea-
„tique comperietis. In cujus auſpi-
„cium Apoſtolicam Benedictionem Vo-
„bis, Dilecti Filii, peramanter imper-
„timur.„

Ceterum adverſus hanc Papæ Conſtitutionem Ultrajectenſes Canonici conſuetam ſuam appellationem haud amplius interpoſuere, partim quod eam Romæ flocci haberi viderent, partim quod prætenſum ſuum jus prioribus appellationibus ſatis firmatum crede-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

rent, & aliunde ridiculum hoc effugium ad Lutheri imitationem adoptatum luculentam schismatis tesseram fore arbitrarentur, ipsi vero adhuc dum se in Catholicæ Ecclesiæ Matris suæ gremio foveri jactitarent.

§. XL.

Principum atque Illustrium obitus.

Inter Præsules hoc anno denatos die vigesima quinta Januarii anno ætatis suæ sexagesimo nono in sua Abbatia vivis ereptus erat Bertholdus Melicensis Abbas, qui ob insignem prudentiam rarasque animi dotes non modo Cæsari a secretis consiliis esse meruit, sed etiam anno hujus sæculi absente Imperatore Austriacarum ditionum Administrator nominatus fuit. Mensem pariter Februarium vitæ suæ exitialem habuit Augustus Zacco Travisanus Episcopus, & Mensem Septembrem Benedictus de Benedetti Spoletanus Antistes. Ineunte autem hoc anno fatis cessit Joannes Baptista Massillon Berulliani Oratorii Presbyter Savignyanus Abbas & Claromontanus Episcopus. Die vero decima septima Septembris Romæ mortalitatem exuit Ernestus Emmanuel Comes de Harrach Nitriæ in Hun-

Hungaria Episcopus, Cæsareus apud Papam Administer nonnisi triginta quatuor annos natus: Pariter anno ætatis quadragesimo nono decessit Maria Anna Gabrielina de Bourbon Abbatissa S. Antonii de Campis. Die autem quarta Augusti obiit Renatus Franciscus de Beauvau Narbonensis Archiepiscopus, acerrimus Constitutionis vindex, qui præter quadraginta Episcoporum instructionem etiam concordata acceptaverat: Successorem habuit Joannem Ludovicum de Breton a Crillon antea Tolosanum Archiepiscopum. Hunc pari fato & gloria sequebatur Vincentius Franciscus de Marets San-Maclovienſis Episcopus, qui Anno 1724. Mense Octobri in Diæcesana sua Synodo interpositam appellationem revocavit, & Constitutionem pure ac simpliciter recepit. Vivere desiit die vigesima quarta Septembris: Eidem suffectus est Abbas Fougasse de la Bastie Vicarius Generalis Carnutensis. Denique Josephus Petrus de Castellana Foro-Julienſis Episcopus post acceptatam Constitutionem & præfatam Instructionem pie in Domino obiit. Eandem quoque æternitatis viam ingressi sunt Mense Novembri Gabriel de Cosnac Augustinianus Episcopus expleto octogesimo sexto ætatis anno, & Mense Septem-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739. Septembri Benjamin de Lisle Dugast Lemovicensis Antistes, cui successit Abbas de Colasques, Vicarius Generalis Bituricensis. Præterea Fescenniæ die prima Martii vigilantissimus ibidem Episcopus Joannes Franciscus Tenderini pie in Domino obdormivit.

Ex Principibus Laicis Mense Januario hujus anni e vivis excesserunt Augusta Ludovica Dux Saxonico Barby die quinta Jan. annos nata quadraginta & unum; Carolina Ludovica Princeps Anhaltino - Schaumburgensis die secunda ejusdem Mensis anno ætatis quinquagesimo nono: Ludovicus de Brancas Dux de Villars, qui relicta Aula apud Patres Oratorii solitariam duxit vitam, ibidemque die vigesima præfati Mensis septuaginta sex annorum senex pie in Domino obiit: Fridericus Wilhelmus de la Tremouille Princeps de Talmont annos natus octoginta & unum eodem Mense decessit. Sicut & die vigesima secunda Wenceslaus Ferdinandus Princeps de Lobkowitz quindecim annorum Juvenis obiit.

Die quarta Februarii nonnisi triginta quinque annos natus Romæ vitæ theatrum post plurima utriusque fortunæ fata reliquit Muley Abdar Rahmann seu vero nomine Muley Achmet Marocanus Princeps, de quo jam supra

pra frequens erat mentio: Eidem quidam Amicus magnificum conſtrui curavit mauſoleum, cui ſequens inſculptum legitur epitaphium. Sæc. XVIII. A.C. 1739.

D. O. M.

Laurentio, Maurochii Principi, olim Ismaelis Mauroccani, & Teſſani Regis Nepoti, qui æmulator Patris Abdullæ Patruo erepturus regnum, dum quærit externa auxilia circumventus Patruo captivus mittitur, moxque ex cuſtodia & imminenti cæde evadens per finitimam Hiſpaniam venit Romam, ubi Fidem amplexus eſt A.D.M. DCCXXXIII. *pridie Nonas Martias, Clemente XII. Pont. Max. cujus Nomen, Gratiam, non impares conditioni opes, poſt deletum ſalutari unda Remetis nomen per Clementis ſororis filium, F. J. A. Guadagnium, S. R. E. Card. Vicarium, ſuſcipiente eum ex ſacro fonte Ejusdem Clementis Fratris filio Bartholomæo Corſinio, Pro-Rege nunc Siciliæ, quamdiu vixit, poſſedit. Amicus mœrentiſſimus P. P. M. quievit A. D.* MDCCXXXIX. *Ætat. XXXV. IV. Non. Febr. ac Pontificâ munificentia humatus ſub ſacello S. Franciſci reſurrectionis diem expectat.*

Reliquerat hic Princeps Conjugem ſuam natione Armenam, pariter fidei Catholicæ addictam, & tunc gravidam, quæ etiam poſt Mariti obitum Romæ

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Romæ Filium enixa est. Die autem vigesima Martii trimulus decessit Josephus Wenceslaus Princeps de Liechtenstein, & paulopost Nicolaus de Cordona Dux Medina-Cæli necnon Franciscus de Toledo Dux de Alba ambo Hispaniæ Grandes. Sexagenarius vero die vigesima nona Aprilis naturæ concessit Anna Maria Josephus de Lotharingia Dux Guisius, & die duodecima ejusdem Mensis Franciscus Bernardus Potier Dux de Gevres Par Franciæ: Die vero tertia Maij expleto anno ætatis septuagesimo tertio fatis functa est Maria Anna Borbonia Contii Principis Vidua, quæ in pietatis exercitiis senescens, vivum virtutum exemplar evasit, suique nominis famam immortalem reddidit. Eodem quoque Mense septuagenario Major Neapoli mortuus est Princeps de Casano ab Arragonia.

Die autem decima octava Junii Carolus Fridericus Holsato-Gottorpianus Dux celeberrimus sui ævi Heros post elusas frequentes Martis insidias in mortis casses incidit, nonnisi quadraginta annos natus: Præcesserat hujus Principis obitum mors Sophiæ Christianæ Ludovicæ hæreditariæ Principis de Tour & Taxis Georgii Friderici Baruthani Marchionis Filiæ, quæ anno hujus sæculi trigesimo primo die un-

de-

decima Aprilis Alexandro Ferdinando nupta agnito errore, Lutheri sectam ejuravit, diuturno autem morbo consumpta anno ætatis suæ vigesimo nono die decima tertia ejusdem Mensis Bruxellis obiit; Mensis vero Augusti diem decimam sextam vitæ suæ postremam habuit Catharina Bertha de Boufflers Duciſſa de Popoli nonnisi triginta sex annos nata & Dominicus de Guzmann Medinæ Sidoniæ Dux: Pariter Palatino-Birckenfeldensis Domus luxerat mortem Friderici Bernardi, qui quadragesimo secundo ætatis anno die quinta Augusti viam æternitatis ingressus est, quam ejusdem Mensis die vigesima octava etiam triverat Christianus Nassovio-Dillenburgensis Princeps expleto quinquagesimo primo vitæ suæ anno. Die vero duodecima Septembris septuagesimo secundo ætatis anno decessit Jägerburgi Ernestus Ludovicus Hasso-Darmstadianus Landgravius pertinax suæ sectæ cultor; & die trigesima Amalia Ludovica Nassovio-Siegensis Princeps, necnon decima nona Anna Maria Princeps Soubisia septendecim annos nata, ac demum die quinta Septembris Franciſca Princeps Mansfeldia obierunt. Mense autem Octobri mortalitatem exuerunt Parisiis Franciſca Carolina d'Aubigne Du-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

Duciſſa de Noailles quinquagenaria, & tricenaria Catharina Colon Bervici Ducis Vidua Madriti, ac die decima ſeptima Novembris ſexaginta novem annos nata Maria Amalia Saxo-Citienſis Duciſſa. Inſuper nocte, quæ diem octavam & novam Novembris interſecat, ſexagenarius mortuus eſt Bruxellis Anſelmus Franciſcus Princeps de Tour & Taxis, vere Pater pauperum & Religioſorum, quapropter hi ob inſignia pene hæreditariæ clementiæ beneficia vivam grati animi ſui memoriam aſſiduis precum ſuffragiis ad hanc usque diem conteſtantur. Denique Menſe Decembri Pragæ Maria Joanna Princeps de Lobkowiz quinquagenaria, & Bruxellis anno vitæ ſuæ trigeſimo quinto Eliſabetha Alexandrina Princeps de Ligne fatis ceſſerunt.

§. XLI.

Scriptorum Religione Catholicorum deceſſus & opera.

Hoc item anno ex Catholicis Scriptoribus non pauci ob doctiſſimas ſuas lucubrationes de Eccleſia & Republica Literaria optime meriti vivis erepti fuerant: Hos inter jure primus recenſetur Edmundus Martene celeberrimum Benedictino-Maurianæ Congregationis

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

gationis ornamentum: Hic jam Anno 1690. vastum commentarium in Regulam S. Benedicti edidit, eamque notis criticis, historicis, moralibus & literalibus mirifice illustravit: Eodem quoque anno Lugduni duo elucubravit volumina *de antiquis Monachorum ritibus*: anno autem 1700 doctissimum suum opus: *de antiquis Ecclesiæ ritibus* edidit, quod Anno 1736. Antverpiæ seu verius Mediolani maximam partem auctum secundo prælo donatum fuit: Præclarus hic auctor in hoc libro, quicquid antiquum, ac memoratu dignum de hoc argumento afferri potest plene exhausisse videtur plurium tam Amicorum, quam fautorum aut patrocinio, aut literaria ope usus, quorum laudes in sua commentatione prosequi non prætermisit, atque inter eos præcipue celebravit Stephanum Baluzium, Joannem Daslions, du Trouchat, Godefridum Hermas, P. Cælestinum a S. Joseph Carmelitam & alios, Ejusdem quoque meriti est aliud hujus Scriptoris opus seu *tractatus de antiqua Ecclesiæ disciplina*, Lugduni sexto post anno editus: Anno autem 1700. Rotomagi Spicilegium D'Achery continuaturus, publici juris fecit Collectionem novam veterum Scriptorum & monumentorum, cujus primus tomus duas

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

complectitur partes, secundus autem tomus, quo fato nescio, nunquam publicam aspexit lucem: fors hunc defectum supplevit Edmundus edita sua *noviſſima & ampliſſima veterum monumentorum collectione* novem majoris formæ voluminibus comprehensa, quam post suum literarium in Germaniam iter Superiorum suorum jussu unacum P. Ursino Durand confectum prælo subjecit. Plurimum etiam contulit ad augendam San-Marteni Galliam Christianam; perlustratis enim omnibus Franciæ Monasteriorum & Ecclesiarum archivis ac Bibliothecis pene innumera congessit monumenta, quæ sub titulo: *Thesaurus novus analectorum* edidit, & Galliæ Christianæ inseruit: Insignes hosce tractatus in acceptis referre debemus binæ peregrinationi, quam ambo hi doctissimi PP. Benedictini literarias gemmas ex absconditis antiquitatum fodinis collecturi susceperant, prout ipsemet Edmundus descripsit in suo libro, cui titulus: *literarium iter duorum Monachorum e Congregatione S. Mauri:* Cum autem in sua ampliſſima Collectione Stabulensis Abbatiæ prætensionibus contra Malbundarienſem Abbatiam suffragari videretur, hinc Malbundarienses Monachi contra Edmundum addiderunt librum sic inscriptum:

Ignatii

Ignatii Roderique disceptationes de Abbatibus origine primæva & hodierna Constitutione Abbatiarum inter se unitarum Malbundarienſis & Stabulenſis: mox tamen adversus hunc Auctorem Edmundus edi curavit aliud opus, cui titulus: *Imperialis Stabulenſis Monaſterii jura propugnata adverſus iniquas diſceptationes Ignatii Roderici de Abbatibus & origine Stabulenſis & Malbundarienſis Monaſterii:* Præterea Mabillonii Annales Ord. S. Benedicti proſecutus tres tomos edidit: Scripſit etiam vitam Ven. Claudii de Martin, ejusdemque Spiritualia exercitia, ubi tamen P. Philippus le Cerf in ſua *Bibliotheca Hiſt. Scriptorum Congr. Maur.* pag. 306. obſervavit, Edmundum ſuæ exiſtimationi melius conſuluiſſe, ſi hujus Venerabilis Benedictini virtutes cum majori circumſpectione & criſi edidiſſet, & millenas puerilitates, aliaque facta charitati proximi adverſa omiſiſſet. Utut de hoc ſit, omnino certum eſt, Edmundum fuiſſe Regularis obſervantiæ, modeſtiæ, aliarumque virtutum cultorem eximium, doctiſſimum, & aſſiduitate laboris nemini ſecundum, ejusque opera integram totius Antiquitatis Sacræ Bibliothecam complecti. Obiit ex apoplexia die vigeſima Junii annos natus octoginta quinque. II. Carolus de la Rue ma-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

gnum æque Luminare ejusdem Benedictinæ Congregationis, qui Græco & hebraico idiomate instructissimus hortante P. Montfauconio novam operum Origenis editionem adornavit, totumque opus Clementi XII. nuncupavit, in laboris præmium numismate aureo & alio argenteo ab eodem Papa honoratus: cum autem tertium tomum ejusdem operis edere pararet, pariter apoplexia obrutus Parisiis in Abbatia S. Germani de Pratis die quinta Octobris anno ætatis suæ quinquagesimo quinto vitam & calamum posuit, hunc ipsum autem tertium tomum Vincentius de la Rue Caroli Avunculus anno priori edidit, & quartum prælo subjecit. III. P. Viani Ord. Servorum B.V. Vicarius Generalis, Ambrosio Mezzabarbæ Vicario Apostolico a Confessionibus, & Ejusdem in Sinensi Legatione Socius, qui Theologica prolegomena valde erudita edidit, & cujusdam anonymi tractatum *de Brutorum anima* Italice reddidit, ac denique scripsit Historiam eorum, quæ idem Joannes Ambrosius Mezzabarba in Sinensi Imperio gessit: Cum vero illi, qui prohibitos Sinensium ritus pertinacius propugnabant, per auctoritatis Virum, testem coævum, fide dignissimum contumacem suam oppositionem luculenter detectam

tectam ægerrime ferrent, hinc ad im- Sæc. XVIII.
minuendam scriptoris auctoritatem A. C. 1739.
hunc librum Vianio duntaxat suppositum, imo a quodam hæretico scriptum, & non Parisiis, sed Amstellodami impressum comminiscuntur: Attamen hujus commenti falsitatem ipsiusmet Viani characteres adhuc in Conventu exstantes produnt. Ceterum hic Auctor Neapoli decessit anno ætatis quadragesimo nono. IV. Virginius Valeschius Ord. S. Benedicti ex Congregatione Cassinensi, qui edidit dissertationem de M. Aurelii Antonini Elagabali Tribunitia potestate, quam ab objectis Joannis Vignolii & Philippi a Turre egregie defendit: Elucubravit quoque epistolam de veteribus Pisanæ Urbis constitutis, quæ in Hofmani Bibliotheca juris publici reperitur: item Valeschius scripsit alium optimæ frugis librum de indulgentiis & dispositionibus ad eas fructuose consequendas, & denique Joannem Gerseu libri de imitatione Christi Auctorem fuisse, edita lucubratione propugnavit: Obiit die nona Julii anno vitæ suæ quinquagesimo nono nondum expleto. V. Franciscus Massu Benedictinus Congregationis S. Vitoni, qui Meditationes in singulos anni dies publici juris fecit, & ad voluminosum opus, quod *Lotharingiam Christianam*

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

inscripsit, ingentem congessit monumentorum apparatum: Decessit Nancæi die septima Martii anno ætatis suæ sexagesimo. VI. Josephus Tournemine Jesuita, qui Menochii commentaria auxit, scripsitque reflexiones in Atheismum, epistolam ad P. Lamy de ultimo Paschate Christi Domini, & aliam in quæstionem *an Christus Dominus in ultimo vitæ suæ anno agnum Paschalem comederit?* integram hanc Tournemini epistolam P. Honoratus a S. Maria Carmelita Excalceatus in suis animadversionibus ad Regulas Criticas recitat; & alia ad Eundem scripta ejus opinionem pro more suo non minus solide, quam modeste confutat. Alias quoque epistolas hic Auctor edidit & quidem I. ad Roquium responsi loco ad confutationem P. Calmeti circa idem argumentum. II. Ad Principem de Dombes circa lectionem commentariorum Cæsaris. III. De immortalitate animæ & incredulitatis origine. IV. De gemino Cyro, edidit insuper plures dissertationes, ac I. de origine Gallorum, cujus tamen opinionem P. Josephus Vaysette Benedictinus confutavit. II. De systemate Dynastiarum Ægyptiacarum per Marshamum, & responsum ad apologiam Marshami III. de origine variorum populorum Africæ. IV. De

IV. De Tertulliani Catalogo hæreſum. Sæc. XVIII.
V. Exſtant quoque variæ ejusdem refle- A. C. 1739.
xiones & quidem I. in diſſertationem P. Pazron de antiqua habitatione Chananæorum, II. in Fabulam Iphigeniæ III. in Diſſertationem Leibnitii circa originem Gallorum & unionum animæ & corporis. IV. In Atheismum quibusdam populis imputatum, V. in originem Maurorum & Americanorum VI. in modum corrigendi verſionem LXX. VII. in Prophetiam Jacob, *non auferetur* &c. VIII. de origine differentiæ textus hebraici, editionis Samaritanæ, & verſionis Interpretum LXX. circa annos Prophetarum. Plures inſuper libros ſcripſit ſub titulo Explicationum, uti I. Explicationem rariſſimorum numismatum Fauſtiſſimæ Matris & Gallieni, & Adriani Imperatoris. II. In Janum III. in Sigillum Michaelis Angeli IV. cujusdam ſingularis numismatis & duorum lapidum inciſorum V. in Iſaiæ c. VII. v. 8. & Pſ. XIV. v. 10. *dicite in gentibus* &c. VI. Quorumdam textuum Evangeliſtarum contra Mallemanum VII. variarum inſcriptionum. Præter hos libros adhuc memoratu digni ſunt ſequentes: dilucidatio in Hiſtoriam Domini de Prideaux; conjectura de unione corporis & animæ, apologia novi ſyſtematis chronologici,

Sæc. XVIII A. C. 1739.

conjectura in auctorem excerptorum de doctrina orientali Clementi Alexandrino adscriptorum. Historia Russorum, Historia Regis & familiæ Stanislai, conjectura de suppositiis quibusdam libris Cypriani & Firmiliani, responsum ad dissertationem de Triumviratu Galbæ, Ottonis &c. contra P. Panel, libertas sentiendi de Religione, necnon alia quædam Trivoltiensium commentariis inserta: Decessit hic Author die decima sexta Maij anno vitæ suæ septuagesimo nono.

§. XLII.

Opera & decessus quorumdam Scriptum Acatholicorum.

Occurrunt pariter ex Protestantibus nonnulli, qui suis lucubrationibus nomen sibi apud suos compararunt, hocque anno vitæ suæ finem fecerunt. Hos inter celebriores sunt. I. Joannes Georgius Frick Lutheranus, qui publici juris fecit dissertationes de initiis eruditionis apud Romanos, de Druidis occidentalium populorum philosophis, observationes de Joanne Morono Cardinale, & quasdam relationes de Theodoro de Neuhof Corsicano Rege. Obiit die decima septima Aprilis Ulmæ, annos natus triginta sex. II. Joannes Frick

Frick pariter ibidem die secunda Martii animam exhalavit anno ætatis sexagesimo sexto: scripsit epistolas irenicas ad Lipsienses, item de speciali discrimine inter Catholicos & Lutheranos, Britanniam rectius de Lutheranis edoctam, inclementiam Clementis XI. sæpius tamen a Catholicis usque ad ultimas fæces confutatam, Zosimum in Clemente XI. redivivum, commentarium de cura veteris Ecclesiæ circa Canonem Scripturæ sanctæ, lumen ad illustrandos Emigrantes Salisburgenses, Disputationes de caussa morali, de tenebris tempore passionis Christi, de legione fulminatrice, de justificatione, de fide Constantini Magni, de culpa schismatis Protestantibus immerito imputata, de officio Ecclesiæ in diffidiis publicis & alia nonnulla. III. Joannes Wilhelmus Hofmann, qui anno trigesimo ætatis nondum expleto die duodecima Novembris præter plura juridica posteris reliquit positiones ex historia Germanica, collectionem monumentorum nondum impressorum ad dilucidandam Historiam juris publici, de stemmate Babenbergo-Austriaco, de juribus emigrantium propter Religionem, de lubrico artis diplomaticæ, de ruina superstitionis paganæ, de concordato Henrici V. & Callisti II. de in-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

vestituris Episcoporum & Abbatum, & alia quamplurima. IV. Caspar Gottschling, qui edidit introductionem in notitiam bonorum librorum, succinctam relationem de moderno statu Franciæ, introductionem in artem Heraldicam, & alia quædam Teutonice scripta. V. Joannes Christophorus Wolf Lutheranus, e cujus calamo profluxere dissertationes de carcere eruditorum Museo, de apparatu Philistæorum bellico 1. Sam. XIII. 5. de Juvencis labiorum Hos. XIV. 3. de methodo hebraismi nova a Gallo proposita, epistola critica in stricturas Muratorii, in Gregorii Nazianzeni carmina, Historia Lexicorum hebraicorum, Manichæismus ante Manichæos in Christianismo redivivus, visio Crucis Constant. M. Curæ philologicæ & criticæ in N. T. dissertatio de catenis Patrum Græcorum, programma de scepticismo Philosophico &c. VI. Georgius Fridericus Schrocet, qui ad posteros transmisit dissertationes de mente hominum divina, de anima divina, de interprete S. Scripturæ contra P. Masenium, de reprobo morte Christi redempto, de fide fanaticorum justificante, de gratia Dei universali, de jure Episcoporum Franciæ appellandi ad Concilium, de gratia a Quesnello approbata, & alia.

VII.

VII. Georgius Ockel Lutheranus Præco, qui edidit disputationem *an simulatio & dissimulatio sint licitæ*, de matrimonio cum infideli, de itinere Israelitarum ex Ægypto in Canaan, de misera Arii morte &c. VIII. Maturinus Vayssiere de la Croze qui a Lutheri caltris ad Catholicorum Sacra transiens, denuo quod evomuit, infelix helluo bibit, ac tandem die vigesima prima Maij Berolini annos natus septuaginta octo periit. Elucubravit quædam contra Baylii Dictionarium, alia contra Harduinum, & vindicias veterum scriptorum contra eundem, colloquia circa varia Historiæ argumenta. Epistolam apologeticam pro Ludolpho contra Abbatem Renaudot, in Evangelium Nicodemi, in Codicem apocryphum N. T. Epistolam in textum de tribus testibus, reflexiones in Historiam Christianismi Indorum, Epistolam in Codicem Alexandrinum Bibliothecæ Regiæ, Historiam Christianismi in Armenia & Æthiopia, &c. IX. Christianus Augustus Selig, cui quidem Lutheri commenta nauseam movebant, amittendi tamen quæstus metu ab amplectendo vero dogmate absterrebatur, tandem in Nestorianismum prolapsus, vel saltem de eo a suis insimulatus obiit. Ediderat Eutychianismum ante Eutychem,

Sæc. XVIII A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

chem, librum de diptichis veterum, Historiam confessionis Augustanæ, Nodum prædestinationis solutum, & demum Historiam Concilii Tridentini &c.

§. XLIII.

Status Ecclesiæ in Gallia.

Annus hic currentis Sæculi XVIII. annus quadragesimus funesta rerum vicissitudine potentissimorum Orbis, Principum morte, & communi rerum inopia tam fatalis erat subsequentium malorum prodromus, ut ingeniosus quidam calamus illud Virgilii carmen heroid. l. 3. v. 138. jure adaptaret.

MIseranDaqVe, VenIt
arborIbVsqVe satIsqVe LVes,aC
LetIfer annVs.

Tum enim Italia summo luctu squalida, in Germania florentissimæ Provinciæ annosi belli flammis absumptæ, cædibus & ruinis vastatæ, fame, frigore morbisque afflictæ, ac ipsa etiam Francia non modo extero bello implicita, sed intestinis adhuc dissidiis in propria viscera grassantibus scissa, & quod magnum insuper ad malorum cumulum pondus contulit, inde natus est Religionis contemptus, morum pravitas, dissolutus debitæ subordinationis

tionis nexus, & credendi libertas ab hoc potissimum anno in apertum erumpens, & sub sapidioris Philosophiæ, ac politioris styli illecebris intime instillata, & latius propagata. Hac lue præprimis infecti erant ex Gallis non pauci: qui eam Religionem atque Ecclesiam, quæ suis doctrinis eorum libertatem debellat, populo velut falsam atque erroneam exhibere, summis votis exoptabant, & omnibus viribus eo eniti adlaborabant: Et sane, perversis ejusmodi consiliis egregie præluserant aperta sua in supremum Ecclesiæ caput rebellione, oppressa Episcoporum jurisdictione, & sibi arrogata auctoritate in res Sacras: Accesserat etiam ad vivam libertatis illecebram supremi Magistratus, petulantiam pene jubentis, auctoritas; quippe Jansenistæ & exin progeniti Libertini in supremi Pastoris, Præsulumque decisiones & decreta tam aperta prorsus impudentia insurgere, eos vilipendere, eorumque auctoritatem usquequaque deprimere, imo ipsa etiam Regum mandata eludere ausi non fuissent, nisi illos, quos suæ temeritatis judices ac vindices timere debuissent, cum summo auctoritatis suæ abusu Sacræ ac Regiæ potestatis imperia prius aperta fronte eluisse, ac etiamnum eludere nossent: post-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

Sæc. XVIII. A.C. 1739.

postquam enim Parisiense Parlamentum vel potius ex hoc ipso Senatu non pauci sub vano conservandæ libertatis Gallicanæ, pacisque publicæ ac Regiæ incolumitatis prætextu in Regum ac Præsulum decreta jus sibi arrogaverant, insuper ad ipsa etiam Ecclesiæ dogmata & Sacramentorum dispensationem sacrilegas extenderunt manus, reclamantibus ipsius Franciæ Regibus, toto Episcoporum Ordine, universa Ecclesia, imo ipso Christi Evangelio. Quæ enim alia magis clara, magisque certa est Evangelicæ legis parærga, quam canibus sancta non esse danda, margaritas ante porcos non esse projiciendas &c. Episcopos, non laicos, a Spiritu Sancto esse positos, ut regerent Ecclesiam Dei, essentque fideles dispensatores Mysteriorum Dei, & tamen, quis in sæculo adeo illuminato unquam credidisset, quod, dum Franciæ Præsules ac Parochi illis, qui se ob apertam & annosam, publicamque ac notoriam rebellionem contra Ecclesiæ universalis & Regni legem sese indignos reddidere, Sacramenta jure denegarunt, Parlamenta sibi cognoscendi ac decidendi an & in quibus casibus Sacramenta sint vel non sint administranda, auctoritatem non modo arrogarent, sed etiam invitos Parochos

per

per satellites & bonorum privationem aliasque pœnas ad violandas leges Divinas & humanas compellerent. Enimvero contra tam horrendam Eucharistiæ profanationem, & tam enorme scandalum quamplurimi Franciæ Præsules reclamarunt, atque anno priori in Episcopali Yprensi typographia epistolam ediderunt de gravi obligatione, qua Parochi illos, qui in seditiosa appellatione a Constitutione *Unigenitus* notorie inhærent suæ pertinaciæ immoriuntur, ac Missæ sacrificii oblatione, & Ecclesiæ suffragiis privare teneantur: Attamen eodem adhuc anno Parisiense Parlamentum hanc ipsam epistolam publice & per decretum Parisiis editum supprimere præsumpsit: Postquam igitur Franciæ Præsules Romam questum ibant, Clemens Papa die vigesima sexta Januarii iniquum Senatus decretum damnavit ac prohibuit, promulgata hanc in Rem sequenti Constitutione: Sæc. XVIII. A.C. 1739.

„Cum, sicut Nobis innotuit, in lu„cem prodierit quoddam folium Gal„lico idiomate impressum, cui titulus: „*sententia Curiæ Parlamenti* &c. Hinc „est, quod Nos pro commissa Nobis „divinitus Gregis Dominici cura, Ani„marum periculis atque detrimentis, „quæ ex ejusdem folii lectione, & usu „pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

„provenire poſſent, paſtorali ſollicitu-
„dine, quantum cum Domino poſſu-
„mus, occurrere volentes, Motu pro-
„prio, ac ex certa ſcientia, & matura
„deliberatione nostris, deque Apoſto-
„licæ poteſtatis plenitudine folium ſu-
„pradictum tenore præſentium damna-
„mus, & reprobamus, ac legi, & re-
„tineri prohibemus, ipſiusque folii de-
„ſcriptionem, retentionem, lectionem,
„& uſum omnibus, & ſingulis Chriſti
„fidelibus etiam ſpecifica, & indivi-
„dua mentione, & expreſſione dignis
„ſub pœna Excommunicationis per
„contrafacientes ipſo facto absque alia
„declaratione incurrenda, a qua nemo
„per quemquam, niſi per Nos ſeu Ro-
„manum Pontificem pro tempore exi-
„ſtentem, præterquam in mortis ar-
„ticulo conſtitutus, poſſit abſolvi, om-
„nino interdicimus. Volentes & au-
„ctoritate prædicta mandantes, ut qui-
„cumque folium hujusmodi penes ſe
„habuerint, vel in futurum quando-
„cumque habebunt, illum ſtatim, at-
„que præſentes Literæ eis innotuerint,
„locorum Ordinariis, vel hæreticæ pra-
„vitatis Inquiſitionibus tradere & con-
„ſignare teneantur; hi vero folia ſibi
„ſic tradita illico flammis aboleri cu-
„rent.„

Hoc

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Hac tamen Apoſtolica cenſura Parlamentum adeo non abſterrebatur, ut etiam die prima Septembris hoc anno aliud ederet decretum, quo prohibuit, ne quiscunque ſcriptum publici juris faceret, per quod demonſtraretur, interpoſitæ contra præfatam Conſtitutionem appellationi pertinacius inſiſtentibus, & in hac contumacia decedentibus jure Sacramenta & Eccleſiaſticam ſepulturam denegari: Impio hoc decreto, & nova hac in jura Sanctuarii uſurpatione vehementer offendebatur Regis Chriſtianiſſimi pietas ac Religio; quocirca mox ſexto poſt die ex Regio Status Conſilio decretum promulgari juſſit, in quo Rex facta prius ſtatuti a Parlamento editi relatione mentem ac indignationem ſuam his verbis expreſſit. „Si Magiſtratus obligantur ad re„trahendum curſum Librorum vel Sche„diasmatum, ex quibus commoveri „mentes, & tranquilitas publica tur„bari poſſit, non tamen iis licet, lon„gius progredi, & egredi limites ſuæ „poteſtatis, hanc extendendo atque „exercendo in materias pure ſpiritua„les, quales ſunt præſcriptæ ab Ec„cleſia Regulæ obſervandæ in admini„ſtratione Sacramentorum, & pro di„ſcretione diſpoſitionum, quæ neceſſa„rio requiruntur ad illorum receptio-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nem. Eam tamen limitum transgreſſionem ſua Majeſtas non ſine di„ſplicentia obſervavit factam in Decreto, „quo manifeſte decernitur, recuſationem Sacramentorum eſſe injuſtam in „caſu per Decretum explicato; cum „ibi expreſſe prohibeatur fieri ullum „ſcriptum vel Actum pro approbatione „ejusmodi recuſationis, quaſi Tribunal „Sæculare poſſet imponere legem Mi„niſtris Eccleſiæ in re concernente di„ſpenſationem rerum Sanctarum, hoc „eſt, in re maxime eſſentialiter annexa „poteſtati, quam habent ab ipſomet „Deo. Accedit; quod termini in Decreto expreſſi, ubi ſermo eſt de appellatione a Conſtitutione *Unigenitus* „ad futurum Concilium, videantur „ſupponere, quin etiam innuere, appellationem, quam Rex Anno 1720. „declaravit nullius eſſe effectus de „præterito, quamque abſolute interdixit in futurum, poſſe adhuc habere „ſuas vires ad conſtituendos in ſecuritate eos, qui ex hoc fundamento in „ſua ſeditioſa obſtinatione perſiſtent „contra deciſionem ſolenniter acceptam „tam ab Epiſcopis regni, receptam a „tota Eccleſia, munitam patentibus „literis, relatam in Acta omnium Parlamentorum & firmatam toties con„currente authoritate regia &c. Dein „ſua

„ſua Majeſtas mandat, ut dicta diſpo- Sæc. XVIII.
„ſitio Parlamentaris Decreti, habeatur A. C. 1740.
„pro nulla ac ſi non emanaſſet; &
„prohibet, eam mandari executioni,
„ullamque vi illius ferri ſententiam,
„idque ſub pœna nullitatis.„

§. XLIV.

Montpeſſulani Epiſcopi Zelus contra Janſeniſtas.

Porro Georgius Lazarus Berger de Charency, qui Carolo Colberto de Croyſſy in Montpeſſulano Epiſcopatu ſucceſſerat, extremos adhibuit conatus, ut Eccleſiam ſuam per prava Prædeceſſoris ſui dogmata & exempla Janſenianis erroribus turpiter fædatam purgaret. Eo fine anni prioris die ſeptima Martii decretum promulgari juſſit, quo omnibus & ſingulis injunctum, ut Alexandri VII. P. formulæ ſubſcriberent. Paruere potiſſimi, nihilominus tamen alii pro indomito ſuo ingenio ac jugi impatiente animo palam obſiſtebant, atque inter alios Villebrunius Montpeſſulanæ Urbis ad S. Annam Parochus Epiſcopi decretum, uti juſſus erat, promulgare renuit; unde propter pervicaciam ſuam in Eccleſiaſtico foro cauſſam ſuam dicere compulſus eſt: hic vero ad Pariſinæ Curiæ Advocatos

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

confugit, qui etiam in Parochi favorem die vigesima nona Maij contra Episcopum, ejusque decretum propudiosam ediderunt consultationem. In ea præprimis contra Ecclesiæ decisionem audacter jactitabant, juris & facti distinctionem, quam Parochus aliique in subscriptione Formulæ adhibuissent, immotis atque inconcussis fidei sanæque rationis fundamentis inniti, novum hunc Episcopum præfatam distinctionem inepte erroribus in fide accensuisse, ac insulsius contra rei evidentiam pronuntiare ausum, quod Ecclesia suam de facti quæstione mentem & sensum palam edixisset, eos quoque, qui huic distinctioni suffragarentur, immerito pro excommunicatis ab Episcopo fuisse habitos, id tamen nulla ratione valida probari posse &c. His aliisque fusius expositis Advocati in immensas, atque ampliſſimas Colberti Episcopi defuncti laudes sese diffundebant, ejus vero Successorem indigniſſimis probris exagitabant: Ceterum hic Episcopus, quo pronius horum odia beneficiis vincere studebat, eo acriori Zelo Dei ac Ecclesiæ causſam defendere intentus erat, cumque inter chartas Archiepiscopi cujusdam Curionis ex Dæcesi Montpessulana Anno 1736. die vgesima septima Augusti binæ schedæ propria

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

pria ipsius manu exaratæ fuissent repertæ sub hoc titulo. I. *Constitutiones seu secretum Jansenismi.* II. *Epistola encyclica ad Discipulos S. Augustini* cum hac subscriptione: *Humillimi & addictissimi in Jesu Christo Sacerdotes in Portu Regio Discipuli S. Augustini*, utrumque autem scriptum perversissimas doctrinas, præcepta ac monita de ratione agendi cum vario hominum genere sacri ac profani Ordinis eo fine congesta continerentur, ut fideles depravarentur, atque una omnes Jansenismo initiarentur, hinc Episcopus ex his scriptis occasionem atque argumentum deprompsit, ut hoc anno die vigesima quarta Septembris Pastoralem quam postea referemus, Epistolam plenam in lucem daret, in qua ardenti Religionis Catholicæ studio malignas Jansenistarum artes, fallacias, & sub specioso pietatis ac severioris disciplinæ velamento latens nequitiæ venenum detexit, omnesque suos fideles paterno affectu hortatus est; ut qui hactenus suam credulitatem pietatemque a pessimis sub ovina pelle incedentibus Impostoribus circumveniri passi essent, nunc voce Pastoris sui ab errore ad veritatis semitam revocati, ad Ecclesiæ Matris suæ obsequium reverterentur. Postea ad varias Jansenistarum artes, dogmata, ac præstigias descendens, præcipue

Sæc. XVIII. A. C. 1740

exagitabat turpissimam eorum nundinationem, qua præsenti ac furtivo ære fideles ad appellandum a Constitutione sollicitabant. Infamis hujus quæstus testem produxerat Episcopus Jacobum Servienum Lugdunensem, qui a Jansenistis conductus, appellationes & appellantes pecuniis coemit, ærarii Jansseniani Procurator; ast propterea ad triremes damnatus, post aliquot annos suam appellationem retractavit, impiamque hanc nundinationem ipsemet fassus, detestatusque est. Pariter Laudanensis Episcopus pro ardenti suo Religionis Zelo, & reverentia erga summi Pastoris decisiones novam edidit Instructionem Pastoralem, in qua suos diœcesanos docuit, quid agendum cum iis, qui notorie Constitutioni sunt rebelles; ast Parlamentum denuo prohibuit denegare Sacramenta & Sepulturam Ecclesiasticam propter appellationem.

§. XLV.

Benefica Clementis XII. sollicitudo pro populo Romano.

Interim Clemens Pontifex, qui in Apostolica universæ Ecclesiæ cura consenuerat, postremis etiam vitæ suæ diebus paternæ miserationis viscera in sub-

subditos sibi populos effudit; cum enim ob commercium bellis interruptum, hostiles excursiones, & aeris intemperiem non modo Romæ magna pecuniarum penuria esset, sed etiam omnes ditiones Pontificiæ gravibus aliquamdiu annonæ angustiis conflictarentur, Clemens utrique malo remedium opponere statuit, & quidem ex thesauro in mole Hadriani reposito centies mille scuta, vicissim tradita proximæ restitutionis syngrapha, in egentiores distribui jussit, simulque frumentum ex ditione Ecclesiæ ad exteras Regiones evehi severissime inhibuit; ast paterna hæc sollicitudo, quæ pauperum miserias plurimum sublevabat, avaris frumenti propolis, præcipue Æsiensibus permolesta accidit; his enim ex agrorum fertilitate privatum quæstum capere assueti, ob hoc Pontificis interdictum ad tantam temeritatem prolapsi sunt, ut hujus Provinciæ Gubernator, qui tum Romæ agebat, mox tanquam Papæ Commissarius eo contendere cogeretur, ut armorum violentia, si opus foret, seditiosum populum ad officium revocaret: Ast sedato horum tumultu, novi in ipsa alma Urbe motus oriebantur; dum enim in aliis Urbibus & pagis rei frumentariæ caritas in dies ideo excreverat, eoquod coloni ob assiduas

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc XVIII. A. C. 1740

pluvias agros colere haud possent, nihilque propius haberent, quam ut fame perirent: eapropter eorum ferme quadringenti Romam advolant, ac in foro, ut vocant, *Monte Cavallo* conglomerati ad primum Pontificis conspectum una omnes conclamat: *Beatissime Pater! da nobis panem.* Ad lugubres horum ejulatus Pontifex nec fletum nec lamenta cohibere poterat, mox ergo in famelicos hosce agrestes ingentem panis copiam ad plures dies suffecturam erogari præcepit; cum autem indies adhuc plures paternæ hujus liberalitatis fama acciti Romam accurrerent, accidit, ut saturato stomacho non nulli ex his rusticis auxilium eis latum verterent in petulantiam, ac internecinam famem simulantes in vicinas quasque tabernas ac civium ædes involarent, viscatisque manibus, quicquid obvium haberent, diriperent: Augebatur malum & periculum sese associantibus ultimæ sortis homuncionibus, qui ad quævis audenda projecti hisce rusticis auxiliatrices ad prædam manus junxere: Eapropter Urbis Gubernator, ut horum licentiam cohiberet, omnem opem & operam adhibuit, cum autem parum proficeret, Pontifex pro innata sua pietate rursus in omnes hosce agrestes ingentem panis copiam, simulque pecu-

pecunias, quarum subsidio ad sua reverti possent, distribui jussit. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XLVI.

Dissidium Sardiniæ Regis cum Papa feliciter compositum.

Per idem tempus Clemens pacis amantissimus dissensionis cum Carolo III. Emanuele Sardiniæ Rege adhuc continuatæ reliquias tollere, eumque in gratiam revocare studuit. Eo fine crebras ad eum literas proni in concordiam animi testes dedit: His delinitus Rex, haud ultra sese difficilem exhibuit, imo etiam Comitem Riveram Romam ablegavit, ut prius cum Cardinalibus Corradino, & Gentilio de controversiis, quæ hucusque inter utramque Aulam intercessissent, componendis ageret. Hujus prudentia, & Pontificis benignitate res brevi eo deducta est, ut Sardiniæ Rex Pontificem agnoscceret supremum Dominum Feudorum Astegianæ, S. Benigni, necnon Masserani, Crevalcoris, & Triggliolarum, simulque milites Sabaudos, qui ab initio discordiarum hæc loca occupaverant, inde dimitteret: Vicissim vero conventum erat, ut Pontifex evoluto trimestri Regem tanquam Apostolicum Vicarium perpetuum ad re-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

genda hæc oppida declararet, eorumque proventus Regi cederet, ea tamen lege, ut pro hoc clientelari beneficio præter aureum calicem quotanis bis mille aureorum censum exsolveret, & nunquam majora ab his populis tributa exigeret, quam quæ sub immediato Pontificis imperio fuissent imposita: His ita utrinque conventis agebatur insuper de conferendis beneficiis & pensionibus, necnon de immunitate Ecclesiastica, quas tamen controversias Clemens morte præventus componere, atque ad optatum exitum perducere haud poterat, relicta hac sparta Benedicto XIV. ejus Successori.

§. XLVII.

Postrema Clementis XII. infirmitas.

Erat equidem Clementis corpus gravi senio attritum, viribus languens, diuturnis, iisque vehementissimis morbis extenuatum, ac pene extincto oculorum lumine contabescens, mens tamen ejus adhuc tam acris, vigensque erat, ut rebus Imperii sapientissime consuleret, ac in lecto quoque decumbens Cardinalium consilia haberet, neminique ad se aditum præclusum esse vellet, dicere solitus, quod res magnæ non corporis viribus, non velocitate, nec

nec præcipiti contentione gerantur, sed consilio, ratione, atque sapientia: His quippe animi dotibus clarus, universam Ecclesiam summa laude rexerat usque ad postremos vitæ suæ dies; quamvis enim assiduis curis, maximisque fastidiis (supremi honoris pediſſequis) oppressus, ac senio prope jam confectus in illam corporis ægritudinem, qua sæpe afficiebatur, graviter adeo incideret, ut podagræ, quæ in ipsa etiam viscera ingruerat, doloribus vexaretur, ac insuper sæviente febri in extremo vitæ discrimine versaretur, quamprimum tamen Medicorum ope nonnihil convaluerat, mox ad pristinas Pastoralis ministerii occupationes rediit: has inter cum Philippus V. Hispaniæ Rex grave bellum adversus Anglos & Mauros gereret, sollicitante Aquaviva Cardinale veniam eidem dedit, ut ex Ecclesiasticorum Hispaniæ & Indiarum reditibus vicies centena millia nummum exigere posset: Insuper Ludovico XV. Galliarum Regi indulsit, ut ad Sacerdotia in Lotharingiæ & Barii Ducatu (nonnullis duntaxat exceptis) nominandi jure uteretur. Denique oblatas sibi Constitutiones Monachorum Maronitarum Ordinis S. Antonii Abbatis ex Congregatione Syriæ, quæ a S. Isaia nomen habet;

Sæc. XVIII A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

bet, approbavit, idque publicis literis teſtatum voluit. Hæc erant ultima Apoſtolici officii ac muneris negotia, quæ Clemens integris ſenſibus confecerat; exeunte enim Menſe Januario tanta morbi vi obruebatur, ut ad inevitabilem proximæ mortis neceſſitatem redactus videretur; calculi doloribus, ac inde exorta urinandi difficultate plures noctes omnino inſomnes duxit. acceſſit quoque febris non modo ſed & pituita, ad augendos dolores velut accerſita; nihilominus quamvis tanta morbi acerbitate opprimeretur, ut omnes artus novo identidem cruciatu arderent, nunquam tamen ullam vocem conſtanti Viro minus dignam emittere audiebatur: enimvero inter tot aſpera incommoda leve temperamentum attulit medica quædam potio, cujus vi lapis nephriticus ex renibus inter dolores deciſus reſpirandi ſpatium indulſit, paulopoſt tamen novis morbi acceſſionibus afflictatus, vitæ ſuæ finem appropinquare præſenſit, quocirca die trigeſima Januarii Cardinalem Petram Magnum Pœnitentarium accerſiri juſſit, cui etiam totius anteactæ ætatis noxas humillima ſui accuſatione expoſuit; ab eo autem temporis momento ſoli Deo, ſuæque ſalutis curæ vacans cum P. Bonaventura Barberinio Concionatore

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tore Apoſtolico, qui ei in extremis adſtitit, aſſiduos de rebus Divinis ſermones habuit, cumque hic Pontificem hortaretur, ut Deum, ſi quid forte in ſupremi Apoſtolatus munere deliquiſſet, deprecaretur, Clemens conſcientia recti tutus ingenue profitebatur, *ſe, quantum ſibi conſcius eſſet, nihil unquam qua Pontificem egiſſe, quod a recti juſtique tramite deviaſſe credidiſſet.* Eidem autem Barberinio reſpondenti: id nequaquam ſufficere, eoquod Romanus Pontifex etiam de iis, quæ neglexerit, aut prætermiſerit, reus eſſet, & gravem Deo rationem reddere cogeretur, Clemens repoſuit, *quod neque hac in re ullo conſcientiæ ſtimulo agitaretur.* Inſuper Cardinalium nonnulli Papam monebant, ut ſedes in Sacro Collegio adhuc vacantes nova Præſulum nominatione compleret, ille autem ad hæc reſpondit: *tempus non eſt amplius ad ejusmodi negotia, unica mihi cura animæ meæ incumbit:* cum autem morbi violentia in momenta ingraveſceret, die vigeſima octava Januarii Sacrum Chriſti Corpus avidiſſime expetitum cum ſumma veneratione ſuſcepit, altera die Sacro oleo delibutus; ac ſupremis hiſce morientium præſidiis obarmatusimperterrite adſtantium lacrimas ſpectavit; unde Viri graves, ac Religioſorum Ordinum generales, qui tam

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tam ſeriæ pietati ſacris ſuis officiis non deerant, ægrotantis tranquillitatem, & conſtantiam ſummopere demirati ſunt; ille vero pias precationes præloquentium verbis ad ſyllabam, ſubmiſſa tamen voce, inhæſit, ac piæ ſanctæque morti oppetendæ intentus, demum velut ex æſtuoſo mari ad pacatiſſimum portum flantibus Zephyris enataturus, die ſexta Februarii animam Creatori ſuo placidiſſime reddidit, anno ætatis octogeſimo octavo, Pontificatus nono cum ſex Menſibus, diebusque viginti quinque.

§. XLVIII.

Defuncti Pontificis geſta in ſuo Apoſtolatu.

Quis, quæſo, res geſtas Clementis XII. digna laude proſequatur? vincit meritorum copia ſermonem, virtutum præſtantia calamum, & ipſa factorum narratio legentis fidem: paucis dixiſſe ſufficiat, Clementem inter magnos maximum fuiſſe Pontificem, quem non verba ſed opera commendant, & in quo ejus Amici potentiſſimum Patronum, Cardinales ab eo electi magnanimum benefactorem, eruditi liberaliſſimum Mæcenatem, pauperes beneficum Patrem, & denique Eccleſia Paſtorem

ſtorem longe vigilantiſſimum amiſerunt: Præclaræ animi virtutes primævo gratiæ beneficio ſibi velut congenitas habuit, pietatem in Deum, Religionis Zelum, ardens juſtitiæ ſtudium, conſtantiam in propoſito, fidem in promiſſo, æquanimitatem in adverſis, amorem in ſubditos, liberalitatem ſine faſtu, magnificentiam ſine oſtentatione, affabilitatem ſine levitate, & Majeſtatem ſine arrogantia. Jam in primo Pontificatus ſui die contra Religionis hoſtes vindicandæ fidei Catholicæ cauſſam ſerio cogitaverat, animoſe ſuſceperat, & ad ultimum usque vitæ halitum conſtanter egerat: Ut autem ſic ageret, non ipſum impulit laudis cupiditas, non indiſcreti odii fanatismus, ſed Dei honor, Eccleſiæ incolumitas, populi ſalus, & Paſtoralis officii ſollicitudo. Hæc cum ſit maxima nominis ſui gloria, vehementer quoque eam adauxit ſingulari ſollicitudine, qua res Eccleſiæ ſimul & populi, Paſtoris ac Principis officia exequebatur quam ſtudioſiſſime; Adminiſtros ſibi elegit cordatos, doctos æque ac pios, non ut ab eorum imperio dependeret, ſed ut eorum opera & miniſterio uteretur ad tollendas corruptelas, ad juſtitiam exacte adminiſtrandam, ad levandas populi ſui oppreſſiones, ad Clerum in me-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

melius conformandum, ac denique ad promovendam Ecclesiæ & Reipublicæ utilitatem. Cum enim ipsemet in subditis audiendis facilis, in egenos liberalis, in supplices clemens, in sontes salubriter severus esset, atque integerrimus justitiæ assertor ac vindex, jus suum unicuique sine discrimine, sine mora, sine favore, omni hora & momento reddere, & præmia ac pœnas æqua jugiter lance distribuere statuisset, hinc ab initio sui Pontificatus in id præcipue incubuit, ut ad tam glorioſum finem feliciter consequendum idoneos Ministros, & Operarios in laboris societatem sibi accerseret: Tot igitur tantorumque Virorum selectu, ortoque inde uberrimo fructu Pontifex sese Ecclesiæ proficuum, populo amabilem, magisque omnium acclamationibus celebratum reddidit: primas enim ac præcipuas curas ad Dei cultum, & Cleri decus amplificandum impendit: id testantur tot Ecclesiæ partim reparatæ vel absolutæ, partim recens exstructæ, tot Collegia & Seminaria pro Clericis etiam remotissimarum Regionum erecta & dotata, tot salubérrima statuta ad S. Canonum normam condita, quorum jam potissima in Historiæ nostræ decursu fuere laudata. His tamen adhuc addendum, quod ad tollen-

tollendum abusum in Germania invalescentem, vi cujus plures Episcopatus simul uni conferebantur Personæ, decreverit, deinceps nulli Breve ut vocant, *eligibilitatis*, nisi circumspecta, cognitaque causa esse concedendum, & si binos possidenti Episcopatus conferre necesse foret, adderetur conditio alterutrum dimittendi, tres vero Ecclesias habenti præfatum breve omnino denegaretur. Cavit insuper Pontifex, ut Consistorialis Congregatio imposterum cautius veniam plurium Episcopatuum, dignitatum vel canonicatuum Germanis & Polonis concedat, nec exempla sequatur, sed potius causarum merita rigide ponderet, ac hujusmodi Canonum relaxationes unice ex evidenti utilitate, & bono Ecclesiarum non autem ex Personarum dignitate æstimet. Pariter prohibuit in Consistorialis Aulæ Advocatorum munere hæreditariam successionem; hinc voluit, ut ad hujusmodi officia Rota romana tres Curiæ Causidicos, quos dignissimos censuerit, nominaret, quorum optio (salvo Nationum usu) summi Pontificis esset, deinceps vero Fisci vel Pauperum Advocati non alias causas agerent, quam quæ ad sui officii munus spectarent. Edidit quoque decretum, quo profusos vestium auro & Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

argento intextarum sumptus reprimere studuit; piæ tamen ejus voluntati prævaluit inveterati luxus consuetudo; adeo, ut dubium sit, an magis expediat prævalida & maxime adulta ejusmodi vitia connivere, quam propalam facere, eoquod publica quoque auctoritas iis coercendis non raro impar esset: Paulo meliorem successum habuit Clementis Constitutio contra lusum, quem vulgo *lotto* appellant; hunc quidem Innocentius III. indulserat, Benedictus XIII. vero anathemate, aliisque pœnis inhibuit: hominum vero indole plerumque in vetita avidius prona, Romani spretis ejusmodi pœnis maximam pecuniarum vim Neapolin, Mediolanum, & ad alias exterorum Principum urbes, ubi hujus ludi facultas erat, non sine gravi Pontificiæ ditionis damno emittebant. Eapropter Pontifex rem Theologis discutiendam commisit, quorum sententia eo abibat, ut abrogata Benedicti P. Constitutione ejusmodi ludi genus, tanquam minus, ac velut necessarium malum permitteretur, addito tamen interdicto, ne pecuniæ ex ditione Pontificia extraherentur, aut pravæ artes, vel superstitiones in ludendo adhiberentur, hique, qui huic ludo præessent, quoties numerorum sortitio fieret, certam pecuniarum

rum vim in Pontificium ærarium inferant; quam pecuniam Clemens, ejusque Succeſſores in pauperum levamen, & plurium Virginum ac mulierum, quæ propter inopiam monaſteria ingredi vel in matrimonio collocari non poterant, dotem erogari præceperunt. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Provide etiam Pontifex ſubditorum commodo, & Urbis Romanæ ornamento conſuluit, ac præprimis pro infantibus expoſitis Corotrophium exſtruxit, ac inſuper olei carnisque pretium imminuit, iugentemque frumenti ac pecuniæ vim pauperibus viritim diſtribuit, populum ab immodicis tributis liberavit, eique poſt Marii Francipani obitum Senatorem dedit Comitem Nicolaum Bielkium Virum plane propter multas ejus virtutes meritiſſimum, qui in Suecia ex illuſtriſſimo genere natus, ob ejuratos Lutheri errores exul ac extorris Romam ad Paternum Clementis ſinum confugerat: Inſuper in populi Romani commodum Urbanas vias Pontifex lapidibus quadratis ſtravit, & Conſulares plateas Romam conducentes triginta & ultra annorum incuria deſtructas ac pene impervias munivit, aquam e Vaticano in arcem S. Angeli deduxit, Anconitani portus fabricam abſolvit, & publico Cæſenatum Gymnaſio ob imminutum Magiſtrorum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

numerum atque deperdita pene ſtipendia priſtinum decus, Senatoribus dignitatem, atque turbatum antea imperium, quo Portum Cæſenaticum adjectumque ibi pagum feudi jure moderabantur, necnon Civibus ludicra certamina olim ſingulari privilegio conceſſa, ac poſtmodum negata reſtituit, necnon neglectam fontium cuſtodiam, atque in deterius mutatum jus Prætorium refarcivit. Poſtremo ad pontem reficiendum in Sinapi flumine, cujus non niſi prima fundamenta erant jacta, quatuor aureorum millia Cæſenatibus attribuit, propterea in grati animi monumentum honoratus ſua effigie et marmore in Senatus ædibus collocata: Ita nempe Clemens toto Pontificatus tempore ſe talem tamque beneficum populi ſui Patrem opere exhibuit, qualem ſe fore prima ſuæ exaltationis die verbis pollicitus erat; cum enim inaudiiſſet, Romanos de ejus electione quidem lætari, timere autem, ne ſub *Florentinis* parem, quam ſub Beneventanis antea ſuſtinuiſſent, funeſtam fortem ſint experturi, eis [illegible]a ſignificari juſſit, *ſe ita regnaturum, ut ſi vivens ſubditorum amorem conciliare ſibi non poſſet, ipſi ſaltem ejus mortem deploraturi ſint*; mox vero Nerium Corſinium Nepotem ſuum accerſitum hortatus eſt, ut nemini

mini offensioni esset, *fors enim*, addebat Pontifex, *attenta virium debilitate ac senio breve erit regimen meum, ac potius mortis memor, quam terrenæ sublimitatis cupidus sum; ita ergo vivamus, ut post mortem meam nomen nostrum hominum nulli odiosum sit.* Id plane opere comprobabat Clemens; unde ejus memoria intimius in subditorum animis, quam in defuncti tumba immersa inhæsit.

Præterea cum omnes suas actiones ad moderationis & clementiæ normas componere solitus, ac correctione potius quam pœna contentus esset, æquus tamen judex ac severus in eos vel maxime, quorum mores ab honesto abhorrebant, criminum vindex exstitit: quocirca in Cosciam, ceterosque, qui nefariis suis artibus populum vexabant, inquiri, eosque promeritis pœnis mulctari præcepit; pari etiam rigore, ut publicam securitatem tueretur, contra homicidas & sicarios edictum promulgavit, quo sublata omni immunitate, eos morte plecti jussit, neve ulla impunitatis spes (maxima ad peccandum illecebra) supereſſet, illis quoque, qui subita contentione rixaque se excusarent, nihil de pœna remitti voluit, & capite etiam cavit, ne quis sclopeta, sicas, aliaque arma ad cædem clam & dolose inferendam aptissima deferret,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

vel apud se retineret: acriter etiam in Turris Camerinensis incolas animadvertit; cum enim horum non pauci vectigalia fraudarent, perditissime viverent, finitimos populos pravis suis moribus inficerent, atque omnia per vim & licentiam perpetrarent, Clemens admoto Apparitorum militumque competenti numero Præsuli Ignatio Crivellio in mandatis dedit, ut sordidum hoc genus hominum, rebelle ac indocile subigeret, promeritisque coerceret pœnis: Capto igitur hoc oppido, sumptoque de duobus factiosis supplicio ceteri in fugam versi, omnes denique armis exuti sunt: ipsum vero Feudum Cameræ Apostolicæ redditum est, & Comiti de Bonarellis legitimo illius possessori æquivalens ditio in Agro Romano donata fuit.

Tam magnis, totque aliis omnino præclaris gestis celebrem Pontificem ac Patrem, ut mortis illius increbuit rumor, statim luxit universa Roma, doluerunt vel maxime Cardinales, Principes, ac cives, qui defuncto non minus lacrimis, quam precibus parentabant: Pariter Imperator, ceterique Principes Catholici, qui hunc Pontificem semper singulari veneratione coluerunt, mæsti justa funebria eidem summa pompa exsolverunt. Porro Corpus

pus ejus ex Palatio Quirinali ad Vaticanam Basilicam noctu diei sequentis post obitum maxima populi frequentia, ac bonorum omnium lugubri silentio intimum dolorem testante translatum est. Tertio demum Novemdialium exequiarum die Æneas Sylvius Piccolamineus eximius plane Præsul ac Orator de laudibus summi hujus Pontificis perelegantem habuit sermonem: demum die decima septima Februarii in eadem Basilica ejus cadaver interim humatum fuit, postea (ut ipse præscripserat) ad Lateranensem transferendum, eo fine, ut in magnifico Sacello a se constructo sub porphyretico Mausoleo, quod sibi vivens mortalitatis memor exstruxerat, conderetur.

§. XLIX.

Cardinales pro eligendo novo Pontifice conclave ingressi.

Absolutis pro more Exequiis die decima octava Februarii ex sexaginta octo Cardinalibus triginta quatuor tum Romæ præsentes more consueto ad Vaticanam Basilicam convenere, ubi de eligendo tali Pontifice, qui S. Scripturæ & SS. Patrum studio, prudentia, eruditione, morumque integritate emineret, perdoctum sermonem Jose-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

phus Simonius Assemannius utriusque Signaturæ Referendarius, Prælatus Domesticus, præfatæ Basilicæ Canonicus, & Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus habuit; quo absoluto, & re Divina de Spiritu Sancto peracta, Cardinales de literis Cardinalis Cosciæ in arce S. Angeli adhuc detenti deliberarunt. Hic enim, cum a defuncto Papa tam *activo*, quam *passivo*, ut vocant, suffragio privatus fuisset, ab electionis jure se excluſum vehementer indignatus, jam die sexta Februarii ad Petrum Cardinalem Ottobonum S. Collegii Decanum frequentes dedit literas.

Reverendissime Domine!

„Præmissa mei commendatione, ac „humillimo obsequio ad comprobatum „æquitatis studium & Eminentiæ ve„stræ religionem confugere præsumo, „perdemisse supplicans, ut annexam „legitimam meam protestationem be„nigno oculo aspicere, suumque eidem „patrocinium in mei levamen impen„dere velit. Hoc in studio Eminentia „vestra Prædecessorum nostrorum exem„pla in ejusmodi casibus nobis relicta „imitabitur, queis Matris nostræ sanctæ „Ecclesiæ honorem conservare, & schis„mata, quæ Sponsæ Christi Domini „uni-

„unitatem proſcindere meditabantur, „evertere conati ſunt. Taceo, quam „caute ac provide Sacrum Collegium „Sede Vacante circa Moronum & Del„phinium Cardinales, quamvis eorum „cauſſa longe a mea diſtet, egerit, & „ne Eccleſiæ pax in novi Pontificis e„lectione interturbaretur, præpedierit: „Refero duntaxat ea, quæ poſt Adria„ni VI. obitum geſta fuere; Cardinales „enim mox cognito illius deceſſu Car„dinalem Sonderinium ex arce S. An„geli, ubi ob læſæ Majeſtatis ſcelus „hærebat, liberare decreverunt, & in„ſuperhabitis Pontificum Bullis, quæ „in Eccleſiæ utilitatem intellectæ nun„quam male intelliguntur, ex Collegio „tres Purpuratos ad arcem ablegarunt, „eumque ad conclave adduci curarunt.„ Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Nunc tranſeo ad meam proteſta„tionem, quæ talis eſt.„

„Nicolaus Coſcia S. R. E. Presbyter, „Cardinalis coram Reverendiſſimis Car„dinalibus in generali Congregatione „Sede vacante legitime congregatis in „omni ſubmiſſione comparet, & hu„millime exponit, quod ſeptem abhinc „annis ſine culpa in arce S. Angeli ca„ptivus hæreat, vi cujus ſententiæ die „ſexta Maij Anno 1733. pronuntiatæ, „quæ ex pluribus juris & facti vitiis „nulla eſt, & recognito proceſſu pro

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nulla fuiſſet habita, ſi Deus *juſtitiæ*
„*Doctorem* dediſſet. Inter alias eidem
„denuntiatas pœnas ſuffragio in comitiis
„privatus fuit ſine ulla cauſſa & præ-
„cipue ſine ulla publicata cauſſa, quæ
„tamen juxta Doctores, & ipſam Pon-
„tificii Advocati Fiſcalis mentem una-
„cum Manfredo Cardinale *tract. de Card.*
„*c.* 34. ſententiam præcedere deberet,
„eoquod plura mala ex unico injuſte
„vel neglecto vel excluſo ſuffragio toti
„Eccleſiæ imminere poſſent. Quanti
„momenti ea res ſit, elucet ex frequen-
„tia Conſtitutionum pro bono Eccleſiæ
„& conſervanda unitate & pace a Ze-
„loſiſſimis juxta ac doctiſſimis Pontifici-
„bus editarum, magis tamen adhuc
„apparet ex eo quod nec excommu-
„nicati nec de hæreſi ſuſpecti comitiis
„ſacris intereſſendi jure privati ſint,
„uti docet *Manfred. deciſ.* 302. *Gundiſſ.*
„*de Pat. Eccl. Num.* 25. Hæc doctrina
„partim in natura Primatus Petri, par-
„tim in Electione Succeſſorum, quæ
„utraque, cum ex inſtitutione ſua ſit
„juris Divini, media ad eam, ſcilicet
„eligentium prærogativæ etiam juris
„divini eſſe debent, ut inter finem &
„media ſit proportio. Aliam adhuc
„rationem adducunt Doctores, ſcilicet,
„quia ſi tales jure ſuffragii privari poſ-
„ſent, facile ambitioſus Papa ſibi pro
„libitu

„libitu ſuo Succeſſorem denominare, Sæc. XVIII.
„& hac via Chriſti Domini Sacerdo- A. C. 1740.
„tium hæreditarium reddere poſſet.
„Referunt nonnulli, p. m. Clementem
„Papam poſtea per diploma ſuo ſigillo
„firmatum revocaſſe ſententiam, qua
„me voce activa & paſſiva privavit, Ut
„ut de hoc ſit, Orator Cardinales do-
„ctiſſimos ſuos Collegas obteſtatur, ut
„ſi tale diploma reipſa exſtat, ſerio per-
„pendere velint, an illud acceptare
„expediat, & non potius deceat, illud
„ceu ſuperfluum, & toti S. Collegio
„noxium & ex allatis rationibus præ-
„judicioſum rejicere, cum Cardinales
„ſuam auctoritatem ab ipſomet Deo ac-
„ceperint. *Barboſ. de pot. Card. q.* 1.
„*n.* 29. *Card. Alb. quæſt. XI. n.* 26. *ac*
„*alii*, & cum ille, qui privat, eandem
„poteſtatem habeat quam ille, qui in-
„ſtituit, hinc homo ſine cauſſa illum
„privare nequit, quem Deus inſtituit,
„proin reſtitutio locum habere nequit,
„ubi nulla datur privatio. Cenſent alii,
„per hoc diploma Oratori duntaxat vo-
„cem activam reſtitui, qui ſane error
„foret pejor priori; ſi enim uni demitur
„vox paſſiva, adimitur eo ipſo omnibus
„aliis vox activa. Dici inſuper poteſt,
„cum Pontificatum ſupremum a Deo
„eſſe, ſanæ theologiæ doctrina ſit, hac
„privatione libertatem Spiritus ſancti,

„qui

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„, qui ubi vult, ſpirat, lædi, & inſcru-
„tabilibus Divinæ providentiæ vi
„ac conſiliis limites præſcribi: Ea-
„propter Orator ad proximum con-
„clave unacum omnibus vi Conſtitu-
„tionum Apoſtolicarum, S. Canonum,
„& conſuetudinum Purpuræ anne-
„xis honoribus, privilegiis ac præ-
„rogativis admitti, efflictim ac decen-
„ter ſupplicat, ut integro plenæ li-
„bertatis jure tam ad Canonicam novi
„Pontificis electionem, ſuo ſuffragio
„concurrere poſſit, quam ut utriusque
„vocis capax declaretur. Secus omni,
„qua poteſt, forma ac ſolemnitate pro-
„teſtatur contra omnia, quæ in hoc
„caſu ſub legitima proteſtatione com-
„prehendi poſſunt.„

„Hæc ſunt, quæ ad meæ & noſtrum
„omnium dignitatis ſecuritatem tuen-
„dam, & ad tutas ſervandas Purpuræ
„prærogativas jura & libertates Re-
„verendiſſimis Cardinalibus in proxima
„Congregatione proponi ac ſignificari
„rogo: Agitur de cauſſa communi,
„& quod omnes & ſingulos tangit, de
„cetero malui familiari ſtylo, quam ſtre-
„pitu forenſi, aliisque formalitatibus
„in jure conceſſis uti, ne Eccleſiæ res
„ad laicorum manus deveniant: volo
„tamen, ut hæc eandem vim habeant,
„acſi

„acsi in Curia pertractata fuissent. Tuo „igitur potenti patrocinio fretus, sacra- „tas deosculor manus. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Ex Arce S. Angeli
6. *Febr.* 1740.

Humillimus ac devotissimus
Servus.

NICOLAUS COSCIA
Cardinalis.

§. L.

Præliminaria ad Scrutationes.

His literis permoti Cardinales Cosciam ad S. Comitia admittere decreverunt, eumque in finem Ottobonus ad eundem epistolam misit, qua illum adjectis tamen certis conditionibus, ad Conclave perhumaniter invitavit. Cum ergo Coscia sese in suo responso obsequiosissimum Ecclesiæ Filium profiteretur, die decima quarta ejusdem Mensis ex arce dimissus, quinto post die ad vesperam solemni pompa ad Conclave deductus est. Paulopost ipsemet Ottobonus in tam gravem incidit morbum, ut die vigesima quarta ejusdem Mensis in conclavi decederet: Hunc Fran-

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Francia tam ardenti voto in Papam eligi peroptabat, ut nationis Gallicæ Cardinalibus ad comitia euntibus ſerio injungeretur, ut hunc præ ceteris ad D. Petri Cathedram promoveri curarent: Priusquam vero ſcrutationibus initium daretur, Cardinales varia condidere decreta, ac præprimis ſtatutum, ut extra conclave diſſenſionum reliquiæ cum Sardiniæ Rege, aliisque Principibus plene componerentur, dein etiam ſtatuebant, ut deinceps neo-electus Papa in ſuum Auditorem eligere nequeat illum, cujus miniſterio adhuc Cardinalis uſus eſſet, nec eidem liceret, vacantium Beneficiorum redditibus frui, ſed eos Ærario Apoſtolico cedere teneretur; ſancitum quoque, Datarii munus impoſterum nullatenus cuidam Prælato, ſed Cardinali eſſe conferendum, illos vero, qui conjugati aut laici vulgo *Abbates* fuere dicti, deinceps habitum ab Abbatibus Eccleſiaſticis diverſum delaturos, atque ab eis, qui publicos proventus adminiſtrabant, rationem eſſe petendam &c. His aliisque inter ſe conventis, Cardinales die vigeſima ſeptima Martii Principem Santacrucium Cæſaris Oratorem excepere, qui habito pereleganti ſermone Congregatos hortabatur, ut ſepoſitis privatæ utilitatis ſtudiis inter tot præclara capita Virum eli-

eligerent, quem insigniores animi dotes, & pares tanto ministerio virtutes Pastorales præ ceteris commendant, qualemve Pastorem, ac communem Patrem præsentes Ecclesiæ universæ, rei Catholicæ, ac Romani Imperii omniumque Catholicorum Principum necessitates avide deposcunt. Paulopost Tencinus Cardinalis, & Dux de Santoignano Franciæ Regis Oratores, necnon Venetæ Reipublicæ Legatus summa pompa ac magnifico apparatu Conclave ingressi, totum Purpuratorum Collegium ornatissima & copiosis sententiarum verborumque luminibus conspersa oratione honorabant. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. LI.

Primæ suffragiorum scrutationes.

Peractis de more hisce solemnitatibus Cardinales ad rei summam processere, factaque iterata suffragiorum scrutatione deprehensum quod calculi in plures essent dispersi, in quosdam æquo numero, in nullum totidem, quot ad legitimam requirerentur electionem. Id vero non paucis prorsus peregrinum esse videbatur, quod duo vel tres Cardinalem Ludovicum Hispaniæ Regis Filium tum nonnisi decennem suo suffragio ornare non dubitarent, ac insuper

Sæc. XVIII A. C. 1740.

super in P. Barberinium Capucinum & Concionatorem Apostolicum conspirarent: palam tamen contra hunc reclamabat Alberonius Cardinalis, caussatus, Pontificum decretis cautum esse, ne quis extra S. Collegii gremium in Papam eligeretur, mox autem eidem alii responderunt, certe hunc Virum esse digniorem, aptioremque decenni puero Regio: Attamen magis serio postmodum res acta, cunctis ad illum, quem ceteris digniorem quisque credebat, intentis. Illi, qui a Benedicto XIII. Purpura decorati fuerant, supremi Apostolatus oneri pares censebant Corradinium, Ruffum, & Gottium. His præside Albanio Cardinale accesserunt Zelantes, seu illi, quibus firma lex erat, electionis Pontificiæ libertatem tueri, nullumque ex mero Principum favore, aut privato eorum commodo sacræ Sedi proficere. Horum societas vocabatur antiqua, seu *Benedictina* aut *Orsinia*: Alia erat, quæ nova seu recens & *Clementina* vel *Corsininiana* nuncupata est, nomine mutuato a defuncto Papa Clemente XII. qui horum potissimos olim sacro Collegio adscripierat. His longe digniissimi videbantur Aldrovandius, & Cencius Cardinales, quorum tamen posterior tam periculosa hæmopthysi laborare cæperat, ut die vige-

vigesima tertia Maij omnium morientium Sacramentis in conclavi muniretur: nihilominus in primis scrutationibus plurimorum calculi in eum concurrebant, solaque ipsius diuturnior infirmitas Purpuratos impulit, ut sua suffragia in Vincentium Cardinalem Gotti, & postea in Leandrum Cardinalem Porzium transferrent, quorum prior non semel triginta tria solus, & alter tot suffragia tulerat, ut pro Canonica electione nonnisi unicum desideraretur: Neutri tamen deerant ex Purpuratis nonnulli, quibus eorum electio minus probaretur, & præprimis Gottio opponebant, eum quidem, spectata ejus pietate ac eruditione, supremi Apostolatus dignissimum esse, præsentes vero Ecclesiæ necessitates non sibi deposcere Papam Polemicis, ac Theologicis disciplinis uberrime imbutum, sed potius in politicis versatissimum, & Pontificiæ auctoritati potenter tuendæ parem: timendum quoque esse, ne Gottius Ordinis Prædicatorum Alumnus, & ipse doctrinæ Divi Thomæ addictissimus Sacrum Collegium quinque vel omnino sex Dominicanis augeret, horumque suasu antiquatam de gratiæ auxiliis controversiam in favorem Thomistarum decideret, & fors ob notorium ipsius odium in Jansenistas novis

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

turbis anſam præberet. Verum futiles hæ rationes apud ſaniores, & a partium ſtudio magis alienos adeo nihil profecere, ut potior ſuffragantium pars per integrum Menſem Julium & Auguſtum in Gottium conſpiraret: Porzius autem, quamvis ob præclaras animi dotes de Eccleſia optime meritus eſſet, æmulorum non paucos tamen ſibi adverſantes habuit, quorum invidia factum, ut infamis ſatyra contra ipſum in conclavi vulgaretur, in cujus Auctorem, quem Porzius unum ex Conclavistis fore ſuſpicabatur, ſevere inquiſitionem petiit; Cardinalibus autem hanc cauſam ad Conclavis exitum eſſe differendam cenſentibus, Ipſe ſummo faſtidio oppreſſus, ac die duodecima Maji periculoſo morbo obrutus eſt, ex quo etiam die decima Junii deceſſit.

Interim Proſper Cardinalis Lambertinus Bononienſis Archiepiſcopus, cui Bononia excedenti quidam ſenex Canonicus non vano augurio acclamabat: *intende Proſpere, procede & regna* die ſecunda Martii Romam advenit, ac tertio poſt die unacum Cardinalibus Maſſeio & Paſſerio conclave ingreſſus cellam numero quadrageſimam ſecundam ſorte obtinuit: cum autem inter utramque partem medius permaneret, & pro ſua prudentia Competitorum folli-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

sollicitationibus sese minime ingereret, proin Cardinalium nulli nec suspectus, nec appetibilis videretur, hinc toto scrutiniorum tempore nec illius memoria cuiquam congregatorum fuit, sed potissima suffragantium vota æquo numero dividebantur in Gottium & Pompejum Aldrovandium, cui non modo Hispanis, Gallicis, & Corsinianis partibus addicti favebant, sed etiam suorum fautorum numerus indies crescebat, eoquod Imperator duos, Franciæ Rex quinque, & Rex Hispaniarum tres Purpuratos a tiara excludi petiissent: Suffrabantur quidem nonnulli Corradinio Cardinali, Viro omnibus numeris absoluto, qui tamen, cum jamjam octogesimum secundum ætatis annum ageret, gravis senii, & adversæ valetudinis excusatione ultro a se hoc onus Angelicis humeris formidandum amoliebatur. Præterea Cardinalium quidam urgente Corsinio, in Josephum Cardinalem Firaum oculos conjecere, cui etiam in proxima scrutatione viginti sex Suffragatores adstipulabantur; cum autem adhuc *Secretarium Status*, ut vocant, ageret, & aliunde de majori suffragantium numero conclamatum videretur, Cardinales ab eo deficientes, alii pari numero Aldrovandi, alii Gotti factionem augebant; ita ta-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

men, ut huic Hiſpani, Galli & Corſinii, iſti vero Auſtriaci, Albani, & Orſinii Cardinales pertinaciter ſeſe opponerent, & ne unicus quidem ad alterutrius partem pertrahi poſſet. Tenuit jam integrum ſemeſtre hoc conclave, non ſuffragantium culpa, aut artibus, ſed inter duos Competitores æquali meritorum præſtantia, qua attenta uni vel alteri jus ad tiaram denegare, piaculum ac injuriam fore credebatur. In ea eligentium ambiguitate, quid magis expeditum, ac neceſſarium erat, quam ut unaomnes geminato ardore ad Patrem luminum, Spiritum ſanctum ſupplices confugerent: quapropter tam in Urbe, quam in Conclavi publicæ ad Deum pro prompta ac unanimi Pontificis electione preces habentur, decernuntur ſolemnes ſupplicationes, & quicquid fidelium pietas, reique gravitas ad flectendum Deum, aptum dictabat, ſummo fervore in opus deducitur; præ ceteris vero Quirinius Cardinalis diſſidentium animos conciliaturus, toti Collegio duo ſcripta mature ponderanda propoſuit. Primum erat cujusdam ſenio venerandi Conſulis Romani, quo olim boni Rectoris dotes populo Romano gravi ſermone explanabat. Alterum erat oratio, quam quidam Caſſinatenſis

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

sis Monachus post Calixti II. obitum Sede vacante ad Cardinales perorabat, eisque animi dotes in Electoribus ad dignam Pontificis electionem requisitas exponebat: His tamen mediis parum profuit Quirinius Cardinalis; necesse ergo erat, ut ipsemet Deus manifestum faceret, non hominum consiliis, & conatibus, sed divino suaviter ac potenter moventis Spiritus impulsu supremum Caput Christi Ecclesiæ præfici; quippe præter omnium exspectationem ille ipse Magnus Aldrovandus inspirata divinitus mente eo ipso temporis momento, quo aucto indies concurrentium Suffragatorum numero certam, saltem plusquam proximam obtinendæ tiaræ spem habebat, juratos suos sautores atque inter eos præcipuum, Cardinalem Corsinium a se in alium æque dignum flectere studuit, hancque in rem die trigesima Julii has ad eundem literas dedit.

„Præmisso venerabundo dexteræ „oculo Eminentiæ suæ significo, me „quidem nuper mentem meam circa „præsentes Personæ meæ vicissitudines „explicasse, nunc vero expedire cen„seo, ut idem Eminentiæ vestræ denuo „scriptotenus declarem. Magni qui„dem habeo, gratoque animo rependo „benevolentiam, qua vestra Eminentia

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„ceterique Cardinales mihi faventes „in omnibus ſcrutiniis conſtanter me „electionem promovere conati ſunt: At „tamen impenſe, ac efflictim Eminen„tiam veſtram oro ac obteſtor, ut ſua „conſilia mutare, & Cardinales mihi „propenſos eo inclinare velit, ut ſua „ſuffragia in alium Virum digniorem, „cujus merita unanime omnium ſuffra„gium depoſcunt, convertere velint. „Non deſunt Cardinales longe digniſ„ſimi, imo auſin dicere, plures variis „ex titulis adeo eminentes, ut ante „reliquos ſibi unanimem conſenſum „conciliare queant. Id unicum, co„mitiis jam ad plures menſes pertractis „erit ad promptam, & ſorte unanimem „electionem perveniendi medium. Mea „inſuper intereſt, ut ſuſpicionem, ſors „ex meo ad P. Ravaglium reſponſo ena„tam a me amoliar, cum mihi inno„tuerit, hoc ſcriptum non modo in „conclavi, & paſſim alibi divulgatum, „ſed etiam typis editum fuiſſe: Aſt „Deum teſtor, ac in juramenti fidem „invocato Dei nomine declaro, me in „præfato reſponſo nil aliud intendiſſe, „quam me Evangelico Chriſti mandato „conformare; ac quod propterea omnes „olim mihi illatas offenſiones ad Crucis „pedes abjiciam, & æterna oblivione „ſepeliam, ſincere & ex intimo corde „om-

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„omnibus & singulis, qui mihi hucus-
„que molestias intulerunt, condonem,
„huncque in finem omnes de plena &
„perfecta reconciliatione certos esse
„voluerim. His subjungo, me ea de
„caussa, ut insuperhabitis omnibus dif-
„ficultatibus, & obstaculis, hanc de-
„clarationem facerem, impulsum fuisse,
„ne alii silentium meum interpreten-
„tur, acsi animi mei sensus par & æ-
„qualis non esset verbis. Hæc autem pro-
„pria est & vera rei conditio, prout eam
„Deus ipsemet cognoscit, qui renes &
„corda hominum scrutatur. Confido
„igitur, Eminentiam vestram a me hic
„scripta omnia rata grataque habitu-
„ram, eaque Cardinalibus ceteris com-
„municaturam. Sum &c.

His perlectis, Corsinius Cardinalis, an Aldrovandi humilitatem potius quam excelsi animi magnitudinem admiraretur, dubius hæsit, hacque super re cum Albanio, Rohanio, aliisque Cardinalium Principibus serio contulit: Demum post varias consultationes potissimorum vota in Cardinalem Gotti collimabant, partim quod accedentibus Aldrovandi fautoribus ipsius electio magis expedita esset, partim quod in prioribus scrutiniis ipse solus ceteris plura & non semel triginta tria

Sæc. XVIII. A. C. 1740

tuliſſet ſuffragia, aliunde vero Vir eſſe meritorum excellentia tanto honore dignissimus.

§. LII.

Proſper Lambertinus Cardinalis Archiepiſcopus Beneventanus in Papam electus.

Quamvis omnia in Gotti Cardinalis favorem conſpirare viderentur, non tamen hic erat, quem elegerat Dominus; quippe præter omnium exſpectationem Hannibal Cardinalis Albanius Pontificii Fiſci Præſes ex altiori impulſu Cardinalem Lambertinum, de quo hucusque ne minima quidem mentio facta fuerat, præcipuis S. Collegii Patribus propoſuit, pollicitus, quod ſi hunc vel ſaltem Gottium ſuo ſuffragio juvarent, & ipſe cum ceteris Cardinalibus ſibi addictis pro conficienda unanimi vel hujus vel iſtius electione concurſurum: Verum hæc propoſitio potiſſimis admodum peregrina videbatur; illi quoque Cardinales, qui vulgo *Zelantes* vocantur, adhucdum tam conſtanter Gotti partes tuebantur, & hic die adhuc decima quarta Auguſti in trigeſimo tertio ſcrutinio pro ſe triginta & unum ſuffragia numeraret, ceteris adhuc ſuo ſuffragio collimantibus

in

in Aldrovandium, qui tamen omnes perdemisse rogabat, ne sui memoriam ultra haberent: Postea Cardinales communi consilio Deum mediante intercessione B. V. Mariæ pro felici electionis successu rursus indicta triduana devotione exorare decreverunt: nec id incassum; quippe Cardinalis Albanius dum die decima quinta Augusti se Zelantibus adjunxerat, atque ad singulos, qui ad Corsinii Cardinalis nutum sua vota dabant, accesserat, summam promptæ electionis necessitatem, necnon scandalum, indeque oritura mala præveniendi debitum tanta verborum energia ac rationum vi eis exposuit, ut paulo ante vehementius obnitentes animos raperet, eorumque viginti quinque palam sese pro Lambertino declararent: Peracto hoc negotio Cardinales Lambertinum, qui tum in cella Nicolai Cardinalis de Judice versabatur, unaomnes adeunt, ac honorifica salutatione præmissa eidem significant, Dei nutu ac consilio factum esse, ut pene omnes in proximam ejus electionem consentirent: Ad tam inopinum nuntium velut fulmine tactus sine voce & spiritu hæsit Lambertinus; ac tandem sibi redditus respondit: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat*, quibus dictis sese totum Divinæ

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

providentiæ commisit, & mira anim tranquillitate rei successum præstolat est. Illuxerat tandem dies decima se ptima dicti Mensis, qua summo mane de cantato Hymno: *Veni creator*, & Sacr solemni per supremum rituum sacro rum Ministrum Realium (Apostolico Sacellano tum ob morbum absente) peracto ad scrutationem proceditur, qua facta, cum jamjam triginta quin que calculi in Lambertini favorem dati numerarentur, Purpurati in signum canonicæ electionis assurgunt: dein iterata schedarum lustratione deprehen dunt, quod solus Lambertinus omnium suffragia tuliffet, uno excepto, quod ipse Aldrovandio dederat. Finita scru tatione, omnibus eligentium schedis de more combustis, Realius Rufum primum Episcopalis, Rohanium Sacer dotalis, & Marinium Diaconalis Ordi nis Cardinales necnon Hannibalem Cardinalem Albanium conduxit ad Lambertinum adhuc in pristino suo loco sedentem. His autem Purpu ratis eundem interrogantibus, an factam sui electionem acceptare, & quale nomen assumere vellet, respon dit, quod Divinæ dispositioni suam voluntatem conformaret, atque in gra tam Benedicti XIII. a quo Purpuram accepisset, memoriam Benedictus XIV. vo-

vocari vellet. Poſtmodum peractis precibus conſuetis, & obedientiæ homagio (quod *adorationem* vocant) a Cardinalibus præſtito conclave aperiebatur, moxque Marinius utpote primus Cardinalis Diaconus Benedicti XIV. electionem populo annuntiabat, publicam aggratulationem non modo feſtiva omnium acclamatione, ſed etiam campanarum bellicorumque tormentorum reboatu conteſtante. Dimiſſis igitur e conclavi Cardinalibus Neo-electus Pontifex ad D. Petri Baſilicam ſolemni pompa delatus, maximo numero confluentibus bene precatus eſt. Inde ad Quirinale Palatium, acceptis ab Albanio Cardinale clavibus contendit, ibique Purpuratorum gratulationem excepit, cum autem accederet quoque Aldrovandius, & obſequii ſignum dexteræ oſculo profiteretur, eidem Pontifex dixit: *Si per me ſtetiſſet, tu utique Papa eſſes. Cedamus uterque cælo: Ego, qui me nolente, imo nec cogitante Papa factus ſum, Tu, qui me licet volente non es factus: Ceterum talem Papam me tibi præſtabo, qualem Te mihi optavi.* Denique die vigeſima prima Auguſti a Carninale Marinio Tiara Pontificia redimitus fuit, omnibus communem lætitiam feſtivis acclamationibus & tormentorum ex arce detonantium fragore teſtanti- Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

ſtantibus: ſolemnem hunc diem exoperat nox cælo ad publicum gaudium mire ſtellato pellucida; omnes enim ædes facibus, pictisque laternis colluceſcebant.

§. LIII.

Neo-electi Pontificis genus & indoles.

Natus erat olim Proſper, nunc Benedictus XIV. neo-electus Pontifex Bononiæ die trigeſima prima Martii anno ſalutis noſtræ ſupra milleſimum ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto. Ortum traxit ex Marchionum Lambertinorum gente, quæ jam per octo ſæcula inter Bononienſes nobilitate, gloria & vetuſtate in primis Floruit. Auctorem habuit Mundum Comitem, cujus Filius Lambertinus natione Saxo cum Ottone Cæſare in Italiam veniens, in Bononienſi urbe conſedit, & Guelforum factioni adhæſit. Ab hac ſtirpe porro deſcenderunt Lambertini ſurculi domi militiæque clari, & quod gentis hujus tandem & gloriam abſolvit, morum ſanctitate & eruditionis fama illuſtriſſimi. Eminuere præprimis Imalde Ord. S. Dominici & Joanna Monialis Bononienſis S. Claræ, quæ ob virtutum præſtantiam Beatarum honoribus jam pri-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

pridem coli cæperant: non minor huic profapiæ ſplendor ac decus a dignitatibus Eccleſiaſticis; Fulſerat enim in Placentina Eccleſia Epiſcopus Bernardus, in Mediolanenſi Albertus, & in Inſulana Cæſar Lambertinus, qui ornamenti plus, quam acceperint, ſuis Eccleſiis & populis reddidere.

Literatorum quoque in hac familia ingens numerus, ex quibus præ ceteris eminuere Guidus & Petrus, ambo egregii legum interpretes, necnon præfatus Præſul Cæſar, qui præclarum de jurepatronatus librum edidit: plerumque autem hujus generis Viri arma cum literis admirabili quodam nexu conjunxerant: præter Guidum enim & Petrum Gerardus cum delecta Bononienſium manu, cui præerat, Godefredo Bullionio ad recuperandum Chriſti Salvatoris ſepulcrum magno auxilio fuit, Eganus autem, eoquod pro Carolo IV. Cæſare rem bellicam optime geſſiſſet, multis honoribus auctus, raro Cæſareæ munificentiæ beneficio aquilam gentilitio ſuo ſtemmati adjungere permiſſus eſt. Auxerat adeptam Majorum gloriam Aldroghettus, cui ob Majoricam Inſulam, & Valentiam Urbem Arragoniæ Regibus claris victoriis redditas, Regia inſignia pro ſtemmate gen-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

gentilitio habere conceſſum fuit. Præterhos alii plures ſæculo decimo quarto magnam in re militari famam ſibi conciliabant, quorum meritis in ſubſequentibus ſæculis tanta Lambertinorum exiſtimatio & gratia apud ſummos Principes viguit, ut Regina Conſtantia Friderici Imperatoris Conjux, necnon Petrus Orientis Imperator unacum uxore ſua in eorum Palatio hoſpitari dignarentur, non ſine novo familiæ ornamento; idem quippe Imperator non prius Bononia excedere voluit, quam Guidum tum hujus ſtirpis Principem ſolemni illius ævi ritu Equitem crearet. Anno etiam Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo in gratitudinis teſtimonium Bononienſis Magiſtratus præſtita ſexdecim Reformatorum cautione Lambertinios Poggii Rognatici, quod admodum nobile in agro Bononienſi caſtrum eſt, dominio publice donavit, quamvis poſtea exeunte Sæculo XVII. idem hoc prædium ob iteratas Padi inundationes non ſine maximo Lambertiniæ Domus, reique familiaris detrimento ferme penitus devaſtatum eſſet: Præterea per plura ſæcula Atteſtini Principes multis honoribus ac beneficiis Lambertinios auxere, & inſuper Bononienſis Civitas ex hac gente plurimos eosque ampliſſimos,

mos, & de Republica optime meritos numerabat Senatores, Guidos, Eganos, Cornelios, aliosque diversi nominis Viros, quos inter ita excelluit Eganus Guidi Antonii Filius, ut Bononia evocatus, a Ferdinando Imperatore Pro-Rex Siciliæ renuntiaretur, & Julius II. Pontifex Lambertinios illis quadraginta Bononiensibus Familiis, ex quibus Senatores eligerentur, perpetuo jure accenseret. Præclaris his Majoribus natus est Prosper Laurentius Patre Marcello, & Matre Lucretia Bulgarinia lectissima Matrona: Vix unam ætatis annum attigerat Prosper, cum ejus Parens maturius, quam ætas & merita ferrent, non sine magno totius orbis desiderio ac luctu mortuus præter Prosperum nostrum adhuc alium Filium orbos relinqueret, nomine Joannem qui primo Ferrariensi Marchionissæ de Villa, & postea alteri ex Lucensi Mansiorum Familia connubio junctus, ex primis nuptiis Eganum Marchionem Lambertinium unicum Benedicti XIV. Nepotem, Bononiensem Senatorem, & Filiam, quæ postea Bononiæ in Monasterio S. Mariæ Novellæ Monialis erat, suscepit. Ut vero Lucretia Mater prolium suarum educationi melius consuleret, secundis nuptiis se Aloysio Comiti Bentivolio conjunxit: Unde

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Unde Prosper unacum Matre sua ad Bentivolios transiit, ibique in Privigni ædibus aliquamdiu Christianæ doctrinæ, & literarum rudimentis institutus est: Mox a primis unguiculis in Prospero enituit indoles illa Majorum, vigoris & spiritus plena, generosa prorsus, & ad omne genus laudis incitata; his animi dotibus mirifice delectatus Prosperi Avunculus Albertus Vir singulari prudentia præditus puerum in Nobilium Academia optimis Magistris instituendum tradidit; hos interim floruit Paulus Pasius, & postea Stancarius Sacerdos ac Civis Bononiensis egregius plane idiomatis latini Institutor, cujus docendi assiduitate, præceptorum commoditate & solertia necnon quotidiana exercitatione Prosper brevi tempore tantum profecerat, ut præ ceteris omnibus excellens, quæ tradebantur, mira celeritate arriperet, singulari firmitate retineret, ac prævolante ingenii acie ante omnem Magistri sui spem aptissime perficeret. E Stancarii disciplina ad Philosophiam se transtulit, in qua dum eminere cæpit, illum unacum fratre suo natu majore Joanne Romam Patruus adduxit, ut ambo sub Patrum de Somascha in Clementino Collegio sua studia prosequerentur, & nova, prout

prout unicuique e re & voluntate esset, addiscerent. Agebat tum Prosper nonnisi decimum quintum ætatis annum, sed ingenio & prudentia præmaturus intra biennium non modo intermissa Philosophiæ studia absolvit, sed & Theologiæ, & Canonicæ ac civili jurisprudentiæ ex Historiæ Ecclesiasticæ fontibus tam celeri, tamque glorioso fructu operam dedit, ut prodigii loco haberetur ad tantam literarum varietatem adeo profunde hausta tam exiguum ei tempus sufficisse, quod tamen aliis imo vix non omnibus vel ad unius disciplinæ studium ægre satis esse solet: Fluctuabant interim ambo fratres de eligendo perpetuo vitæ statu, ubi vero Virgilius Malvesius tum Bononiensis Legatus utrumque ad Alexandrum VIII. Papam, qui in Urbem non ita pridem venerat, conduxit, hic utriusque indolem variis propositis quæstionibus explorans, fixe oculos suos in Prosperum conjecit, eumque quamvis natu minorem esse ignoraret, his verbis allocutus est: *quid diu dubii hæretis? Prosper Romæ serviat Ecclesiæ, & Joannes patriæ commodis, & generis propagationi consulat.* Ad hoc Pontificis oraculum lætissimus juvenis, cum jam a teneris animum ad ordinem sacrum adjecisset, & haud alio magis,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

quam sacra delectatus fuisset exercitatione, ad Clericalis vitæ mores & studia mox cogitationes omnes atque animum convertit. Eapropter Bononia Romam Studiorum caussa in Collegium reversus, sacris præcipue literis, & omnigena eruditione ingenium suum, supra quam ætas, viresque ferre posse viderentur, excolere studuit, non alias ferme corporis oblectamento usus, quam moderata deambulatione, & erudito colloquio, cujus tamen fastidium, quod fors suis Collegis ingeri potuisset, cum natura festivus esset, argutis salibus, & ingeniosis ex tempore dictis tam apte, ac festive temperabat, ut audientium animos atque admirationem in se adeo raperet, ut nil dim per urbem venustum & arguto joco conditum audiretur, quod non Lambertino attributum esset. Hoc verborum lepore ac comitate suos quoque condiscipulos ad sciendi aviditatem incitabat, eosque hortabatur, ut illos dies, in quibus a Philosophicis & Theologicis exercitationibus promeridianæ feriæ in Collegio essent, vacuum hoc tempus juris civilis institutionibus impenderent, facta pollicitatione, se cum illis utilissimæ hujus disciplinæ arcana secundis curis recollecturum: Placuit cunctis sponsio; unde accidit, ut Lamber-

bertinus, qui nondum discipulus esse desierat, jam altioris disciplinæ Magister evaderet, id summopere admirantibus ipsis Collegii Præfectis, qui inde facile conjectabant, quam magna hic Juvenis suo tempore deinceps in Ecclesiæ utilitatem præstiturus esset: Paulopost in eodem Collegio præclaram orationem perorabat ad Innocentium XII. Papam, qui singularem Prosperi eloquentiam, latinique sermonis puritatem adeo admirabatur, ut eidem omnia tum in agro Bononiensi vacantia conferret beneficia, quamvis ea vix centum scutorum summam adæquarent, exiguum quidem meriti præmium, vehemens tamen sponte ad majora currenti calcar, laborisque incitamentum. Porro adolescentiam egressus, relicto Collegio literarum ardorem, quarum studio mire flagrabat, nihilo imminuit, sed quicquid artium sublime, quicquid scientiarum profundum erat, avidissime hausit; præsertim vero jurisprudentiæ tum Canonicæ tum Civili assidue incubuit: Ut vero amplissimum scientiarum campum eo felicius percurrere posset, diem habebat in momenta finitum: summo mane corpus levabat e strato, tum orationi statum tempus dicabat, ac reliquum ferme omne temporis in Theologico studio absumebat: illam

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

vero, quæ Scholastica vocatur, Metaphysicis distorta abstractionibus, Theologiam supremis veluti labiis delibabat linguis tamen Orientis in subsidium vocatis Theologiam suam ex solo Dei Verbo, Traditione Apostolica, Synodorum ac Pontificum decretis, aliorumque veterum Patrum doctrinis, & Historiæ Ecclesiasticæ monumentis eruit. His literarum opibus uberrime instructus, cum scientiæ suæ lucem sub modio abscondere, indignum censeret, Advocatum Consistorialem egit, paulo post a Clemente XI. Papa Prælatis Domesticis accensitus, utriusque Signaturæ Referendarius, Promotor fidei, S. Officii & in Congregationibus Rituum, Immunitatis, & Residentiæ Episcoporum renuntiabatur Assessor, quibus in muneribus per viginti omnino annos exercitatissimus, omnem quam de se fecerat, spem cumulata laude longe superabat: Perorabat etiam coram Papa in Consistorio in favorem Samuelis Capasulis Patriarchæ Alexandrini ad Ecclesiæ unitatem reversi (*) Ingens etiam obsequium præstitit patriæ suæ in vindicandis Bononiensis Urbis juribus & controversiis, quæ circa S. Pium V. & Catharinam Vigriam ibidem

(*) Vid. supra Tom. 68. pag. 519.

dem movebantur. Creverat porro tantopere fama Lambertinæ eruditionis, integritatis, probitatisque, ut Pontifex hunc Virum non modo Vaticanæ Basilicæ Canonicum diceret, sed etiam ampliſſimæ Congregationi Concilii Tridentini Interp. a secretis esse vellet. Ejus quoque opera certatim utebantur eruditi Viri, Urbisque Magnates; cum enim doctiſſimos suos sermones plerumque argutis salibus, & honesta jocorum venustate condire solitus esset, omnes ejus colloquio frui summopere exoptabant; nedum tamen solo lepore ac comitate affluebat, sed & severam fovebat morum gravitatem, & omnigenam doctrinam, uti testabantur tum eruditiſſimæ ejus lucubrationes in publicam lucem editæ pro causſarum directione, præsertim vero in enodandis gravioribus fidei controversiis, & negotiis Canoniſationum. Eminuit insuper multiplici S. Canonum notitia, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, pariterque dogmaticæ ac Polemicæ Theologiæ scientiis; quocirca ab Innocentio XIII. Anno 1722. Sacræ Pœnitentiariæ Doctor Canoniſta datus, in omnibus cauſſis maxime arduis in consilium opemque vocatus est. Mortuo hoc Papa ejus Successor Benedictus XII. Lambertinum maximi habuit, eumque Theo- Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

dosiæ primo Episcopum dixit, demum de duodecim Noaillii articulis judicium suum ferre jussit; pluribus adhuc Patrum cætibus adscriptus Lambertinus, ubique rara sui ingenii, prudentiæ, moderationis, sanæque censuræ specimina edidit, denique ab eodem Pontifice Anconitanæ Ecclesiæ Episcopus Anno 1726. & biennio post Cardinalium Collegio adscriptus est: Hoc tamen tot tantisque virtutibus ac meritis inclarescens Sydus sereniſſimo Purpuratorum cælo insertum haud diu Romæ fulsit, quippe fideliſſimus gregis sui Pastor ad suam Diæcesin properabat, quamvis omnium ferme desideria essent, ut Cardinalis in forensibus Curiæ Romanæ cauſſis & arduis fidei negotiis versatiſſimus, longo usu ac fidelitate comprobata obsequia proximius Sacræ Sedi impendere posset. Prævaluit tamen horum votis sollicitudo Pastoralis, quam ipsemet præsens oves suas ad Divini Eloquii pascua verbo & exemplo conducere nunquam intermisit, donec post hujus Pontificis obitum ad S. Comitiá Romam venire cogeretur, inde vero Clemente XII. electo ac demum coronato mox Anconam reversus, paulo post ad Bononiensem Archiepiscopatum transferebatur: Mox a principio susceptæ Pastoralis curæ præcipuum ejus stu-

ſtudium fervebat ad rem Catholicam, Deique cultum tam in Urbe, quam in Provincia promovendum, necnon ad conformandos in melius Cleri ſui mores. Eo fine totam ſuam Diæceſin. & ſæpius quidem luſtravit, ſaluberrimis ſtatutis diſciplinam Eccleſiaſticam ſtabilivit, atque ejusmodi perdoctas inſtitutiones non modo Bononiæ ſed & alibi typis vulgatas in duo volumina digeſſit, quas ceteri quoque Chriſtiani Orbis Præſules veluti vivum paſtoralis ſollicitudinis exemplar avidiſſime exceperunt. Sed omnium, quæ moliebatur in Cleri reformationem, celeberrimum juxta ac utiliſſimum erat Seminarium, quod ad novam commodioremque formam redactum ab imo reſtituit, eique plane egregios, & doctrina pietateque inſignes præfecit Eccleſiaſticos, & ne quod bene cæptum, ſubſidiorum defectu lanqueſceret, ſtabili dote amplos aſſignavit reditus, ſuppreſſis quibusdam Sacerdotiis, aliisque locis piis quaſi vetuſtate deletis, aut deſuetudine obliteratis. Hic locus fert, ut reliqua etiam religioſiſſima largiſſimæ pietatis Lambertiniæ opera recenſeam. Nihil enim adeo clare eluxit in hoc Præſule, quam eas res promovendi ſtudium, unde exterior quoque Deo, & propter ipſum Cælitibus

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

honor debitus augeretur: eapropter in usum populi sui nova aperuit oratoria, novas Ecclesias construi concessit, Ecclesiam Metropolitanam collatis largiter subsidiis ampliavit, splendissimo ædificio nobilique fronte absolvendam, ornandamque suscepit, ac spatiosissimam porticum nobilissimo fornice instauratam commodiori populi itineri adaptavit. Pariter ædes S. Joannis in foro, necnon veterem ædiculam, quæ *Crux Sanctorum* appellatur, elegantius reparavit, ac omnia ferme Urbis oratoria & Ecclesias ære suo, donis, ope & consiliis refecit, picturis exornavit, vel sacra suppellectile decentius instruxit. Nil insuper prætermisit eorum, quæ ad procurandam animarum salutem conferrent: eo fine ipsemet gregem suum frequentissime Evangelico pavit eloquio, quasdam etiam Religiosorum Ordinum familias, novosque Verbi Divini Præcones, in Apostolici laboris subsidium in civitatem deduxit, sacras quoque Missiones passim in Urbe, atque in tota Diæcesi per PP. Dominicanos, Franciscanos & Carmelitas quotannis haberi præcepit, atque inter alios P. Leonardum a Portu Mauritio Concionatorem eximium & virtutibus clarum sacro huic ministerio præfecit: pauperum quoque necessitatibus succurrere

rere intentus, largas in eos eleemosynas distribuit: Denique uberrimum hauſtæ eruditionis ſacræ theſaurum in Eccleſiæ utilitatem profudit, uti teſtatur eruditum ejus opuſculum circa litem inter PP. Minores obſervantes & Conventuales ob feſtum Portiunculæ editum, necnon doctiſſima ejus collectio *notificationum*, edictorum, & inſtructionum Paſtoralium, quas ipſe Epiſcopus condidit, & Joannes Baptiſta Scarelli antea Cancellarius & poſtea Bononienſis Vicarius Generalis ac Menitenſis Epiſcopus collectas typis vulgavit. Nec unquam ſatis laudari poteſt eximium ejus, omniumque eruditorum ſuffragiis celebratum vaſtiſſimum opus de *Servorum Dei Beatificatione & Canoniſatione*, quo in argumento penitus exhauriendo nec primum ſimilem habere viſus eſt, nec ſequentem: Aliud adhuc non minus celebre quam utile opus inchoavit Bononiæ de Synodo Diæceſana, quod Pontifex Romæ ſecundis curis elaboravit, auctumque abſolvit, ut viam monſtraret Epiſcopis ad ſuas rite & laudabiliter Synodos celebrandas.

§. LIV.

Novi hujus Pontificatus auſpicia.

Sæc. XVIII A. C 1740.

Si talis tantusque erat *Prosper*, qualis jam quantusve erit *Benedictus*? non alius sane, quam quo meliorem Ecclesia a Deo petere, Orbis Christianus desiderare, & populus ei subditus exoptare non potuit, qui *Prospero* suæ *benedictionis* influxu omnium prosperitatem abunde augeret, aditu facilis, eloquio suavis, in omnibus suis actionibus gravis, magnanimus, & candidus, consideratus in deliberando, tenax in deliberatis, animo excelsus, ingenii acie præstans, in expoliendis animi dotibus indefessus, in Religione fervidus, comis sine adulatione, profusus in humanitatis officiis sine abjectione, pius sine affectatione, virtutis solidæ studiosus sine omni simulatione: munificus Literatorum fautor, æquus proborum remunerator, simul tamen in castigandis delinquentibus ita severus, ut semper correptionis acerbitatem cum quadam gratia, festivo joco & aculeo tam dextere conjungeret, ut non fastidium delinquenti, sed salutarem potius confusionem ingereret: Taceo plurima, quæ in promeritas glorioſi hujus Pontificis laudes referri possent, cum ab aliis, imo ipsis etiam Protestantibus (quod ingens est veritatis argumentum) abunde jam vulgata, lectorem fatigarent citius, quam Scriptorem deficerent.

Sed

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sed nefas eſſet, ut excidant majora, quibus Neo-electus ſui Pontificatus initia condecorabat: Itaque regimen ſuum auſpicabatur ab eliminandis corruptelis, quæ ſenſim in Clero & populis irrepſerant, hancque in rem varia promulgari juſſit decreta, ad quorum executionem, & adminiſtrandam juſtitiam, regendamque Rempublicam idoneos ſelegit Adminiſtros, ac præprimis Sylvium Cardinalem Valenti Gonzagam, quem in rebus publicis a ſecretis eſſe voluit: Cardinalem vero Aldrovandium Sedi Apoſtolicæ Pro-Datarium, Cardinalem Ruffum Cancellarium, & Cardinalem Gottium ſuum Theologum renuntiavit: in reliquis vero Romanæ Curiæ officiis Nereum Cardinalem Pontificii ærarii Præfectum, ceterosque omnes, quos morum integritas, ſolertia, laborisque aſſiduitas ſub Prædeceſſoris ſui regimine ſatis commendabat, Adminiſtros confirmavit; Carbognanum tamen in ſupremum Cameræ Apoſtolicæ Magiſtrum, Levizzanium in Magiſtrum libellorum ſupplicum, Sparnochium in Pro-Datarium, & Lamium in Pro-Auditorem, omnes probatæ fidei ac dexteritatis Viros ſelegit: Ubi in tot ampliſſimorum munerum collatione narranda eſt res memoratu digniſſima, cujus exem-

Sæc XVIII. A. C. 1740

exemplum in geſtis Prædeceſſorum non adeo vulgare habetur, ſcilicet, quod nec in hoc, nec in ſubſequentibus ullum vel Eccleſiaſticum, vel civile officium aut dignitatem uni ex ſuis Nepotibus, vel aliis ſibi ſanguine vel affinitate junctis, quorum tamen plurimos habuit, contulerit, quo facto obſoletam Proteſtantium calumniam egregie confutavit, qua inter ſolitos ſuos convitiandi locos communes omnibus paſſim ſummis Pontificibus Nepotismi vitium objectare non erubeſcunt: Benedictus autem ab hoc affectu adeo alienus erat, ut Catharinam Comitiſſam de Roſſi Materteram ſuam, Manſiam Lambertiniam Fratris ſui uxorem, Nepotem Eganum Marchionem Lambertinium ejusque Conjugem Marchioniſſam Margaretham de Spada, qui omnes Neo-electum Papam ſalutaturi Romam venerant, poſt communem benevolentiæ ſignificationem inanes dimitteret, eosque ad ſua reverti juberet: Advenerat quoque Romam ſtudiorum cauſſa circa annum Chriſti milleſimum ſeptingenteſimum quinquageſimum tertium Joannes Lambertinius Benedicti Pro-Nepos, ac biennio poſt ejus Frater Cæſar Lambertinius; ait ambo de Pro-Patrui ſui liberalitate adeo parum hauſerunt, ut eorum cultus habi-

habitusque a privato vix differret, curruque & equis nonnisi senio famosis veherentur, imo potissimam partem ex Joannis Jacobi Cardinalis de Millo, cujus curæ erant demandati, supererogatoria decentius liberalitate sustentarentur, Benedicto Pontifice de iis vix aliam curam habente, quam quod sæpius ex eorum Institutore sciscitaretur, qualem profectum in virtutibus & literis facerent? Quod tamen novi honoris augmento illis Romæ defuit, Venetorum Respublica supplere videbatur; ab ea enim tota Lambertiniorum familia inter Nobiles *stolæ*, ut vocant, *aureæ* inserta fuit. Perbenignum tamen atque affabilem Pontifex sese exhibuit erga Cardinales, ex quibus, primum præ ceteris Dominicum Cardinalem Passioneium invisit, ac locupletissimam ejus Bibliothecam lustravit; accessit quoque Principem de Colonna, ubi inspecto percelebri, quo inclarescit, librorum apparatu ad Capitolium contendit, ut antiquitates Romanas, ceteraque pretiosa ibidem asservata admiraretur: Habuit insuper die vigesima nona Augusti primum, ut vocant, *Consistorium*, in quo congregatos Cardinales paternis hisce verbis allocquebatur. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Vene-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Venerabiles Fratres!

„Absoluto tam diuturno, & multis „retro sæculis non adeo diu protracto „conclavi, in quo unaomnes Dei opem „expectantes Patrem misericordiarum, „Patrem luminum efflictim imploravi„mus, ut Nobis, quem in supremum „Catholicæ Christi Domini Ecclesiæ „Pastorem elegerit, indigitare vellet, „Divinæ mentis nutu, uti nostis om„nes, accidit, ut tandem per operosa „ministerii vestri suffragia gravissimum „Apostolicæ servitutis onus Nobis im„poneretur, & quidem eo tempore, „quo infirmitatis nostræ conscii illud „minus affectu, imo nequidem cogita„tione, uti jam olim in electione Ro„manorum Pontificum ex Bononiensi „Natione contigisse constat, complexi „fuimus. Gravissimum quidem hoc „munus non sine timore ac horrore „acceptavimus, maxime dolentes, quod „virium nostrarum impotentia a dotibus „ad universæ Ecclesiæ Sedisque Apo„stolicæ Regimen requisitis vel maxime „remota sit: Omnipotens tamen Deus, „qui confidentes in eum consolatur, e„tiam Nos in vobis & per Vos conso„latus est; in nostra enim electione una„nimem vestrum consensum per fervi„dos

, dos, hilaresque vestros conatus testati „estis: inde sicut spe certi sumus, quod „Spiritus sancti gratia prævenerit ac „promoverit vestra consilia, & propo„sita, ita speramus quoque, fore, ut „clementissimum Numen nostris quo„que curis ac actionibus auxilio suo „adsit. Immortales igitur omnipotenti „Deo grates rependimus, quod ex in„scrutabili suo judicio Nos Christi Vi„carium in terris, & Divi Petri Suc„cessorem eligere dignatus sit: Verba „tamen nobis desunt, quibus satis ex„primere possemus nostram erga Ve„stras dilectiones gratitudinem, ani„mumque promptissimum, quo omni „data occasione de spectatissimo vestro „Collegio, & ejusdem unoquoque „optime meritos nos reddere conabi„mur. Interim Vos; corona enim & „gaudium meum estis in Domino, ro, gamus & hortamur, ut Nos non modo , fervidis vestris precibus & sacrificiis „apud Deum juvetis, sed etiam salutaribus vestris consiliis, laboris assidui„tate, ingenii perspicacia, & singulari „vestra prudentia alacriter Nobis assi„statis, firmiter protegatis, & si opus „fuerit, admoneatis, necnon consilio „& opera tempore opportuno opitula„mini: Itaque unice in Deo spem no„stram collocantes, & post Deum Nos „Vo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Vobis penitus committentes, fiduci„freti vivimus, Sacrum a Nobis pro„ſpere ſuſceptum Apoſtolatum ad Di„vini Nominis gloriam, Divini cultus „augmentum, veræ fidei propagatio„nem, & æternam animarum ſalutem „ceſſurum.„

Finito Conſiſtorio Pontifex omnes Romanæ Urbis Parochos adeſſe juſſit, eosque ſerio admonuit, ut officii ſui partes exactiſſime explerent, & gregis ſibi commiſſi commodis ac ſaluti diu noctuque invigilarent: Præſules vero ad alloquium admiſſos hortabatur, ut literarum ſtudiis indefeſſe vacarent, certique eſſent, nulli unquam quoddam Sacerdotium aut officium collatum iri, niſi de morum probitate, & eruditionis præſtantia idoneum habuerit teſtimonium. Porro prætermiſſis plurimis aliis dixiſſe ſufficiat, quod Benedictus XIV. a principio recepti Paſtoralis ſceptri univerſum ſtudium ad Divinæ Gloriæ & fidei incrementum, Eccleſiæ, Clerique decorem, & omnium fidelium ſalutem indefeſſe contulerit.

§. LV.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LV.

Jubilæum universale initio Pontificatus indictum.

His ita peractis Benedictus Papa ad exorandam Dei opem pro fausto regimine Jubilæi universalis gratiam dispensavit, edita die undecima Novembris Constitutione Apostolica, in cujus exordio eadem ferme, quæ S. Collegio exposuerat, ante omnes fideles præfatus est. En ipsius verba: „Lætiora Apostolicæ servitutis auspicia „offerri Nobis minime poterant, quam „ut tanto onere per studiosissima & con„cordia Venerabilium Fratrum nostro„rum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi„nalium suffragia tenuitati nostræ im„posito, in Domino consideremus, om„nia consilia, acta & opera in Catho„licæ Ecclesiæ procuratione a Nobis „suscipienda conficiendaque, ad Divini „nominis gloriam, ad Orthodoxæ Fi„dei præsidium, ad Sacrosanctæ Reli„gionis incrementum, & ad æternam „animarum salutem semper fore re„dundatura. Postquam igitur debitas „laudes gratiasque persolvimus bono„rum omnium largitori Deo, qui, ut „ostendat divitias gloriæ suæ in vasa mi„sericordiæ, dispositione mirabili infirma

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„elegit; eidem, cui aperta & nu
„sunt omnia, in simplicitate cordis no
„stri revelavimus trepidationem no
„stram, & argumenta omnia sollicitu
„dinis ac timoris animo nostro ob in
„gentem Pontificiarum curarum molem
„sese undique ingerentia. Nec omis
„mus cum gemitibus & lacrymis pro
„sternere preces nostras ante facien
„Dei nostri, ut per merita Jesu Christi
„Filii sui Pastorum Principis, cujus
„supremas in terris vices gerimus, re
„quiescere faciat super Nos spiritum
„Domini, Spiritum Sapientiæ & in
„tellectus, Spiritum consilii & fortitu
„dinis, Spiritum scientiæ & pietatis,
„& repleat Nos Spiritu timoris Domini;
„ut non secundum visionem oculorum
„judicemus, neque secundum auditum
„aurium arguamus in æquitate pro
„mansuetis terræ.„

„Verum infirmitatem nostram probe
„agnoscentes, nec de tam cælesti sa
„vore ac benedictione Nobis certo pol
„liceri audentes; sed minime dubitan
„tes, quin concors totius Catholicæ
„Ecclesiæ ad misericordiarum Patrem
„supplicantis oratio potentissima sit,
„ut ille uberrimam omnium cælestium
„Charismatum copiam super Nos be
„nignus effundat; universos Christi fide
„les rogamus, atque in Domino ex
„hor.

„hortamur, ut noſtris ſuas etiam ala- Sæc. XVIII.
„crius conjungant publicas ferventio- A. C. 1740.
„resque precationes, ſupplicationes,
„jejunia, eleemoſynas, atque alia pie-
„tatis opera, hoc præſertim tempore
„in quo Carolo claræ memoriæ, dum
„viveret Romanorum Rege in Impera-
„torem electo nuper defuncto, pro novi
„Romanorum Regis futuri Imperatoris
„electione Comitia habenda ſunt; dum
„Nos, juxta antiquiſſimum Romano-
„rum Pontificum Prædeceſſorum no-
„ſtrorum morem, cæleſtes Eccleſiæ
„theſauros diſpenſationi noſtræ credi-
„tos erogamus, atque elargimur &c.

§. LVI.

Diſſenſionum Reliquiæ ab eodem Pontifice penitus ſublatæ.

Cum Benedicti XIV. Papæ ingreſſus ad ſupremum Apoſtolatum omnino pacificus fuiſſet, inter prima curarum habuit, ut diſſidia, quæ inter Sedem Sacram, & quosdam Principes Catholicos adhucdum gliſcere videbantur, radicitus extirparet. Præprimis igitur reconciliationem cum Joanne V. Luſitano Rege a Clemente XII. cæptam feliciter abſolvit: crebra enim habita conſultatione cum P. Evora, cui Rex plenam agendi facultatem demanda-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

verat, tandem conventum est, ut Rex ad omnia Regni sui vacantia beneficia ac præbendas nominandi privilegium haberet, simulque Pontifex eidem Bullam, ut vocant, *Cruciatam* concederet, vi cujus ad ferendas belli contra Mauros in Indiis Orientalibus suscepti expensas, necnon ad conservandam Goanam Urbem rursus ab Indis infestatam ex omnibus totius Regni bonis Ecclesiasticis decimas exigere posset. Has concordiæ leges Pontifex die decima nona Decembris in publico consessu, seu uti appellant, *Consistorio* Purpuratis exposuit, quibus omnium assensu comprobatis, & utrinque publica auctoritate firmatis, tres Episcopi, vi hujus concordati, præsentibus ipso Rege, Regina, eorumque Filiis cum summa solemnitate inaugurati sunt, & quidem Josephus Regius Princeps in Bracarensem Archiepiscopum, alter in Archiepiscopum Bahiæ, tertius vero in Archipræsulem *del Rio de Janeiro*: Denique in rei bene gestæ præmium celeberrimus P. Evora non modo prædivitem Porticensem Episcopatum obtinuit, sed insuper Roma Ulyssiponam reversus, ac singulari Benevolentia a Rege exceptus arcanis quibusvis Regni negotiis adhibitus est.

Pari

Pari succeſſus felicitate Benedictus Papa plurium annorum controverſiam, quæ inter Sedem Apoſtolicam & Carolum Emanuelem VI. Sardiniæ Regem interceſſerat, ad exitum deduxit: quamprimum enim in ſuprema D. Petri Sede collocatus erat, nil ſibi deliberatius fuit, quam diuturnæ huic liti finem imponere; eo fine P. Maccabeium, quem a ſacris confeſſionibus habuit, clam Taurinum ad Regem, ut de mutuæ concordiæ pactis ageret, ablegavit, interim vero Romæ Alexandro Albanio & Franciſco Antonio Fini Cardinalibus ſerio injunxit, ut cum Comite de Rovere Sabaudi Regis Adminiſtro in pactionem, ſalvis tamen Sedis Apoſtolicæ juribus, deſcenderent. Præcipuæ difficultatis cardo vertebatur circa controverſum jus in quædam Pedemontani Ducatus oppida. Erant ea Cortanza, Cantonzonium, Metapia, & Ciſterna. Hæc a Sabaudo Rege hucusque erant occupata, Pontifex vero ea, cum ſacræ Sedis feuda eſſent, ſibi reſtitui petiit: Tandem vero itum eſt in has concordiæ leges. I. Ut ſummo Pontifici ſupremum in hæc oppida dominium cenſeretur firmo jure aſſertum proin violenter a poſſeſſione dejectus, præprimis in integrum reſtitueretur, & per aliquot ſeptimanas hæ ditio-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

ditiones ſummo Pontifici reddantur. II. Pontifex, poſtquam per id tempus plenum dominium omnesque juriſdictionis actus ibidem exercuit, Sardiniæ Regem ejusque Succeſſores in perpetuum Sedis Apoſtolicæ Vicarium nominet, eique hæc oppida Vicario nomine & tanquam feuda Sedis Apoſtolicæ poſſidenda unacum proventibus cedat. III. Viciſſim vero Rex in ſupremi dominii agnitionem quotannis calicem aureum, cujus pretium mille aureos exæquet, Pontifici offerat Cameræ Apoſtolicæ tradendum. IV. Reditus, qui hucusque ex beneficiis longo tempore vacantibus fuerant percepti in tres æquales diſtribuantur partes, quarum una Eccleſiæ illius loci, altera pauperibus, & tertia Cameræ Apoſtolicæ detur. His ita utrinque firmatis, Pontifex Merlinium Athenienſem Archiepiſcopum plena agendi facultate inſtructum Taurinum decrevit, in cujus etiam manibus Marchio del Borgo nomine Sardiniæ Regis tanquam Perpetui Vicarii Apoſtolici die ſexta Maij anno ſequenti clientelare juramentum exſolvit; paulopoſt hujus pacti inſtrumenta a rogatis teſtibus ultro citroque ſubſcripta ac conſignata fuere: Merlinius vero deinceps in Regis Aula tanquam Sedis Apoſtolicæ Nuntius perſtitit. In-

Insuper, ut sæpius jam meminimus, graves inter Sedem Apostolicam & Carolum | Neapolis Regem discordiæ ob immunitatem Ecclesiasticam diu intercesserant, eas tamen Benedicti XIV. prudentia ac moderatio feliciter sustulit: Convenit ergo inter utramque partem de duodecim articulis, quorum præcipuo placuit, ut Neapoli novum erigeretur tribunal, quod ex duobus Ecclesiasticis & totidem laicis constaret, ita tamen, ut eis semper quidam in Ecclesiastica dignitate constitutus præesset, ac quolibet triennio prioribus dimissis, alii subrogarentur, Ecclesiasticos autem Pontifex, Laicos vero Rex nominaret: In hac igitur Curia non modo omnes Ecclesiasticorum causæ, sed & omnia, quæ Ecclesiasticam immunitatem concernunt, cognoscantur, & decidantur, sed etiam singularis cura adhibeatur, ut recens conventa exacte in effectum deducantur. Præterea quidam Episcopatus fuere aboliti & aliis aggregati seu in unum conflati: denique Pontifex Regi indulsit, ut ex omnibus Ecclesiasticorum proventibus ex quolibet centum quartum nummum exigere, & annue ex Abbatiis & Ecclesiasticis beneficiis septuaginta thalerorum millia subtrahere posset, ut his pecuniis Commendas, ut vocant, pro Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

Equitibus Ordinis S. Caroli proxim instituendi fundaret. Hæc ubi utrius que partis conſenſu & ſubſcriptio munita fuerant, Princeps Columna Neopolitani Regis Comeſtabilis ac Legatus Regis ſui nomine tributum jure Beneficiario debitum exſolvit, ſimul tamen declaravit, hunc cenſum duntaxat pro Neapolis Regno pendi, quo audito Pontifex confeſtim repoſuit, hoc tributum in recognitionem ſupremi dominii *in utramque Siciliam* eſſe debitum: quapropter contra Columnæ Principis declarationem publico inſtrumento ſuam proteſtationem per Fiſcalem Apoſtolicum interpoſuit. Inſuper cum Maria Thereſia Hungariæ Regina Parmæ & Placentiæ a ſubditis juramentum fidelitatis præſtari præciperet, Pontifex pariter reclamavit, obtendens, utrumque Ducatum Beneficiario nexu Sedi Apoſtolicæ eſſe obſtrictum, proin juri minime controverſo derogari, fedique Apoſtolicæ maximum inferri præjudicium.

§. LVII.

Levis contentio inter Papæ Nuntium & Oratorem Gallicum.

Poſtquam triſtis Nuntius de præcipitata Belgradenſi pace in omnium pene

pene aures Viennæ penetraverat, pau- Sæc. XVIII.
ciſſimi erant, quibus perſuaderi poſſet, A. C. 1740.
prudentius fuiſſe, hoſti arroganter victori accelerata pace cedere, quam incerto bello univerſam Hungariam in diſcrimen adducere; potiſſimi autem animo luctum inter & dolorem luctante futura mala verebantur, ſibique præſagiebant, bellum, quod tam ſiniſtre in ipſis ſtatim exordiis initiatum erat, pejore deinceps progreſſu in proxima expeditione, finiendum, & ad extremum Chriſtianam rem æque ac Imperium per domeſticorum perfidiam, & exterorum hoſtium potentiam lapſu peſſimo præcipitatum iri: Execrabantur itaque vix non omnes, neque tacite, non modo bellum ſed & belliduces, non modo pacis conſilium, ſed præcipue paciſcentes: certatim, ut in ſiniſtris magnorum ſucceſſibus erroribusque fieri amat, jam Seckendorffium, jam Wallium & Neupergium, jam Gallos velut infauſtæ expeditionis cauſſam, & probroſæ juxta ac damnoſæ pacis ſuaſores criminabantur: Nec hi duntaxat popularium erant ſermones, ac querelæ; in ipſa etiam Cæſaris Aula inter Proceres ob melioris fortunæ deſperationem, & publicum cunctorum periculum pro affectuum diverſitate frequenter acerba jurgia, rixæ ac mutuæ

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

altercationes audiebantur: Incusabat præ ceteris supremus Jerosolymitanæ militiæ Magister Leaumondum Equitem Melitensis classis Præfectum, eo quod sine urgente causa naves sibi commissas incendisset; ast ille culpam objecta extremæ necessitatis lege a se amolitus, peropportune Pallavicinum Cæsareæ classis Architalassum, fati ruinam citantis testem omni fide dignum habuit. Paulopost Mirepoisius Gallicus in Imperatoris Aula Legatus Camillum Pauluccium Apostolicum summi Pontificis Nuntium visum ibat, & post gratam narrationum vicissitudinem ad præsentes temporis successus sermone converso vehementer querebatur, malignius de Gallis sermones passim haberi, ac præsertim Villenovanum ob conciliatam pacem sinistris rumoribus per ora hominum probroe traduci, perinde acsi neglecto communi Christianæ Reipublicæ bono, Cæsarisque honore privati commodi, Gallicique nominis rationem habuisset, atque ad procurandum Austriacæ Domus decrementum cum Turcis colluisset: cum autem ad hæc Nuntius ipsemet adversam suspicionem de Villenovano conceptam adeo non dissimularet, ut potius orthodoxi decoris dispendium damnosa hac pace illatum ardentius exag-

gera-

geraret, Legatus hac super re apud ipsummet Cæsarem expostulaturus, alloquii copiam petiit. Ea obtenta obstupuit, cum eadem hora ipsum quoque Nuntium in anteriori cubiculo offenderet; nil tamen propterea hæsitans, omnes eloquentiæ fontes exhausit, ut Cæsarem persuasum redderet, Villenovanum non præcipiti consilio, minus vero Nationis suæ commodo aut Austriacæ Domus odio pacem conciliasse; sed Cæsaris copias iterata clade & præsertim Kroskana strage necnon morbis late grassantibus adeo fuisse attritas, acciasque, ut ad præcavendum Imperii, Orbisque Christiani excidium nil magis necessarium videretur, quam paucarum urbium dispendio durisque quodammodo conditionibus pacem, simulque totius Regni ruinam redimere; Hanc communem omnium longe prudentissimorum Belliducum fuisse sententiam; Cæsarea igitur auctoritate, pœnarumque severitate coercendam esse linguæ audaciam illorum, qui Villenovani Marchionis famam, integritatemque malevolentissima obtrectatione lædere non dubitarent: Nondum Gallicus Orator sermonem suum absolverat, cum Papæ Nuntius doloris impotentia victus, Legato interloqueretur, ac Cæsari pluribus exponeret, Gallicæ

Sæc.XVIII. A. C. 1740.

Aulæ

Sæc. XVIII. A. C. 1740. Aulæ Miniſtros ad deprimendam Auſtriacæ Domus potentiam ſemper intentos eſſe, hujusque belli occaſione Turcas ſibi avito fœdere junctos, necnon quosdam Cæſareos (ſi tamen ex ſucceſſu conſilia metiri liceret) in Reipublicæ Chriſtianæ & Cæſareæ Majeſtatis perniciem ad ſuas partes pertraxiſſe; indeque profluxiſſe acceleratam propudioſæ pacis calamitatem &c. Hæc inaudiens Gallicus Orator ſingulari adhuc moderatione utebatur, & tam in refellendis hiſce criminationibus, quam in reprimenda Nuntii intemperie ab omni verborum acerbitate ſeſe continebat, unice intentus, ut objectis ſolidiſſimas opponeret rationes. Tandem vero Imperator haſce altercationes pertæſus, reſpondit, ſiniſtrum hunc belli ſucceſſum potiſſimam partem Novercantis fortunæ iniquitati eſſe adſcribendum, quibus dictis e cubiculo exceſſit: nec tamen propterea Nuntius tantum a ſe impetrare poterat, ut nonnihil a priſtino animi impetu ac ardore remitteret, quinimo ſine omni ambage enuntiabat, quod Villenovanus totius Rei Catholicæ, Sacrique Romani Imperii commoda, Cæſarisque honorem pro Turcarum Regisque Gallici incremento devoviſſet. Hæc acerbius dicta Franciæ Legatus haud diſſimulanda ratus,

ratus, Nuntium monebat, ut parcius magisque circumspecte loqueretur, præsertim ubi de honore Regis sui ageretur; secus enim ipse pro suo Francici Oratoris munere satisfactionem minus gratam poscere cogeretur: His tamen Nuntius mussitando potius quam loquendo pauca reponens, insalutato Legato discessit: Ea res tamen postmodum ad Benedicti XIV. Pontificis aures delata est, cujus denique studio lis per mutuam præteritorum oblivionem procuratam, & futuorum cautelam dexterrime composita fuit. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LVIII.

Würtenbergensium Ordinum Lutheranorum frivola cavillatio contra Duciſſam Viduam.

Quantumvis Carolus Alexander Wirtenbergæ Dux ante obitum suum testamenti tabulis provide prospexerit, ut relicti ejus tres Filii plena fidei Catholicæ exercendæ libertate fruerentur, nihilominus Lutherani Provinciales Ordines eandem hoc anno restringere attentarunt. Occasio illius erat hæc: Fridericus Eugenius tertio genitus defuncti Ducis Filius, cum a teneris animum ad Clericalem Statum sacrasque spes adjicere, haudque alio magis

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

magis ſtudio quam ſacro delectari videretur, a Clemente XII. Papa inter Canonicos Salisburgenſes annumeratus eſt: Ad id tamen requirebatur, ut juvenis Princeps *prima*, ut vocant, *tonſura* initiaretur: quem in finem etiam Comes de Fugger Conſtantienſis Suffraganeus Stutgardiam venit. Tum vero Prædicantes altum inclamare, cælum & acheronta movere, violatam pacem & pacta obijcere: Erant tum Provinciales Ordines ſecta Lutherani Stutgardiæ congregati, quibus facile perſuaſum, ſacra hac functione actum jurisdictionis Eccleſiaſticæ & quidem a Catholico Ordinario in terra & Ducatu Proteſtantico exerceri, proin pacem Weſtphalicam, & nuperam transactionem, datamque fidem infringi, & Religioni Lutheranæ damnum nullo remedio ſanandum inferri: Eapropter, cum periculum in mora eſſet, Carolum Rudolphum Ducatus Adminiſtratorem impenſe rogant, ut pro avertendo tam manifeſto præjudicio, quidquid bonum ac neceſſarium videretur, ſine ulla tergiverſatione decerneret. Attamen hic jam pridie hanc rem edoctus, cum ſecretioris Conſilii Viris deſuper conſultationem habuit, & ſummo mane alterius diei Mariam Auguſtam Principis Matrem de Ordinum oppo-

oppositione certiorem reddidit. Hæc vero Eidem reposuit, se rogante ac petente Ordinarium Constantiensem huc veniisse, seque jure suo usam fuisse: Matris enim officio teneri se, ut proles suas in fide Catholica, cunctisque ab eadem præscriptis rite imbui curaret; Fridericum ejus Filium sacro Ordini esse destinatum, Filiam vero Confirmationis Sacramento nondum esse munitam, utrumque vero actum nonnisi a legitimo Episcopo exerceri posse, ac propterea hunc fuisse a se evocatum &c. His perceptis ex Proceribus non nemo petiit, ut facultatis Suffraganeo datæ literas testimoniales inspicere sibi liceret: Nec id abnuit Sereniſſima Vidua quæ mox Cubicularium suum ablegavit, ut illas ex Cancellaria asportaret: Eo autem temporis momento rumor invaluit de incendio in ipsa Ducali arce exorto, quo tamen brevi extincto, die tertia Martii Suffraganeus Juvenem Principem collata tonsura ad Clericalem Statum deputavit, eademque occasione ejus Sorori Augustæ Elisabethæ necnon aliis huc accurrentibus Confirmationis Sacramentum impertivit. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. LIX.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LIX.

Ordinum Provincialium proteſtatio contra Suffraganei actum.

Cum autem Provinciales Ordines Lutherani, quod rite factum, improbare, aut impedire haud ultra poſſent, ſaltem ſcriptotenus reclamandum eſſe cenſebant; eapropter mox altera die ſolemnem proteſtationem ipſimet Sereniſſimæ Duciſſæ tradere non dubitarunt: Erat illius titulus ſequens: *Proteſtatio ad Sereniſſimam Duciſſam Viduam ac primam Tutricem a Würtenbergicis Ordinibus Provincialibus directa in puncto actus primæ tonſuræ, quam Conſtantienſis Suffraganeus Principi Friderico Eugenio in Sereniſſimæ cubiculo anteriori contulit, die quarta Martii Anno* 1740. Hujus ſcripti ſumma erat hæc:

Præprimis blanda aſſentatione, amplisque verborum lenociniis Sereniſſimæ gratiam aucupari intenti, ſingularem ejus clementiam comitatemque erga fideles ſuos ſubditos, Prælatos & Ordines ad aſtra extollunt ac propterea ſe omnia ſua bona, vitam & ſanguinem pro Sereniſſimæ Domus incolumitate ſacrificare paratos jactitant. Hujus autem ſui affectus cauſſam allegant hanc, quod ipſa proprio motu ſubſcripſe-

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

scripserit literis, quibus defunctus ejus Maritus Lutheranæ sectæ conservationem Provincialibus Ordinibus spoponderat: His expositis non oblivisceantur in memoriam revocare, quanta ipsi vicissim in gratitudinis signum fecerint, scilicet, quod duos milliones æris alieni præter alia quinquaginta florenorum millia solverint, quamvis exhausto penitus ærario a sola Dei omnipotentia opem sperare potuerint. Hoc memorato parum abfuit, quin non palam Ducissam de ingratitudine pro tanto beneficio incusarent; declarabant enim, quod præ doloris immensitate ipsis lingua, mens, & verba desint, quibus satis exprimere possent *justissimam* suam afflictionem, qua præter omnem expectationem percipere coacti fuerint, quod ipsa Constantiensem Suffraganeum huc advocarit, & per ipsum geminos actus Diæcesanos heri & quidem ea die, *qua omnipotentis Dei providentia grave malum jamjam impendens avertit* (*), summa festinatione peragi

(*) Nempe Sereniſſima hæc Ducissa gemino hoc Religionis suæ exercitio non modo iram Dei provocavit, sed etiam ingratissima singulare Beneficium, quo Deus tantum malum clementissime avertit, nova in Lutheri Religionem injuria compensavit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

permiserit: *Serenitas vestra*, ita in suis lamentationibus prosequebantur novi hi Jeremiæ, *per amorem Dei pro innata sua perspicacia perpendat, quam acerbo doloris sensu Prælati atque Ordines Provinciales Ducalem sponsionem* (*) *in oculis Dei, Cæsareæ Majestatis, totiusque Romani Imperii gratiosissime ac sacrosancte factam uno actu pessumdatam, ac Religiosam & Westphalicam pacem tam violenter fractam cernere ac tolerare cogantur, præterea quod inde maximum quoque præjudicium in futurum clementissimo juveni Principi hæreditario propter Evangelicum Directorium in circuli comitiis illatum fuisset.* Ex his causis se permotos dicunt, ut pro

(*) Quo sensu Serenissimus Dux Carolus Alexander sponsionem suam intelligi voluerit, patet ex his ejus verbis: „Ut filii mei prout „Christianos ac Principes decet, in antiqua, „quam seria voluntate, & ex speciali miserentis Dei vocatione pro nobis nostrisque „hæredibus denuo amplexi sumus, Religione „Catholica, in vera Christi Ecclesia a Christo „ejusque sanctis Apostolis ad nos propagata, „unica & re ipsa vera Ecclesia; in vero Dei „timore, & unice ex eo profluentibus honestarum semitis, in Christianis, Principe dignis, „ingenuis bonisque moribus, virtutibus & „scientiis . . . . probe educentur &c.

pro ſuo officio, quo Principis Majeſtatem & patriæ libertatem conſervare obſtringuntur, contra ejusmodi vexationes proteſtentur; hujus tamen temerarii actus veniam ſibi eo certius concedi petunt, quo magis intimo cordis dolore perceperunt, quod Ickſtädius Herbipolenſis Profeſſor juſſu Sereniſſimæ Duciſſæ ſcriptum in Lipſienſibus Novellis recenſitum publici juris fecerit, in eoque reverſales a defuncto Duce factas velut famoſas reverſales non ſine præfati Ducis injuria, & Wirtenbergenſis Provinciæ calumnia traduxerit, & tam noxium venenum diſſeminarit, ut exteris quoque offenſioni eſſet, & patriæ periculoſiſſima mala inde oritura imminerent: Ne ergo ejusmodi Epiſcopales uſurpationes deinceps pertimeſcendæ eſſent, ſe coactos inquiunt, ut ſuas querelas ad *Corpus Evangelicorum* deferant, & Imperii pacta, Ducalem ſponſionem, & Reverſales, necnon Ducatus libertates non ſine bonorum ac ſanguinis diſpendio partas conſervari ſupplicent &c. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LX.

Contraria Duciſſæ declaratio ad Ordinum proteſtationem.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Perlecta hac Provincialium Ordinum oppositione Sereniſſima Duciſſa pactam conſcientiæ libertatem frivolis ejusmodi cavillis opprimi, nodumque in ſcirpo quæri, probe quidem perſpexerat, graviores tamen ab eis motus conflari verita, die duodecima Martii ad illos has dedit literas.

„Nos Dei gratia Maria Auguſta re„gnans Wirtenbergenſis Duciſſa Vidua „&c. præſentibus hiſce declaramus, „notumque facimus, quod ab Admi„niſtratore & ſupremo Tutore oreteNus, necnon a Con-tutorio Collegio, „ſicut & Ordinibus Provincialibus hic „congregatis per literas die quarta „Martii ad Nos datas perceperimus, „quod actus confirmationis in huiate „noſtro Palatio Principi Filiæ noſtræ, „necnon collatio primæ Tonſuræ Prin„cipi Friderico Eugenio tertio genito „Filio noſtro a Conſtantienſi Suffraga„neo Comite de Fugger facta unacum „ceteris circumſtantiis ab eis allegatis „non immerito multos timores, curas, „& motus vel ideo concitarit, eoquod „male edocti inde facile ſuſpicari poſ„ſent, perinde acſi Conſtantienſis Epi„ſcopus actum juris Diæceſani exer„cuiſſet, proin abolita Ordinariatus „jura contra clarum Pacis Weſtphalicæ „& reverſalium a defuncto Marito noſtro

„tam

„tam Corpori Evangelicorum quam „universo Wirtenbergensi Ducatui da- „tarum, & postea a Nobis utpote su- „prema Tutrice confirmatarum tenorem „in hisce Evangelicis ditionibus resu- „scitare intendissemus.„ Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Cum autem præfatus Constantien- „sis Episcopus suum Suffraganeum nul- „latenus tanquam Ordinarius deputa- „rit, sed unice ideo, quia hic actus „a nemine alio, quam ab Episcopo vel „alio per eum delegato exerceri pot- „est, in hac qualitate requisitus fuerit, „aliunde vero summopere exoptavisse- „mus, ut per teneram ætatem, & „hyemis rigorem, præfatum Princi- „pem, ejusque Sororem, & quidem „illum pro recipienda tonsura, cujus „receptio ob obtentum Salisburgensem „Canonicatum omnino differri non po- „tuit, & hanc pro Confirmationis Sa- „cramento, extra hanc Regionem mit- „tere licuisset: ac insuper hi actus in „nostro cubiculo clausis januis peractus „fuerit, nec unquam Nobis aut præ- „fato Episcopo Constantiensi in men- „tem venerit, hac ratione ullo modo „jus Diœcesanum, vel jurisdictionem „Ecclesiasticam invehere, hinc omnino „declarandum testandumque censui- „mus, nobis ex pace Westphalica & „Reversalibus haud incognitum esse,

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„quod nullum jus Diæceſanum vel Ju„risdictio Eccleſiaſtica vel ullus actus „ad eam ſpectans a Catholico Epiſcopo „vel Eccleſiaſtico in Evangelico hoc „Ducatu & Regione locum habere vel „introduci queat, hic vero actus nul„latenus eo ſpectet, aut ullo unquam „tempore ad id allegari, vel inde præ„judicium aut ſequela duci poſſit, ſed „omnia juxta præfatæ pacis & Rever„ſalium tenorem in omnibus immote „ſemperque conſervanda ſint, oppigno„rata hanc in rem Principis fide, „verbo & honore.„

„In cujus fidem, firmitatem ac cer„titudinem Provinciæ Ordinibus poſt „prævium ſufficientem rei geſtæ in„formationem hæc proprio chirogra„pho, & appenſo ſigillo munita dedi„mus, Stutgardiæ die duodecima „Martii Anno 1740.„

Has literas Sereniſſimus Adminiſtrator Provincialibus Ordinibus tradidit, eisque declaravit, quod Duciſſa eorum ſcriptum iniquo tulerit animo, de cetero autem nec in Herbipolenſi ſcripto, nec in ejus divulgatione ullam partem habeat: His contenti Ordines Adminiſtratori ſcriptotenus grates rependerunt. Conſtantienſis vero Epiſcopus Joannes Franciſcus Schenck Baro de Stauffenberg die trigeſima ejus-

ejusdem Mensis adversus Ordines vehementer querebatur, eoquod in Pace Westphalica Episcopis duntaxat *in Protestantes*, non autem in Diœcesanos Catholicos, jurisdictionis Episcopalis usus fuerit suspensus, & defuncti Ducis reversales essent nullæ, &c. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LXI.

Caroli Alexandri defuncti Wirtenbergensis Ducis testamentum vindicatum.

De reversalibus seu de pacto, quo defunctus Dux primo Belgradi anno hujus sæculi vigesimo nono & tertio post anno die decima sexta Decembris Lutheranam Religionem & privilegia in suo Ducatu non turbaturum se spopondit, frequens jam occurrebat mentio; cum autem inde haud leves orirentur querelæ, & Protestantes ipsum Caroli Alexandri testamentum velut paci Westphalicæ, & particulari Religionis Statui Wirtenbergico contrarium traducerent, pluraque alia in defuncti Ducis præjudicium spargerent, hinc ipsa Ducissa Vidua doctissimo Joanni Adamo Ichstädio Consiliario Aulico, ac Juris publici in Herbipolensi Universitate Professori negotium dedit, ut hanc controversiam discuteret, quod

Sæc. XVIII A. C. 1740

& ipse præstitit & anno Christi millesimo septingentesimo trigesimo octavo hanc in rem libellum edidit sub hoc titulo: *Wirtenbergense Fundamentum, seu clara & exacta demonstratio, qua Testamentum defuncti Ducis Anno 1737. die 7. Martii erectum etiam circa administrationis & tutelæ dispositionem spectato communi ac publico jure & Ducatus statutis valere ostenditur* &c. Juvat ergo ex ipso hoc Testamento prius summam eorum depromere, quæ ad dilucidandam hanc controversiam vel maxime conferunt.

Primo igitur Dux disposuit, ut ejus „Corpus post sui obitum Principe digno „quidem, militari tamen ritu sine spe„ciali pompa & sumptu pro more in „Ducali hac familia usitato Ludovici„burgum in Ducalis Ecclesiæ cæmete„rio deponatur, & in die depositionis „Stuttgardiæ, Ludoviciburgi & Tu„bingæ centum quinquaginta floreni in „pauperes, in ceteris vero urbibus „quinquaginta floreni distribuantur, & „Clerus Catholicus juxta ritum & con„suetudinem Ecclesiæ Catholicæ Ca„daver sepeliat, & exequiarum tem„pore non modo quilibet ex Clero unum „Sacrum celebret, sed etiam a die „obitus usque ad sepulturam pro de„functi anima semper Sacrificium Mis„sæ offeratur.„ II.

II. Quantum vero ſpecialiter ad „promovendum Dei honorem & Fidei „libertatem in Germania concernit in „articulo decimo ſexto ut cavillationi- „bus Dux obviaret, quæ fors inter „ipſum & Ducalem Familiam ejusque „ſubditos circa religionem fieri poſſent „ex eo, quod Dux per clementiſſimam „Altiſſimi gratiam & per Sapientem „providentiam, & revera mirabilem „ejus vocationem ad firmam cognitio- „nem infallibilis veritatis Chriſtiano- „Catholicæ fidei ad antiquam Religio- „nem maturo judicio & ſine ullo pri- „vato commodo multis retro annis rever- „ſus ſit, utque inde in Ducatus Regimen, „Regni Circulique negotia, aliaque pacta „conventa & deputationes deinceps „nulla ex parte turbatio inferri queat, „vel anſa præbeatur, ſed potius inter „Ducem & ſubditos firma ſit concordia „& obſequium, in commodum ſuorum „hæredum & ſucceſſorum tanquam „optimum principium commendavit, „voluitque, ut omnes & ſinguli hære- „des nunc & impoſterum omnibus pro- „fanæ Religionis & Weſtphalicæ paci „aliisque circa Religionem firmatis „Imperii legibus & ſtatutis ſeſe confor- „ment, & ſequantur, ac propterea, „prout Chriſtianum & Imperii Princi- „pem decet, memores ſint, quod, ſicut

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„tres in S. Imperio Religiones & præ„scriptæ earum disposition„es & liber„tates, vim legis obtinuerint, ita & „illis insistant, & prout conventum „fuit, quod ad hanc vel illam juxta „modum in Instrumento pacis præscri„ptum & concessum denuo reverti libe„rum, & juxta humanas leges in po„liticis concessum sit, ita Principes „suos subditos uni ex his tribus Reli„gionibus addictos *æquali affectu* prose„quantur, protegant, & foveant, si„que cuilibet suum jus sartum serva„verint, nunquam errare, ac insuper „a Deo benedictionem, felicitatem, „honoremque in suo Regimine certo „sperare & obtinere possint.„ Præsertim vero suos hæredes hortabatur, ut in Ecclesia Catholica, ad quam ipse Dei dono ac lumine denuo vocatus fuisset, sine omni hæsitatione perseverarent, eoquod hæc *Ecclesia pro veteri Ecclesia palam habeatur, ejusque prærogativæ usque ad hanc diem in omnibus Orbis partibus perseverent, illaque rectissimo tramite a Christi doctrina, & S. Apostolorum traditione descendat.*

III. Disposuit in articulo decimo septimo, ut omnia tam Virorum quam Virginum Monasteria a Prædecessoribus occupata & ad usus profanos translata in præsenti statu relinquantur, & tan-

tanquam ærarii & Ducatus magna & pinguis pars eidem incorporata maneat, quin ullus eorum quicquam donare vel alienare queat: ejus vero hæredes hac in re nullum conſcientiæ ſcrupulum habeant, eoquod Dux deſuper cum ſummo Pontifice conveniſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Articulo decimo octavo Conjugi ſuæ Mariæ Auguſtæ demandavit, ut quamdiu in Viduitatis ſtatu permanſerit, maternam ſollicitudinem & fidelem curam erga ejus Filios & Filias eo impendat, ut hi, prout Chriſtianos & Principes decet, in veteri, quam ipſe Dux per ſpecialem miſerentis Dei vocatione, ac conſiderata prorſus mente pro ſe ſuisque hæredibus denuo profeſſus eſſet, *Catholica Religione, & in vere Chriſtiana Eccleſia educentur, utpote quæ a Chriſti & S. Apoſtolorum ævo deſcendens, unica, & vere Eccleſia vera eſt, proin talis præter ipſam nulla alia eſſe poteſt, nec unquam præter ipſam alia vera fuit, & extra quam omnes aliæ Eccleſiæ, ſi quæ ſe tales jactitant, & erigere volunt, vel eadem vetus vel nova neceſſario eſſet, & pro talibus habere debeat*, necnon in Dei timore, & unice ex eo laudabiliter conducentibus honorum ſemitis, in Chriſtianis & Principe dignis, ingenuis, bonisque moribus, virtutibus & ſcientiis, in ſcelerum & probroſæ vitæ odio

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

odio ac abominatione rite instituantur necnon a Viris militari experientia claris in arte bellica probe imbuantur ut suorum Prædecessorum heroicis vestigiis insistentes conciliata sibi Cæsaris, Imperii, & Circulorum benevolentia suo tempore militaria officia obire queant.

Articulo autem decimo nono Dux prolium suarum Tutores & Ducatus Administratores necnon Testamenti sui executores Carolum Rudolphum Ducem, & Mariam Conjugem suam dixit, eosque rogavit, ut Hæreditarium Principem utpote Catholicum juxta Patris dispositionem scriptotenus relictam sub magisterio cujusdam Catholici Moderatoris & Informatoris proxime nominandi educari, ac imposterum ad hæc officia non alios, quam probos Catholicos nominari curarent. Con-Tutores autem & Con-Rectores denominavit secretius suum Consilium. Ut vero grave Regiminis onus relictæ Viduæ imponendum levius redderet, & occurrentia negotia melius perficerentur, ceteris Tutoribus Herbipolensem ac Bambergensem Episcopum adjunxit, voluitque, ut in gravioribus negotiis nihil sine ipsius consilio fieret, eoquod ipse ob comprobatam suam experientiam & integritatem optime consulere, &

& secretiori Senatui in sacris & profanis, Imperii, cameræ, publicisque rebus tutissime præesse valeat, ac propterea ei tanquam rogato Con-Tutori supremo de omnibus exacta notitia communicetur, & prudens ejus consilium ac judicium expetatur. Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Præterea articulo vigesimo primo Dux declaravit, quod sinceræ prædicti Episcopi amicitiæ multis argumentis comprobatæ, necnon specialiter præclaris ejusdem dotibus & in profanis Germanici Regiminis caussis notoriæ experientiæ, singulari prudentiæ, & magnanimitati per plures annos expertæ plene confisus Eidem (præter Mariam Conjugem) Con-tutelam committeret, eamque ab illo acceptatam fuisse Dux declaravit, disposuitque, ut post Ducis obitum, Filio adhuc minorenni, in omnibus gravioribus negotiis præfati Episcopi mens & consensus omnino expetatur, & nec in Religionis caussis, in quibus Westphalica pax pro Regula habeatur, nec in alio quovis negotio, quod ad jura, prærogativas, & Ducatus decorem, necnon ad Christianam & Principe dignam Filiorum suorum educationem, & ditionum incrementum spectat, vel ubi de nominandis vel mutandis officiis agitur, quicquam sine prædicti Episcopi præscitu & consensu agatur,

Sæc. XVIII. A. C. 1740

agatur, disponatur, decidatur, minus vero ad effectum deducatur, quinimo, si hunc Episcopum mori contingeret, Dux ejus Successorem in Con-Tutoris munere subrogari voluit.

Articulo autem vigesimo tertio statuit, ut si ipsemet Moderatorem ac Præceptorem non nominaverit, *Catholicus* cum præscitu & consensu dicti Episcopi a Tutoribus designetur.

Vigesimo quarto articulo declaravit, quod semper proximus Agnatus, & pupillorum Mater, & post ejus obitum Avia, & hac deficiente solus Agnatus unacum Consilio secretiori supremam Tutelam & Regni administrationem obeant, his quoque duo Tutores seu Curatores honorarii ex Imperii Electoribus vel Principibus adjungantur, ita ut eorum unus sit *Catholicus*, alter Lutheranus &c.

Vix hoc testamentum erat publicatum, cum illico Protestantes altum inclamarent, illud paci Westphalicæ, & antiquis Ducatus Constitutionibus esse adversum, & fidei Catholicæ encomia ceteraque Catholicis faventia non ab ipso Duce, sed primum ab Herbipolensis Episcopi Consiliariis concepta, a Ratho Consiliario Stutgardiam delata, & demum a Remhingio Belli Præfecto *ad subscribendum* fuisse pro-

promota: Ubi tamen id prorsus singulare videtur, quod Protestantes ultimam hanc Ducis voluntatem minus liberam, imo dolose extortam fuisse, reversales vero a Serenissimo sine omni coactione, & liberrime fuisse factas scribant, non alio sane fundamento, nisi quod Testamentum fidei Catholicæ, reversales autem Lutheranæ Religioni faveant. Cum ergo horum criminatio defuncti Ducis & Herbipolensis Episcopi honori ac famæ, imo ipsis quoque Imperii legibus nimis aperte derogaret, hinc præfatus Ickstädius suam deductionem publici juris fecit, eamque in quatuor articulos partitus est. In primo igitur de Principum Testamentis in genere, deque eorum valore agit, in secundo de Principum tutelis, eorumque ditionum administratione, in tertio de ipso defuncti Caroli Alexandri testamento in specie, & denique in quarto de valore, & æquitate eorum omnium, quæ Dux ratione tutelæ & administrationis in suo Testamento disposuit. Præprimis igitur celeberrimus hic Professor demonstratum ibat, Serenissimi Ducis Testamentum nec Religiosæ & Westphalicæ paci, nec Statui Religionis præsenti in Wirtenbergensem Ducatum invecto adversari, eoquod ipsemet Dux in §. decimo sexto su- Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

supremæ hujus voluntatis disposuisset, ut omnes ipsius Hæredes ac Successores in omnibus profanam, Religiosam & Westphalicam pacem aliasque circa Religionem fundamentales Imperii leges & statuta sequantur, ita tamen, ut sicut omnes tres Religiones in Imperio sint receptæ, ita quoque, sicut vi pacis concessum, unicuique ad hanc vel illam religionem reverti integrum esset, sic memores sint, ut suos subditos Catholicos pari affectu ac Lutheranos vel Calvinistas foveant, & tueantur: In hoc autem Dux nihil paci Westphalicæ contrarium statuerit; eoquod nec Westphalica nec alia pax conscientiæ libertatem a Lutheranis jam ab initio reformationis tantopere decantatam unquam sustulerit, hæc autem libertas præprimis in eo consistat, quod nemo ad hanc vel illam Religionem inducatur vel cogatur, sed cuivis hanc vel illam amplecti liberum sit: Protestantes quidem Principibus suis adulandi studio præter jus in Sacra asseruisse jus reformandi exercitium Religionis, quod denuo conscientiæ libertati recta adversaretur, eoquod Princeps huic Politicorum principio: *Ejus esse Religionem, sive de Religione constituenda arbitrium, cujus est Religio*, seu *Ejus esse Religionem, cujus Regio*, innixus sibi jus arrogaret Reli-

Kemmerich in Jur Publ. l. 7. c. 4. §. 55.

Böhmer. Jus Eccl. Protest. t. 1. p. 35. §. 16. Repert. Real. Pragm. Juris publ. Jenæ 1751.

Religionem Catholicam e ſua Regione extirpandi, Catholicos expellendi, ſolam Confeſſionem Auguſtanam invehendi, Prædicantes Lutheranos Catholicis ſubrogandi, ſubditos ſuos cogendi, ut ſuam doctrinam, etſi falſa ſit, *exterius* ſaltem profiteantur &c. tale jus reformandi Religionem Catholicam Principes Laicos Catholicos quidem abhorrere, eos quippe nemini niſi ſummo Pontifici, & Epiſcopis jus Epiſcopale, eique annexa attribuere, & ſibi duntaxat brachio ſæculari, ubi opus eſſet, Religionem contra ejus hoſtes defendendi prærogativam vendicare, hacque de cauſſa Principes Catholicos Proteſtantibus tale jus reformandi conſtanter in pacis Weſtphalicæ tractatione abnegaſſe, Cæſareos enim Paciſcentes §. 30. art. 5. *per jus reformandi exercitium Religionis ſubditorum* non intellexiſſe jus in Religionem, vi cujus tanquam Principes territoriales ſeu ex vel cum ſolo jure territorii Religionem & fidem veram determinare, definire &c. poſſent, ſed duntaxat illud prætendiſſe jus, quod *cuivis Domino territoriali aut ſtatui immediato in Religionis negotio* ex antiqua praxi *competit*, & in quo ab alio quovis Con-Statu *impediri* nequeat, ſcilicet, Principes Catholicos tanquam Eccleſiæ Protectores, & Dei Miniſtros eſſe ob-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

obstrictos, ut suos subditos ad veram Religionem adigant, a falsa arceant, & parere nolentes, ad emigrandum cogant, & emigrandi facultatem eis non denegent: Principes autem Catholicos huic juri reformandi nunquam renuntiare voluisse imo nec potuisse, cum sit jus non uni soli sed toti Catholicorum statuum corpori competens, regulariter autem tali juri in suum & alterius favorem introducto neminem renuntiare posse.

Quoniam vero Protestantes pacificentes jus reformandi Religionem Catholicam erga subditos suos sibi *ratione territorii & Superioritatis* pertinaciter assererent, hinc ob paritatem rationis etiam Principes Catholicos, utpote etiam Dominos territoriales, incassum reclamantibus Suecis & Protestantibus, in §. 30. *Quantum deinde* jus reformandi & regulam juris territorialis circa negotium Religionis, quod cuilibet Domino territoriali competit, sibi asseruisse his verbis: *Cum ejusmodi statibus immediatis cum jure territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi etiam jus reformandi exercitium Religionis competat, ac dudum in pace Religionis talium statuum subditis, si a Religione Domini territorii dissentiant, bene-*

beneficium emigrandi conceſſum &c. conventum eſt, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis ſtatibus obſervari, nullique ſtatui immediato jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere (*), proin nequidem oportere, ut Princeps Catholicus a ſuis ſubditis a Religione Domini territorii diſſentientibus a jure reformandi per pacta metu aut promiſſis vel conditionibus de non ſolvendo ære alieno &c extorta impediatur, cum Principes Catholici Paciſcentes, de quorum Religione vel toleranda vel recipienda, utpote quæ jam per plurima ſæcula in quieta ſua poſſeſſione uſque ad hanc diem remanſit, & ab ea a nullo deturbari poteſt, & in pace Weſtphalica actum non fuit, antiquum hoc jus teritoriale, ſeu ſimultaneum introducendi vel reformandi, ſibi nulla clauſula vel exceptione reſtringi aut limitari paſſi non ſint, aliunde etiam pacem Religioſam, quæ pro libero juris reformandi exercitio pugnat, in Inſtrumento P. W. non eſſe ſublatam ſed potius Art. 5. T. 1. confirmatam, proin

(*) Vid. Diſſert. Gabrielis Schwederi de coexercitio utriusque Religionis. Anno 1727. & Diſſert. Joannis Barthel de jure reformandi novo 1744.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

eidem semper insistendum, cum in §. 3. hoc non obstante &c tantum statuatur, ut Princeps Catholicus subditis Protestantibus suæ Religionis exercitium quod anno 1624. habuerunt, relinquat, non autem prohibeatur, ne vi superioritatis territoralis publicum Catholicæ Religionis exercitium invehat, etsi ibi anno 1624. ea non viguerit nec obstet hic ipse annus normalis §. 31. *hoc tamen non obstante*; hoc enim paragrapho statui quidem Regulam, vi cujus illi Catholicorum Principum subditi, si qui in prædicto anno Augustanæ confessionis exercitium habuerunt, illud retinere potuerint, non autem statui Regulam contra jus territoriale, vi cujus Princeps Catholicus suis subditis, qui post hunc annum ad fidem Catholicam revertuntur, publicum exercitium permittere, & simul publicum Religionis Catholicæ usum invehere possit: circa hoc quippe jus reformandi statuum Catholicorum, quod nunquam antea in controversiam deducebatur, non fuisse constitutam normam, nec novi quid in Instrumento P. W. fuisse ordinatum, sed antiquum jus reformandi *ex jure territoriali* descendens confirmasse. Inde ergo sequi, quod Defunctus Dux Carolus Alexander in suo testamento nil omnino Paci Westphalicæ contrarium sta-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ſtatuerit, minus vero illud impugnari potuerit, ex eo, quod ſuum Cadaver ritu Catholico & comitante Clero ſepeliri voluerit, *conventum* enim eſſe, *quod nulli ſtatui immediato jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oporteat:* hoc autem jus, imo & Aulicum Religionis Catholicæ cultum per pacta conceſſum, cui omnino annexa eſt ſepultura ritu Catholico, per Ducis mortem non fuiſſe extinctum, eapropter, dum Proteſtantes Clerum ritumque Catholicum in Ducis ſepultura adhiberi vetabant, Carolus VI. Imperator an. 1737. die ſecunda Aprilis reſcripto ad Ducem Carolum Rudolphum dato præcepit, ut Catholici ritus ſcilicet crucis geſtatio, turribuli uſus, & Cleri Catholici comitatus intra arcis ambitum adhibeatur, ac deinceps Catholicæ Religioni in ſuo exercitio, necnon Ducalium Principum educationi nullum interponatur impedimentum:

Præterea non obſtare hæc verba: in reverſalibus contenta *privatum Religionis Catholicæ exercitium*; ea enim intelligenda eſſe duntaxat *relate ad ſubditos*, non autem ad Principem territorialem, qui in Aula ſua omnes ad Religionem Catholicam ſpectantes atque annexos actus libere exerce-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

re poteſt ; ſicut hucusque & ubique omnes actus miniſteriales, v. g. Baptizare, confeſſiones excipere, matrimonio conjungere, Concionari &c. a Presbyteris Aulæ deſtinatis ſine omni contradictione peraguntur, nec obſtare P. W. Paragraphum : *Pacta autem* &c. de ipſo enim Religionis Catholicæ exercitio Ducem cum Prælatis & Ordinibus jam ſpecialiter conveniſſe.

Cum autem Proteſtantes criminarentur, a Duce Religionem Catholicam in §. 16. & 18. Teſtamenti ſui amplis elogiis fuiſſe celebratam, reſpondit Ichſtättius per has laudes Auguſtanam Confeſſionem non fuiſſe probro per P. W. prohibito affectam ; Ducemque pari jure uſum fuiſſe, quo ejus Anteceſſores in ſuis Teſtamentis Lutheri Sectam ceu unice ſalvificam deprædicaſſent, & oppoſitam doctrinam pro erronea habuiſſent.

Ad ſecundum autem articulum comprobatum reddidit, Catholicum Succeſſorem in Proteſtanticam ditionem, vel Proteſtantem in ditionem Catholicam ad pacta, reverſales, & receſſus a ſuis Anteceſſoribus hanc vel illam Religionem profitentibus factos, & illius Religionis conſervationem, & reſtringendum jus reformandi & circa

sacra initos non aliter adstringi, quam hi recessus &c. Religionis & Westphalicæ paci conformes sunt, aut Successor *per pactum aut acceptationem expressam* illos servare pollicitus est: Præterea Carolum Alexandrum ad Wirtenbergicas suorum Prædecessorum reversales haud magis imo minus obstrictum fuisse, quam ipsius Antecessores Lutherani ad pacta suorum Antecessorum Catholicorum cum suis Catholicis Ordinibus inita de non immutanda Religione Catholica, qui se nunquam in prætenso suo jure reformandi turbari vel impediri passi fuissent. De cetero autem defunctum ducem in suo Testamento a reversalibus non recessisse, etsi earum mentionem expressam non feciffet, nec hæredes suos ad illas remisisset: minus vero demandatam suarum prolium educationem in Religione Catholica ullatenus Paci W. esse contrariam, sed potius hanc esse Christianam, prudentem, & Imperii legibus conformem, & a patriæ potestatis officiis præscriptam, imo in pari casu idem etiam Principibus Lutheranis permissum esse. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Denique ea, quæ defunctus Dux in suo Testamento ratione Tutelæ & Administrationis disposuit, omnino valida esse, comprobavit Ickstättius, eo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

quod Matrem Tutricem atque Administratricem Wirtenbergici Ducatus denominari, priorum temporum exemplis probetur, dumque nullatenus ex neceſſitate juris, ſed ex mero ſuo arbitrio Carolum Rudolphum tanquam Coadjutorem deſignarit, eapropter tam Matris Duciſſæ, quam Herbipolenſis Epiſcopi denominationem ab ipſo Cæſare tanquam omnino legitimam fuiſſe declaratam; nec ipſius Epiſcopi Perſonæ quicquam obiici poſſe, cujus prudentia & merita univerſo Orbi eſſent comprobata: aliunde vero honorariam Tutelam ſupremam extraneis quoque in Teſtamento deferri poſſe, nec omnino diverſitatem Religionis obſtare, cum omnes tres Religiones in S. R. Imperio receptæ eſſent, & pari omnino jure gaudeant: nec etiam Co-adminiſtrationem Herbipolenſi Epiſcopo delatam ullatenus famoſis reverſalibus adverſari; in illis enim duntaxat Ducem promiſiſſe, ad munia & officia publica nonniſi Lutheranos eſſe promovendos, ad ea autem referri non poſſe Tutelarem Ducatus adminiſtrationem, utpote officium perſonaliſſimum, quod intimius reſpicit Perſonam ipſius Principis Regnatis in minorenni adhuc ætate conſtituri, præcipue cum jam antea tam Ordines quam ſubditi omnibus innova-

novationibus abunde præcaviſſent & nunc Ducalis Linea Catholica in caſu ejus tutelæ inter proximos Agnatos fors emerſuro nunquam conceſſura ſit, ut hi ſub frivolo Religionis Catholicæ obtentu a Tutela excluderentur. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Denique Wirtenbergicos Conſiliarios, quorum ſuaſu Sereniſſimus Teſtator hæc omnia diſpoſuit, ſic diſponendi cauſſas in Teſtamento allatas ſibi notas habuiſſe, nec de Epiſcopo Herbipolenſi uſurpationem juris circa Sacra eſſe pertimeſcendam, eoquod ei hac ratione nullum munus & officium Epiſcopale aut Eccleſiaſticum fuerit commiſſum, vi autem demandatæ tutelæ haud amplius eidem incumbat, niſi quantum Princeps Pupillus tanquam territorialis Dominus jura circa Sacra territorii aut aliud quodcunque jus aliunde exercendi facultatem habet. Imo ipſemet Herbipolenſis Epiſcopus in proprio ſuo Ducatu Religionem in Imperio receptam juxta Imperii leges tueri quotidie intentus ſit. Nec obſtare, quod præfato Epiſcopo etiam jus in negotiis & cauſſis Religionis concurrendi facultas in Teſtamento data ſit; quamvis enim in reverſalibus cautum fuiſſet, Religionis cauſſas a ſolo ſecretioris Senatus Collegio eſſe agitandas, nihilominus

Sæc XVIII A. C. 1740

nus ſuppoſito qualicunque eorum valore, illas nunquam ita intelligi poſſe, ut Religionis negotia etiam durante Principis Regnantis minoritate a ſolo ſecretiori Conſilio ſine præſcitu ſupremorum Tutorum peragi, definiri, aut ad exitum deduci poſſent; nullatenus enim præſumendum eſſe, quod minorennis hic Princeps tanti momenti cauſſas in luculentum proprium ſuum diſcrimen, & præjudicium merito timendum, ſoli arbitrio & ſuorum Conſiliariorum in Religionis rebus a ſe diſſidentium voluntati relicturus ſit &c.

Huic Ickſtättii ſcripto alius ex Proteſtantibus oppoſuit annotationes, in quibus tamen nil profertur, quam quod non jam a clariſſimo Profeſſore vel fuiſſet præoccupatum, vel confutari ſuperfluum, indignumque foret: id unicum vero in his notis ſingulare eſt, quod earum Auctor aſſerere audeat quod niſi Catholicus Princeps Religionis Lutheranæ conſervationem fuiſſet pollicitus, ejus ſubditi eidem fidelitatis homagium non exſolviſſent: En! novum legitimo Domino ac Principi obſequium denegandi, contra eum rebellionem concitandi ſceptroque ſpoliandi obtentum, modumque.

§. LXII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. LXII.

Dissidium inter Strandiæ Septentrionalis Parochos exortum.

Postquam Ultrajectenses invalescente Janseniana rebellione vinculum unitatis cum supremo Ecclesiæ Capite dissolverant, ex infecta hac radice nil nisi contentiones & dissidia pullularunt: Inter alia hoc anno strandiæ Septentrionalis Ecclesiam gravior dissensio afflixit. Rem ab ovo usque ad mala repetere lubet. Anno post Christum natum millesimo sexcentesimo trigesimo quarto Strandia septentrionalis Insula prope Schlesvicum tam horrenda inundatione devastabatur, ut mille trecentis quinquaginta sex ædibus penitus eversis sex mille centum viginti tres homines aquis submersi perirent. Eapropter Fridericus Gottorpiensis Dux hanc Insulam nonnullis Nobilibus exteris Religione Catholicis sub certis conditionibus & pactis cessit, eisque anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo diploma tradidit, vi cujus eis & ceteris omnibus, qui deinceps hujus gratiæ participes in concessæ Insulæ dominio successuri essent, ac propterea *participantes* nominarentur, indultum, ut pro se, suisque necnon eo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

eorum domesticis, Religionis Catholicæ exercitium libere ac sine ullo impedimento invehere possent, ita tamen, ut in omnibus insulæ Ecclesiis non alia, quam Romano-Catholica, Lutherana & Calviniana introduceretur, eorum quilibet sine ullius offensione suam Religionem, illiusque usum exercere posset, deinipsum jus Patronatus nullo Religionis discrimine, aut ulla alia exceptione præfati Principales participantes, eorumque Successores haberent. Ex his primus erat Quirinus Comes de Velden, qui Fratrem suum Germanum P. Benedictum Oratorii Presbyterum eo advocabat, ut in derelictis ædibus, quas olim Odenbrillensis Præco Lutheranus incoluerat, Catholicæ Religionis exercitia obiret; hoc defuncto ex eadem Patrum Oratorii Congregatione successerat P. Joannes Heis, & paulo-post Joannes de Mühlen pariter Oratorii Sacerdos, qui anno sexcentesimo sexagesimo primo supra millesimum ibidem speciale erexit ædificium illudque ad publicum Catholicæ fidei cultum dedicavit. Huic Neercasselius tum Ultrajectensis Archiepiscopus Gerhardum Patyn Evangelici laboris socium adjunxit. Jacobo autem Presbytero in Brabantiam revocato Pater Snyers quinto post anno in ejus locum successit, qui præfatum

Archi-

Archiepiſcopum impenſe rogaverat, ut demandatæ Paſtoralis curæ literas a ſummo Pontifice confirmari peteret. Nec æquis ejusdem precibus defuit Archipræſul, ad cujus vota Clemens IX. petitas literas a Cardinale Barberinio ſubſcriptas confirmavit, conceſſamque Parochialis miniſterii facultatem non modo ad quadriennium extendit, ſed etiam ampliſſima conceſſit privilegia, ea tamen lege, ut Paſtorale ſuum officium ultra demandatæ jurisdictionis terminos nec extendat nec exerceat, ſine expreſſa Vicarii Apoſtolici licentia. Hic autem eo tempore erat præfatus Neercaſſelius Caſtorienſis Epiſcopus & Archiepiſcopus ultrajectinus tum in Hollandia agens: hac igitur ratione Clerus Catholicus hujusque inſulæ incolæ a ſede Apoſtolica Ultrajectino Archiepiſcopo ſubjiciebantur. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Ita hæc Eccleſia ſenſim magnis Evangelicæ meſſis incrementis egregie efflоruit, ampliores vero ſpes intercidit invaleſcens Janſeniana peſtis, indeque exorta diſſenſionum Zizania: jam eo tempore, quo P. Wernerus Birckendorff Jeſuita, Fridericiſtadianæ Eccleſiæ Miſſionarius erat conſtitutus, contra Strandianos Patres varias movit querelas, eisque litem apud Valerium de

Mac-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

Maccionis Episcopum Marrocenum, Vicarium Apostolicum & Officialem Generalem tum Hanoveræ agentem intentavit: Attamen Patres Oratorii ceterique Strandiani Sacerdotes rem edocti, anno supra millesimum sexcentesimo septuagesimo quinto literis ad Valerium Episcopum datis eidem significabant, controversiam suam cum præfato Jesuita inde ortam fuisse, quod ipse non paucos ex suo Clero ad suas partes continuis sollicitationibus, promissis, aliisque viis pertrahere tentasset, aliunde vero se sacri Ministerii facultatem & vocationem ab Ultrajectensi Archiepiscopo accepisse, potissimos enim Incolas natione Hollandos esse, suam quoque Insulam propinquius in Hollandiam quam in Germaniam sese flectere: de cetero autem sese paratissimos esse omni data occasione filiale suum obsequium erga Romano-Catholicam Ecclesiam testificari &c. Ad hæc tamen Marrocenus Episcopus respondit, se haud temere coniicere, quod se esse Vicarium Apostolicum ignorantes ab eo debitam exercendæ Pastoralis curæ facultatem petere neglexissent, Strandiam quoque septentrionalem Insulam ad Bremensem Archiepiscopum, teste Colonienſi Nuntio Apostolico, spectare, proin suo Vicariatui esse subjectam, ea-

propter

propter se eis eadem hac occasione *formatas* seu demandatæ facultatis literas transmittere, earum vero valorem duntaxat usque ad proxima Paschatis festa sese extendere, evoluto autem termino eos obstrictos fore, ut illas iterum confirmari peterent &c. Ut ergo hæc controversia vel penitus extingueretur, vel saltem ad acriores contentiones non exardesceret ipsemet Colonienſis Nuntius Apostolicus anno sequenti ad Ultrajectensem Archiepiscopum literas dedit, in quibus hanc Insulam antiquo jure Bremensi Archiepiscopo ejusque Vicario esse obnoxiam declaravit: Econtrario autem Ultrajectensis prolixo responso demonstrare nitebatur, præfatam Insulam nullatenus Bremensi, sed Schlesvicensi Diœcesi adjunctam esse: insuper ad Strandianos Missionarios perscripsit, ut ad Marroceni Episcopi literas nil aliud responderent nisi quod hæc Insula omni tempore Schlevicensis Episcopi jurisdictioni subjecta fuerit. Nec tamen his acquievit Marrocenus Vicarius, sed eodem adhuc anno prædictas *formatas* ad Oratorii Patres ultro transmisit, etiamsi ipsi eas nullatenus petiissent. Præterea P. Cremers supremus Oratorii Præpositus datis ad Ultrajectensem Archiepiscopum literis eidem significavit, suis Sacerdotibus

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

tibus ratum firmumque esse, deinceps nullum ex sua Congregatione ad præfatam Insulam transmittere. Hoc comperto Ultrajectensis anno Christi sexcentesimo octogesimo secundo supra millesimum eo decrevit alium Sacerdotem sæcularem nomine Abbekerk, cui etiam necessariam Evangelici ministerii facultatem concessit; eo autem paulopost mortuo subrogavit Bernardum Averemum: Hic vero, cum crebras contentiones cum Comitibus Participantibus haberet, suam Parochiam ultro dimisit, suamque querelam primo ad Ultrajectensem Archiepiscopum & postea apud Petrum Coddeum ejusdem Vicarium detulit, qui etiam anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo septimo ad Insulam Parochum destinavit Gerhardum Egerwys.

Paulopost Averemum factæ abdicationis pœnituit, utque ad suam Parochiam reverti posset, ad Baronem de Hörde Suffraganeum & Joppensis Episcopi Vicarium in Bremensi Archiepiscopatu a summo Pontifice constitutum Vicarium Apostolicum supplex recurrit: ejus quoque votis suffragabatur Colonienſis Papæ Nuntius atque Archiepiscopus Damascenus, qui anno proximo ad Ultrajectensem Vicarium per-

perscripsit, graves omnino querelas a Suffraganeo de Hörde motas fuisse, eoquod nuper Bernardum de Averem constituisset, indeque caussatis dissidiis Ultrajectense Capitulum sibi jurisdictionem in Strandiam Septentrionalem arrogasset, adversus hanc usurpationem jamjam reclamasse nuper defunctum Episcopum Maroccenum, cui in Bremensi Archiepiscopatu successisset Joppensis Episcopus, hinc rogare se, ut Averemo suæ Sedi restituto Gerhardum perperam intrusum excluderet &c. Ast Ultrajectensis Vicarius turbidum Averemi genium exaggerare, & Ultrajectini Archiepiscopi jura strenue vindicare nitebatur. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Hæc demum controversia Averemi morte sopita est, de qua Ultrajectensis Vicarius anno prioris sæculi octogesimo octavo mox Colonienſem Nuntium Apostolicum certiorem reddidit, rogavitque, ut potens suum præsidium in Ultrajectensis Ecclesiæ favorem strenue impendere vellet. Nec vanæ erant hæ Vicarii preces; quippe Nuntius non modo omnem pollicitus est opem, sed etiam eodem anno Domini Participantes inito pacto sese solemniter obstrinxere, quod constanter Ultrajectini Archiepiscopi jurisdictioni se, suamque

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Insulam subiicere vellent. His quoque accessit, quod Petri Coddei, qui Hugoni Hecassen subrogatus fuerat, electionem in Archiepiscopum Ultrajectensem factam Sacra Sedes exeunte hoc anno diplomate Pontificio confirmarit.

Vid. supra tom. 68. p. 7.

Postquam vero circa annum hujus sæculi secundum, uti supra meminimus, Clemens XI. Papa Petrum Coddeum de Jansenismo convictum Episcopalis jurisdictionis usu privaverat, & in ejus locum Theodoro Cockio in Vicarium denominato Bruxellensis Papæ Nuntius obsequium deferri, ab Harlemensi & Ultrajectino Capitulo petierat, tunc demum res in apertum dissidiorum incendium erupit. Ut enim Cockius primum demandatæ suæ Facultatis actum exerceret, Jubilæi diploma Pontificium in Insula promulgari jussit: aft palam reclamavit Ultrajectense Capitulum, & Hollandiæ ac Frisiæ Occidentalis Ordines die decima septima Augusti ejusdem anni edito publico proclammate adversus Cockii Vicariatum, contra Capituli convocationem a Papæ Nuntio decretam, ac denique contra omnes Pontificias Catholicorum citationes aut evocationes causarum extra Hollandiam ad Romanam Curiam solemniter protestati sunt, insuper etiam

tiam prohibuere, ne ullus alius, nisi debite & juxta patriæ statuta electus, in Vicarium reciperetur &c. Adversus hæc attentata Cockius vehementer querebatur, anno sequenti datis Romam ad plures Cardinales literis, in quibus hæc Ordinum edicta a quodam sanctioris Senatus Præside, quem Coddei fautores auro corrupissent, fuisse emanata denuntiabat: Videbatur ea res summo Pontifici tanti momenti, ut totam caussam institutæ Cardinalium Congregationi maturius examinandam committeret. Horum autem judicio Coddeus suæ dignitatis gradu dejectus, & tam Harlemensis, quam Ultrajectini Capituli Canonicis severe interdictum est, ne deinceps in constituendis Insulæ Parochis sibi jurisdictionem arrogarent. Verum hi anno sequenti ad remedium rebellibus consuetum recurrentes ad summum Pontificem melius edocendum appellarunt, & Ordinum Deputati ei, qui Cockium fuga elapsum sisteret, ter mille florenos in perfidiæ præmium constituerunt. Porro ab eo tempore Ultrajectinum Capitulum semper suos elegit Archiepiscopos, reclamante summo Pontifice, & Capitulo adversus sedis Apostolicæ oppositionem remedium appellationis ad universale Concilium interponente. In eo

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

ſtatu erat Strandiana Eccleſia uſque ad annum Domini milleſimum ſeptingenteſimum trigeſimum octavum, quo P. Emanuel de Camba Oratorii Presbyter, cum hi Patres ad Inſulam reverti decernerent, eo advenerat. Hic a Barone de Hœrden Flaviopolitano Epiſcopo & Vicario Apoſtolico anni ſequentis Menſe Septembri amplam recepererat facultatem, vi cujus privatum Religionis exercitium pro Patribus Oratorii eorumque famulis in ſuis ædibus conceſſum ad publicum extendere, & Parochianos, ſi fieri poſſet, ad ſuam Eccleſiam attrahere valeret, prout jam ſeptem abhinc annis Pater Merl Jeſuita, incaſſum licet, tentaverat. Inde vero novi diffidii argumentum; poſtquam enim hoc anno die vigeſima quinta Maij poſt quinquaginta trium annorum Paſtorales labores Gerhardus Egewys fatis ceſſerat, Ultrajectinus Archiepiſcopus interim hujus Parochiæ curam Joanni de Baesrode demandabat, id ægerrime ferente præfato Vicario Apoſtolico, qui confeſtim Balduinum Nemhard plena agendi facultate inſtructum Strandiam eo fine ablegabat, ut depulſo Baesrodio P. Joannem Franciſcum Düringck, qui Patrum Oratorii nomine prædia ibidem adminiſtrabat, hujus Romano-Catholicæ Eccleſiæ Parochum

chum inauguraret, addita hac lege, ut salva Pastorali facultate P. Emanueli de Camba concessa præter P. Düringkium nemo alius, nisi a Flaviopolitano institutus, deinceps pro Parocho haberetur. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. LXIII.

Hæc lis ad Daniæ Regis tribunal delata.

Interea inter Ultrajectenses & Vicarium Apostolicum de jurisdictione contendentium indies magis magisque exarsere studia; quapropter Participantes Domini, atque inter eos præcipue Stallerus Inderwelden ad supremum Insulæ Strandiæ Dominum Christianum VI. Daniæ Regem suas querelas deferre statuerunt. Eo igitur fine Fridericum Zizscherum Regium Præfectum, & Mauritium Christianum Ericium Advocatum plena agendi facultate munitos die vigesima quarta Junii hujus anni eo ablegant, eisque scriptum supremæ Gottorpiensi Curiæ consignandum tradunt, in quo adversus Lovanienses & Mechlinenses Patres Oratorii querebantur, quod horum nomine & auctoritate Pater Düringkus in Strandia septentrionali privatum cultum Divinum hucusque restrictum extendere

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ausus fuisset, hac autem ratione jura Patronatus violassent, quæ tamen in Romano-Catholicos hujus Insulæ incolas anno Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo eis, & quidem in Corpore non modo concessa, sed etiam noviſſime anno hujus sæculi trigesimo secundo & biennio post a Regia sua Majestate confirmata fuissent, præfatisque Dominis promissum, dicta jura, utpote ab eorum Majoribus titulo oneroso acquisita, deinceps, uti antea, & quo modo usitata fuerint, integra, & omnino intacta fore: Præterea hi Participantes in dictorum confirmationem adjunxere Pastoralis inaugurationis literas Patri Gerhardo Egerwyts a Petro Coddeo tum Vicario Trajectino concessas, in quibus hæc verba legebantur: *CUM ALIORUM EXCLUSIONE, & ita, ut nemini, nisi de expresso ejus aut constituentis consensu, Pastoris aut Missionarii munia exercere liceat*: insuper quietum hujus juris exercitium per plures ejusmodi literas in subsequentibus annis datas comprobatum reddebant, in suæ causæ favorem allegantes fundatam in Jure Canonico restrictionem *ad sacra domestica*, præcipue vi cap. X. Decretalium *de Privilegiis & excessibus privilegiatorum* &c. Denique impense flagitabant, ut contra Patres Ora-

Oratorii *mandatum de non turbando & nihil innovando*, indicta etiam mulcta pecuniaria, a Rege sua Majestate edatur, eisque serio injungatur, ut jura Patronatus, uti & Parochialia *Corpori in solidum & indivisim* competentia immimuere, aut lædere, vel sua Sacra domestica quovis modo extendere deinceps non præsumant, proin membra principi Ecclesiæ Parochiali incorporata ad suas Ecclesias allicere, seu admittere desinant, & de præstanda sua obedientia testimonium ac declarationem intra terminum quindecim dierum transmittere teneantur: Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Horum precibus facile annuit Christianus VI. Daniæ Rex, qui mox die vigesima septima Junij Gottorpii mandatum ad Patres Oratorii transmisit hoc tenore:

„Ex annexo scripto transumpto Pat„ribus Oratorii Mechliniæ & Lovanii „agentibus & præcipue Patri Düringk „Comparticipantibus in nostra Insula „Strandia notum facimus, quod Fride„ricus Zizscher noster Præfectus, nec„non Mauritius Christianus Ericius Ad„vocatus præfatæ nostræ Insulæ ac di„tionis Participantium Religione Ca„tholicorum Actores plena facultate in„structi, Nos questum convenerint, ex-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„exponentes, quod Vos Sacra pro vo„bis & veſtris domeſticis celebrandi fa„culta'em limitatam, proin nonniſi pri„vatum cultum non ita pridem eo uſque „extendere aggreſſi fueritis, ut Pater „Düringk erectam ibidem Parochiam, „& ad illam tam in corpore, quam ſi„gillatim deputatorum Sacerdotum ju„ra imminuere & turbare attentarit, „cum tamen vos duntaxat *reſtrictive & „quoad domeſticos* & in aliis caſibus in „Parochia emergentibus actus mini„ſteriales exercere ſpoponderitis: Ea„propter Nobis ſupplicatum eſt pro „*mandato pœnali S. C. de non turbando & „nihil innovando.* Nos igitur æquæ pe„titioni deferentes mandamus & ſerio „ac ſub pœna centum talerorum præ„cipimus vobis omnibus & ſigillatim „Tibi, Patri Dyrincko, ut id *omne* „intermittatis, quo jura Patronatus & „Parochialia tam Corpori in ſolidum, „quam indiviſim competentia quovis „modo imminui, vel in minimo labe„factari poſſent, proin ſpeciatim veſtra „Sacra domeſtica, eisque annexos a„ctus miniſteriales nullatenus extra „domeſticos extendere, nec ad princi„pem Parochiam pertinentia membra „ad Vos pertrahere, allicere vel ad„mittere præſumatis, ſed potius ea ad „legi-

„legitimum in Parochia cultum Divi- Sæc. XVIII.
„num adstringere studeatis &c. A. C. 1740.

§. LXIV.

Patrum Oratorii vindiciæ contra Participantium querelas.

Acceptis hisce literis Pater Düringkus pro se, ceterisque Patribus Oratorii ultra præstitutum terminum adhuc quindecim dierum inducias ad deliberandum sibi concedi die vigesima sexta Augusti petiit, obtinuitque, quibus tamen evolutis Mense sequenti per Küsterum Provinciæ Advocatum adversus Participantium propositas querelas libellum supplicem obtulit, exposuitque, Fridericum Schlesvici Ducem anno prioris sæculi quinquagesimo secundo Patribus Oratorii diploma dedisse, vi cujus publicus Religionis cultus nonnisi Catholicis, Lutheranis, & Calvinistis fuerit concessus, proin participantibus duntaxat jus Patronatus attributum, inde vero sequi, quod apud Catholicos vacante Parochi officio tam Candidatus, quam Episcopus Candidatum inaugurans tam a summo Pontifice, quam a Parochianis pro vere Catholico habeatur, Gerhardo autem Egerwys Parocho nuper mortuo, dum de successore per plurimorum vo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ta eligendo agebatur, si præscriptæ conditiones fuissent observatæ, Querulantes pluralitati votorum immerito sese opponerent: ast ab eis fuisse intrusum Joannem de Baesrode Mechlinien-sis Archidiœcesis Clericum, ob Janse-nianam hæresin ad Hollandos profu-gum, & non modo in Hollandia ab ex-tero (qualis aliunde ipso jure a Sacer-dotii munere excluſus esset) sed etiam a suspenso & excommunicato Episcopo initiatum Sacerdotio; notorium enim esse Petrum Joannem, prætensum hunc Ultrajectensem Episcopum, ob Janse-nianam labem a legitimo suo Pasto-re summo Pontifice piorum cætu amotum fuisse, ac præterea nomina-tionem & præsentationem in hac Insu-la nulli alteri, quam Joanni Adolpho Flaviopolitano Præsuli utpote legitimo Episcopo & Superiori Vicario Apostoli-co per septentrionem competere, ab eo enim, ut omnes Romano - Catholici Missionarii & animarum Curatores in Septentrione & per universum Daniæ Regnum suam vocationem reciperent, necesse esse &c. In horum Confirma-tionem huic libello Düringkus adjecit ejusdem Episcopi Flaviopolitani literas ad Strandiæ Participantes die decima nona Julii hoc anno datas, in quibus ipse suæ jurisdictionis hucusque exer-

citæ

citæ valorem & jura ſolide propugnabat, & præfatum P. Düringkum tanquam hujus Parochiæ *Deſervitorem* interim deſignabat: Pluribus dein argumentis hanc in rem allatis, & oppoſitis querelis ſtrenue confutatis Patres Oratorii ſupplices petebant, ut mandatum ad Participantium preces die vigeſima ſeptima Junii emanatum ſua firmitate deſtituatur, proin eis integrum ſit, ut usque ad litis deciſionem pro Catholicis Inſulæ incolis Miſſæ Sacrificium, uti hactenus, in Sacello ibidem erecto peragere, & tamdiu Sacramenta adminiſtrare poſſent, donec alius Sacerdos Religione Catholicus legitime inſtitueretur &c. Has Düringki literas Gottorpienſis Curia juſſu Dani Regis ad Participantes die decima tertia Septembris transmiſit, hi vero viciſſim petebant, ut ſimul utraque pars audiretur; ſe enim paratos eſſe, invictis argumentis demonſtrare, quam immerito a ſe facta Joannis de Baesrode electio tanquam nulla traduceretur, quamque frivole antiqui juris poſſeſſio ab Oratorii Patribus jactaretur: Hæc Participantium declaratio die decima Octobris Patribus fuerat communicata, hi tamen mox repoſuerunt, omni jure Catholicis eſſe interdictum, ne intruſum hunc Parochum utpote excommunicatum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

nicatum & inhabilem pro Paſtore animarum ſuarum reciperent, imo eos eſſe omnino obſtrictos, potius ſine Sacramentis & Presbyteri miniſterio vivere & mori: eis quoque hucusque, & antequam hoc mandatum per Participantes ſub- & obreptitie extortum emanaſſet, in Patrum Oratorii ſacello Sacris intereſſe, ſemper licitum fuiſſe, idque plurimorum (quorum nomina ſubſcripta erant) teſtimonio comprobatum eſſe, inde ſperare ſe, ut cum ſummum animarum periculum in mora eſſet, prompte Regium mandatum abrogatum iri, eorumque petitioni ſatisfieri, proin Participantes, ſi a lite deſiſtere nollent, coram legitimo Judice citandos eſſe.

Æqua videbatur hæc petitio Regiæ Curiæ Judicibus, qui etiam die decima ſexta Decembris utramque litigantium partem ad duodecimam Aprilis diem anni ſequentis coram adeſſe juſſerunt, ut ſuas rationes ultro citroque proferrent, & latam deſuper ſententiam exciperent. Eo fine Patres Oratorii utpote Con-Participantes tam P. Düringko, quam alteri Advocato legitimum comparendi agendique mandatum dederunt: termino tamen usque ad primam Junii diem prolato, & denuo

nuo longius protracto triginta tres Catholici Strandiani libellum supplicem obtulerunt, exponentes, quod integro ferme anno sine Sacerdote & Sacrificio vivere cogerentur, proin humillime rogarent, ut quamprimum fieri posset, novus judicii terminus præfigeretur, & citatis Participantibus eorumque Advocatis hæc causa agitaretur, & quam citissime decideretur: Nec sine fructu horum erant preces; confestim enim die quinta Junii utrique parti injunctum, ut comparere festinarent; simul etiam Participantibus præfatus Catholicorum libellus communicatus, eisque insinuatum fuit, ut, nisi alia obstarent, his Oratoribus, ceterisque Catholicis permitterent, ut occurrente necessitate P. Düringkus Pastorale officium exerceret: Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. LXV.

Species facti & juris a Patribus Oratorii typis vulgata.

Recepto hoc Curiæ judicio Patres Oratorii totius hujus causæ seriem anno hujus sæculi quadragesimo secundo publicis typis vulgare decrevere, edito scripto, cui titulus: *Factum & deductio pro parte R. P. Joannis Francisci Düringcks nomine suo & ceterorum Patrum*

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

trum Oratorii Lovanienſium & Mechlinienſium tanquam Con-Participantium Inſulæ Strandiæ Septentrionalis contra Stalerum Indervelden reliquosque Conſortes pariter dictæ Inſulæ Participantes pro caſſatione mandati Regii pœnalis die vigeſima ſeptima Junii 1740. *& annexorum* &c. In hoc ſcripto Auctor ſupra relatos libellos, argumenta, & rationes in ſynopſin contraxit, & non modo Regium mandatum aboleri, & Sacramenta per Patrem Düringck a Joanne Adolpho Osnabrugenſi Epiſcopo interim deſtinatum Parochum Catholicis adminiſtrari, ſed etiam Participantes ad expenſas litis damnari petiit, his quoque adjunxit alia documenta ad hanc rem ſpectantia, & diplomata Pontificia contra Ultrajectenſem Archiepiſcopum *edita*, quibus comprobatum, omnes *hujus* Inſulæ Paſtores hucusque partim a Papa, partim a Vicario Apoſtolico Hannoveræ agente ad curam animarum deputatos fuiſſe.

Attamen adverſus hoc ſcriptum Participantium potiſſimi *in puncto prætenſæ extenſionis exercitii Religionis privati* aliud factum ſeu deductionem divulgabant, in qua præfatus Zizſcherus hujus ſcripti Author originem Catholici cultus in hanc Inſulam invecti, necnon controverſiam inter Pontifices Romanos

nos & Ultrajectinos Archiepiscopos fusius retulit, postea vero præcipue Joanni de Baesrode objectum Jansenismi crimen, & sui ordinationem ab excommunicato factam confutaturus respondit, tam hunc quam illum unacum toto Clero Hollandico apprime Catholicos esse, eosque ad ejurandam hæreticam Jansenii doctrinam in damnatis propositionibus contentam semper paratos fuisse, nunquam tamen a legitimo Judice auditos, nec eorum defensionem exceptam, cum tamen Christus Dominus Matthæi c. 18. id omnibus suis Successoribus demandasset, ac ipsemet Innocentius XII. specialiter circa Viros in fœderato Belgio de Jansseniana hæresi postulatos præceperit, ut nullus nisi legitime in judicio convictus propterea suo privetur officio, aut anathemate percellatur: idque tam ex sanæ rationis regulis, quam Catholicorum scriptis comprobari, præterea Capitulum Trajectense contra intentatam excommunicationem, & priusquam hoc sacrum fulmen vibraretur, mox ad remedium appellationis recurrisse, ex ipsa autem appellationis interpositæ natura constare, ipsisque Romano-Catholicæ Ecclesiæ statutis consonum esse, excommunicationes post interpositam appellationem suo carere effectu: Si vero

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

vero obiiceretur a Patribus Oratorii, a Pontificum deciſionibus appellationem ad univerſale Concilium non valere, eis opponi, quod plures Pontifices faſſi eſſent, quod ſua judicia quidem in rebus fidei, non autem in aliis cauſſis infallibilia eſſent, ac propterea Clerum Gallicanum tanquam Catholicæ Eccleſiæ fundamentalem legem adoptaſſe hanc concluſionem, quod *judicium Papæ abſque Eccleſiæ conſenſu non ſit irreformabile.* Si ergo hoc judicium eſt reformabile, tunc appellandi libertatem extra omnem controverſiam eſſe, ac de ejusmodi appellationibus in nullo alio foro, quam in Conciliis univerſalibus judicari poſſe, his quoque ſine ullo dubio Papam eſſe ſubjectum, idque ex decretis Synodorum Piſis, Conſtantiæ & Baſileæ celebratis *probari:* inſuper Catholicos Inſulæ incolas hucusque nunquam, quod in Paſtoribus ab Ultrajectino Epiſcopo conſtitutis, eorumque miniſterio carperent, inveniſſe, priusquam Patres Oratorii publicum Religionis cultum invehere attentaſſent: poſtquam vero hi ſuas rationes juridice probatas nonnullis ex ſuis aſſeclis omni data occaſione inſtillare conati eſſent, inde neceſſario ortum fuiſſe, ut ad conſolidandas haſce rationes inter ſuos Pontificias quoque excom

excommunicationum Bullas diſſeminarent: id vero eo minus tolerandum, quo certius in ipſis etiam Romano-Catholicis Regnis ac Statibus ejusmodi Bullas ſine Principis territorialis præſcitu ac conſenſu publicare & divulgare, indictis quoque ſeveris pœnis vetitum eſſet: item notum eſſe, quod ejusmodi excommunicatio a Liparitano Epiſcopo anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo undecimo ſine *exequatur Regio* in Siciliæ Regno promulgata non modo fuerit declarata tanquam nulla, ſed etiam, cum in monitorio Romano propugnaretur, deciſiones ac decreta oraculo ſupremi viſibilis Eccleſiæ Capitis emanata, ac proin divinæ poteſtati ſubnixa a nulla humana poteſtate labefactari poſſe, huic ſententiæ Siculos mox ſeſe oppoſuiſſe, pariter in Galliis petente Regio Advocato præfatum hoc monitorium in Sicilia publicatum a Pariſienſi Parlamento non tantum fuiſſe ſuppreſſum, ſed etiam rurſus per publicum edictum omnibus intimatum, omnino ac pro ſemper ſevere prohibitum eſſe, Brevia & Bullas a Romana Curia editas ſine Regio beneplacito recipere, exequi, reimprimere aut vendere: Deni-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A. C. 1740

que fœderati Belgii Ordines tale interdictum specialiter in suis Provinciis promulgasse, & anno hujus sæculi vigesimo quinto die vigesima quinta Aprilis in suo ad Venetos responso contra illimitatam Romanæ Curiæ potestatem in eorum ditiones pari modo mentem suam declarasse: immerito quoque recens electo Pastori Baesrodio a Patribus opponi, ipsum non a septentrionalium Statuum Vicario Apostolico fuisse inauguratum; id enim omnino esse necessarium, probari non posse, potius per octoginta & amplius annos omnes Catholicos hujus Insulæ Pastores ab Ultrajectino Archiepiscopo constitutos fuisse, nec contrarium ex allatis documentis probari &c. Ex his ergo inferebant Participantes, *quod* hi motus partim ab ipsis Patribus concitati, partim a quibusdam incolis propagati non ex sincero Religionis Catholicæ Zelo, sed ex immaturo se Parochiali Ecclesiæ subducendi, & domesticum cultum ad publicum extendendi ardore, ac præcipue ex humanis & male fundatis consiliis profluxissent: Eapropter Regium pœnale mandatum executioni dari petierunt.

§. LXVI.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. LXVI.

Reſponſum P. Düringki ad deductionem Participantium.

His vero querelis, per Küſterum Advocatum P. Düringkius tam ſuo quam Oratorii Patrum nomine prolixius oppoſuit reſponſum, in quo tres propoſuit quæſtiones 1. An prætenſo Epiſcopo Ultrajectino etiam in caſu, ſi excommunicatus non eſſet, jurisdictio Epiſcopalis in Catholicos Strandiæ incolas ita competat, ut ea de uno in alterum ejus ſucceſſorem Epiſcopum transferatur? ad hanc vero quæſtionem Auctor reſpondet, quod Ultrajectinum Capitulum jam ante centum & amplius annos penitus fuerit extinctum: quippe a S. Willibrodi tempore ſexaginta & unum Epiſcopos continuata ſerie ſucceſſiſſe, horum poſtremum fuiſſe Fridericum Schenckium anno Chriſti ſupra milleſimum quingenteſimo octogeſimo mortuum: poſt fatalem demum reformationem reliquos non niſi Vicarios Apoſtolicos fuiſſe, idque conſtare ex ipſorum literis inſtallationum, denique poſt excommunicationem ceteros nec pro Vicariis Apoſtolicis nec pro veris

Sæc.XVIII. A. C. 1740.

ris Episcopis fuisse habitos. Olim quidem hoc Capitulum ex Conradi III. Imperatoris privilegio per Eugenium III. Papam confirmato, jus Episcopum eligendi habuisse, id tamen, approbante etiam Clemente VII. Papa, ad Carolum V. Imp. tanquam Brabantiæ Ducem fuisse translatum, & ab hæreticis Ultrajectensem Episcopatum ad statum usumque profanum præcipue anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo transformatum fuisse; eo enim anno Provinciæ Ultrajectinæ Ordines promulgato edicto omnem aditum ad præbendas & Canonicatus in perpetuum Catholicis intercluisse: verum quidem esse, quod Concilium quoddam ex octo Clericis a Rovenio Vicario fuerit anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio erectum, id tamen duntaxat ex Presbyteris & Missionariis fuisse conflatum, & a priori Capitulo, quod olim ex quinque Ecclesiarum Canonicis constans ad Episcopi electionem concurrerat, longe diversum: de cetero Strandianum Parochum inaugurandi facultatem cuidam Vicario Apostolico a summo Pontifice fuisse datam, sed duntaxat ad ejus beneplacitum, ita, ut hæc facul-

facultas mortuo Vicario exſpiraret, nes in ejus Succeſſorem tranſiret, niſi rurſus eidem a Papa concederetur. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

II. Dato etiam, Ultrajectenſe Capitulum extare adhuc, ſciſcitabatur tamen Auctor, An prætenſus Epiſcopus propter excommunicationem Strandiæ Parochum inaugurandi jure exciderit? ab omnibus enim Romano-Catholicis pro comperto haberi, ſummum Pontificem Romæ ſedentem in ſpiritualibus ſupremum Caput & Judicem eſſe; nec obſtare, ab aliquibus credi, Concilium eſſe ſupra Papam, re tamen nondum definita, & hac ſententia ab aliis acriter impugnata, inde appellationum valorem ab Adverſariis non poſſe extundi: Jam vero Petrum Joannem Meindarts prætenſum Epiſcopum Ultrajectinum anno hujus ſæculi trigeſimo nono publice a Papa fuiſſe excommunicatum, certum vero eſſe, ſententiam a ſede Romana promulgatam, non contradicentibus aliis Catholicis Epiſcopis, omnino executioni eſſe dandam, præſenti autem dictæ excommunicationi nullum omnino ex omnibus Catholicis Epiſcopis refragari præter unicum extraneum, profugum, & ſu-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ſpenſum Babilonenſem Dominicum Mariam Varletum, qui Meindartum inauguravit, proin hanc Pontificis ſententiam a nullo Stradianæ Inſulæ incola in dubium vocari vel tanquam injuſtam traduci poſſe.

III. Interrogabat Author, utrum Strandiani Participantes, ut Baesrodium ab Epiſcopo Ultrajectino intruſum acceptarent, adſtringi valeant? ad hanc quæſtionem negando reſpondit, eoquod Epiſcopus anathemati obnoxius eſſet, & plurima ſuffragia eorum, qui cum jure Patronatus concurrerant, ad ejus acceptationem nullum adſtringere poſſent. His præmiſſis Auctor oppoſitæ partis argumenta diluit, petiitque, ut Regium mandatum omnino revocaretur.

§. LXVII.

Hujus controverſiæ exitus.

Enimvero Zizſcherus Patrum ſcripto reſpondere conatus eis objectabat, quod Baesrodi inſtallationem impugnaſſent, punctum tamen prætenſæ extenſionis cultus Catholici (quod tamen rei ſumma eſſet) ſilentio preſſiſſent, cum tamen hujus electione Re-

Religionis exercitium nullatenus turbaretur: ipsos quoque Ultrajectino Episcopo jurisdictionem asseruisse, cum ab eo quondam novos Missionarios submitti petiissent. Postea ad propositas quæstiones responsurus affirmat I. Ultrajectensis Capituli jura, & inde dependentem jurisdictionem a deductionis Auctore ad tale forum trahi, ad quod tamen non spectarent, horum autem valorem jam solide satis in publicis scriptis comprobatum fuisse II. dato etiam, Baesrodi electionem fuisse vitiosam, inde tamen non inferri, quod Patres privatum cultum ad publicum extendendi jus habuerint: de cetero non negari, Strandianos Catholicos plenam erga Pontificem submissionem profiteri, nec tamen ipsam Ultrajectensem Ecclesiam in ejusmodi obsequio remissiorem esse, potius ergo demonstrandum fuisse, quod omnes Catholici populi & Status decisionibus Pontificiis æquis vel iniquis, excommunicatione gravidis vel non, parte vel audita vel non audita factis cœco modo deferant, nec illas reformationi obnoxias credant, saltem in Galliis firmam esse legem: *non irreformabile esse* NB. *absque accedente Ecclesiæ consensu, summi Pontificis judicium*, hancque sententiam sine

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ulla controversia a primogenito Ecclesiæ Filio, Rege Christianissimo esse confirmatam; minus ergo sperari posse, hujus Adversariorum argumenti, scilicet, *de anathemate contra Ultrajectenſem Episcopum a Papa vibrato non esse controvertendum*, in Protestantis Principis Curia rationem esse habendam ill. hanc quæstionem non solis Patribus sed toti Strandianorum Catholicorum communitati esse propriam cunctaque ibidem objecta nil aliud esse, quam petitiones ejus, quod est in principio &c. Quam infirma fuerint hæc responsa eorum, qui se Catholicos exterius profitebantur, nemo est, qui non primo obtutu perspiciat: noverant tamen hi Jansenistæ tantum efficere, ut anno hujus sæculi quadragesimo secundo die vigesima prima Junii a Gottorpiensi Regis Curia pronuntiaretur, compensatis expensis Regium mandatum pœnale anno hujus sæculi quadragesimo die vigesima septima Junii emanatum omnino executioni esse dandum.

INDEX.

INDEX
RERUM ET NOMINUM.
TOMI LXXVI.
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

A.

Abellius Ruthenarum Episcopus, Vita S. Vincentii ab eo descripta a Jansenistis carpitur, 3. a Martino de Barcos Jansenista impugnatur, 3. ipse Abellius sui libri vindicias edit. 4.

Achmet Muley Marocanus Princeps, ejus fata & obitus. 604.

Advocati Parisienses a Jansenistis conducti Bullam Canonisationis S. Vincentii a Paulo impugnant, 3. jus laicorum in usum Sacramentorum defendunt, 276. pertinacis Jansenistæ patrocinium contra Episcopum suscipiunt, 283. 628. eum indigne habent, 283. Senonensis Episcopi catechismum aggrediuntur, 284.

Alba Græca seu Belgradum Turcæ cingere parant, 533. repelluntur non sine clade, 534. præpropere Turcis deditur, 538. demolitur, 583. populorum murmurationes, 696.

Albanensium Patriarcha a Turcis vexatus, 128. Viennæ a Cæsare perhumaniter excipitur, 124.

Albanius Alexander ad conciliandum Sardiniæ Regem a Papa eligitur, 603.

Albanius Hannibal Cardinalis Prosperum Lambertinium ceteris in Papam proponit, 664. ad eundem cum suis accedit, 665.

Alberonius Cardinalis a S. Marini Reipublicæ Primoribus ad sedandos civiles motus in opem vocatur, 387. ipsam Rempublicam S. Sedi subiicere machinatur, 387. sponte sese subiicere paratos recipere a Papa permittitur, invitis vim inferre prohibetur, 387. eis armatam vim infert 388. ad fidei juramentum invitos adigit, 390. fidos exulare jubet, 391. in alios pœnas decernit, 392. milites conscribit, 392. a Firao Cardinale propterea graviter objurgatur, 395. se coram Papa vindicat, 398. quosdam sibi faventes habet, 398. a Papa reprehenditur, 399.

Aldrovandius Pompejus Cardinalis a pluribus in Papam expetitur, 656. 659. sibi suffra-

ſuffragantes in alium inclinare nititur, 661. a Papa perbenigne excipitur, 667.
Andreas Corſinus S. bis in menſe de eo officium recitandi indultum obtinent Carmelitæ, 594.
Angelus de Pauli V. Carmelita de ejus Canoniſatione agi permittitur, 595.
Appellationes a Conſtitutione *Unigenitus* in Sorbona revocantur, 268.
Aquaviva Cardinalis concordiam inter Papam & Neapolis Regem ſtrenue promovet, 37. nuptias Philippi Hiſpaniæ Infantis Pontifici ſignificat, 313.
Averani Joſephus, ejus deceſſus & opera, 259.
Auguſta Eliſabetha Wirtenbergica ducisſa Sacramento Confirmationis initiatur, 703.
Auguſtiniani P. novam Miſſionem in Salisburgenſi Diæceſi obire jubentur, 322. ſub quibus conditionibus, 323.

B.

Babyloniæ Epiſcopatus, ejus origo, 480. ejus Epiſcopi, 486.
Barberinus Bonaventura Capucinus Concionator Apoſtolicus morienti Papæ aſſiſtit, 636. pro Pontificatu quorumdam ſuffragia fert, 655.
Barberinus Franciſcus Cardinalis, ejus vita, laudes & obitus, 94.

Barcos Martinus Porturegiensis Theologus S. Vincentii vitam ab Abellio scriptam impugnat, 3. refellitur, 4. sese incassum defendit, 4.

Baylon Franciscus Arelatensis Episcopus Seminarium erigit, 77.

Bayr Gottlieb, moritur, libri ab eo editi, 265.

Beausobre Isacc Calvinista, ejus fata & opera, 262.

Beauvau Renatus Narbonensis Archiepiscopus accerrimus Constitutionis *Unigenitus* vindex obit, 603.

Belgradum vid. *Alba Græca*.

Belluga Cardinalis concordiam inter Pontificem & Siciliæ Regem strenue promovet, 37.

Benedictini PP. ad novas Missiones in Salisburgensi Diœcesi obeundas sese offerunt, 353. eorum Zelus & scientia commendatur, 354. sub quibus conditionibus has missiones obeunt, 360.

Benedictus XIV. decidit, dispensatos ab abstinentia carnium non esse dispensatos in jejunio, 406. in Papam ab Albanio Cardinale proponitur, 664. omnium suffragia in eum concurrunt, 665. eligitur, 665. sui electionem ratam habet, 666. Aldrovandium perbenigne excipit, 667. Ejusdem genus, indoles ac gesta ante Pontificatum, 668, libri ab eodem editi, 681. prima Pontificatus

tus sui auspicia, 682. quosnam Administros sibi elegerit, 683. a consanguineorum affectu alieniſſimus, 684. Cardinalibus ob sui electionem grates rependit, 686. Urbis Parochos ad literarum studium adhortatur, 688. Jubilæum indicit, 689. dissidia cum Lusitano Rege exorta tollit, 692. Sardiniæ Regem sibi reconciliat, 693. litem cum Neapolitano Rege componit, 695. de magna Etruriæ Ducissa ob Parmæ possessionem queritur, 696. litem inter Nuntium & Franciæ Legatum componit, 701.

Berger de Charancy Montpessulanus Episcopus formulæ Alexandri VII. subscribi jubet, 282. 627. inde Jansenistas concitat, 285. contra duo Jansenianа scripta apud quemdam Parochum reperta Pastoralem instructionem edit, 629. Jansenistarum artes detegit 630.

Berghes Comes Georgius Leodiensis Episcopus jus Abbatem Stabulensem consecrandi sibi vendicat contra Colonienſem, 113. Constitutionem *Unigenitus* ab omni Clero acceptari procurat, 281.

Bernardus a S. Theresia Carmelita Discalceatus primus Babyloniæ Episcopus, 479. qua occasione hic Episcopatus fuerit erectus, 480. F. Bernardi laudes & vita, 481.

Bertholdus Abbas Melicenſis moritur, 60.
Bervich Dux Joannes decedit, 249.
Bianchi Venderaminus, ejus opera & obitus, 259.
Bibliothecæ Romanæ a Clemente Papa augentur, 316.
Bielkius Nicolaus ad fidem Catholicam reverſus in Senatorem Romanum eligitur, 643.
Bocarius Bovianus Epiſcopus moritur, 244.
Bonieau Jeſuita librum de Brutorum animabus edit, 494. Pariſiis ſupprimitur, 495. Auctor revocare jubetur, *ibid.*
Bonnetus Joannes Congregationis Lazariſtarum Generalis Conſtitutionem *Unigenitus* a ſuis recipi jubet, 5. Parlamenti edictum ſupprimi rogat, 15.
Bouchat Franciſcus Sorbonæ Doctor & Aletenſis Epiſcopus obit, 244.
Bruys Franciſcus ejus opera & obitus, 259.

C.

Calmel Joannes Jacobus Carmel. calceatus, ejus opera & obitus, 261.
Calvariæ Congregatio ab Archiepiſcopo Pariſienſi luſtratur, 76. Illius Moniales ſuæ jurisdictioni ſubiicit, 278. earum querelæ non audiuntur, 279. Abbatiſſa exulatur, 279. ceteræ Moniales ſuis amoventur officiis, *ibid.*
Calviniſtæ Epiſcopo Baſileenſi Domino ſuo rebelles, 428. compeſcuntur, 431.

Cappucini PP. ob novum Conventum Sulzbacenſem a Lutheranis vexantur, 171. novam Miſſionem in Salisburgenſi Diœceſi obire jubentur, 327. 342. 348. ſub quibus conditionibus, 328. 332. 342. 348. 349.

Carmelitæ Diſcalceati in Perſidem ad annuntiandum Evangelium mittuntur, 479. ad aliam Religionem tranſire prohibentur, 594. bis in Menſe Officium S. Andreæ recitare permittuntur, *ibid.* lis circa jus benedicendi Scapularia eis adjudicatur, 594. eorum Tertiarii participant aliorum privilegiis, 596

Carolus VI. Imperator ſuum Nuntium Purpura decorari poſtulat, 79. a Papa ad Turcici belli expenſas ſubſidia accipit, 316 infauſto Marte contra Turcas dimicat, 530. de præpropera Bellgradi deditione vehementer queritur, 537. rei geſtæ ſeriem enarrat, 538. prælimina-res articulos rati habere cogitur, 543. apud Ruſſiæ Imperatricem infauſtum belli ſucceſſum excuſat, 550. pacis articulos firmat, 556. Wirtenbergici Ducis teſtamentum quoad ſepulturam executioni dari jubet, 725.

Carolus Alexander Dux Wirtenbergicus Filios ſuos in fide Catholica educari poſtulat, 701. cum Provinciæ Ordinibus reverſales circa Religionem init, 711. teſtamentum condit, 711. [illegible] a Lutheranis

theranis impugnatur, 712. vindicatur a doctissimo Ichstadio, 712. 719. qualiter Dux sepeliri, ejus Filii educari, & eorum Tutores constitui voluerit, 712. 713. 715. Monasteria Lutheranis relinqui, cum Papa convenit, 714.

Carolus Albertus Bavariæ Elector, ejus edictum pro Religione Catholica in suis subditis emigrantibus conservanda, 117. ejus sacra peregrinatio ad B. Virginem Lauretanam, 123.

Carolus Emanuel Sardiniæ Rex Pontifici reconciliatur, 633. quibus conditionibus, 693.

Carolus Guilielmus Bado-Durlacensis Dux magnus sui ævi Heros moritur, 249.

Carolus Neapolis Rex duras concordiæ leges Pontifici præscribit, 37. agitur serio de reconciliatione, 38. concordia redditur, 40. Rex tributum pro utraque Sicilia pendet, 40. a Papa investituræ diploma obtinet, 44. juramentum fidelitatis Pontifici exsolvit, 65. Ordinem S. Januarii instituit, 69. leges præscribit, 70. a Papa confirmatur, 71. a suo Clero donum *gratuitum* obtinet, 313. dissidia cum Papa tollit, 313. summo Pontifici plene reconciliatur, 695.

Carolus Philipus Palatini Elector PP. Cappucinos in Sulzbacensis Conventus possessione contra Lutheranos protegit, 171.

Cavalerius Cajetanus Nuntius Apoſtolicus in Luſitania moritur, 245.
Cancius Cardinalis a pluribus in Papam expetitur, 656.
Charency vid. *Berger.*
Choreæ, Prædicantium altercatio circa eas, 166.
Cienfuegos Cardinalis ob ſui neglectum queritur, 43, ejus obitus, fata & encomium, 304. ejusdem lucubrationes relictæ, 311.
Clemens a Jeſu Carmelita Disc. Miſſionarius in Malabaria, libri ab eo editi, 243.
Clemens Auguſtus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis de jure Abbatem Stabulenſem conſecrandi contendit, 113.
Clemens XII. Papa Galliarum Regi Corpus S. Oneſimi donat, 35. cum Rege Neapolitano concordiam inire ſtatuit, 37. æquas conditiones offert, 38. obtinet, ut Rex Regnum ceu Sedis Apoſtolicæ feudum obtinere profiteretur, 39. diploma hanc in rem æquale ac Prædeceſſoribus datum etiam Regi confert, 40. ſtabilitur concordia, 40. tributum accipit, 41. Regis ſponſam ubique honorifice excipi jubet, 41. eidem Bullam cruciatam concedit, 41. diploma inveſtituræ Regi impertitur, 43. Pariſienſem Archiepiſcopum quorumdam Monaſteriorum Viſitatorem nominat, 76. Cardinales creat, 78. Madritenſem & Vi-

ennenſem Nuntios creare urgetur, 79. Stabulenſi Abbati conſecratorem Epiſcopum eligendi libertatem concedit 113. Ragotſium Tranſylvaniæ Principem anathemate percellit, 129. Neapolitanum Collegium Familiæ Chriſti privilegiis auget, 141. ſicut & Ulyſſiponenſem Eccleſiam, 142. Miſſionarios ad Sinenſe Imperium ablegat, 231. Commiſſarium Apoſtolicum eo decernit, 231. Univerſitatem Pariſinam ob ſubjectionem dilaudat, 273. Cardinales creat, 285. 295. cum Philippo Hiſpaniæ Infante in impedimento matrimonii diſpenſat, 312. Carolo Siciliæ Regi donum a Clero repetere permittit, 313. Eccleſiæ negotiis indefeſſe incumbit, 314. an Clerici fictitiam comam gerant, parum curat, 314. Hungariæ Reginæ Roſam benedictam transmittit, 315. litem circa oppidum Scavolinium componit, 315. Vaticanam Bibliothecam auget & exornat, 316. pro Turcico bello Jubilæum indicit, 317. pecuniarum ſubſidia Carolo VI. Imperatori ſubmittit, 319. furto ejus ærarium imminuitur, 320. ad belli ſuppetias Purpuratos ſollicitat, 320. novas Miſſiones in Salisburgenſi Diæceſi ab Archiepiſcopo erectas confirmat, 379. graves moleſtias habet ob tumultus in Republica S. Marini concitatos, 385. hos tumultus ſedat & Rempublicam priſtinæ

ſtinæ ſuæ libertati reſtituit, 398. Alberonium Card. vehementer reprehendit, 399. Miſſionarios Malabaricis ritibus prohibitis inhærentes ad obſequium revocare nititur, 441. propoſita eorum dubia diſſolvi curat, 446. contra inobedientes iraſcitur, 462. juramentum obedientiæ præſtandum eis imponit, 467. etiam Epiſcopis, 469. 470. a quibusdam non obtemperari, ſummopere dolet, 472. Miſſionem in Lotharingia erectam confirmat, 475. liberos Murarios inſectatur, 489. varios libros perniciosos proſcribit, 490. Seminaria pro Græcis erigit, 592. homicidas ſevere inſectatur, 593. Carmelitis Scapularia benedicendi jus competere, decidit contra Epiſcopi prætenſionem, 594. cauſſam V. P. Angeli de Paulis pro Canoniſatione introduci permittit, 595. lectionem publicam S. Scripturæ invehit, 595. Melchitis Græcis Eccleſiam tribuit, 596. Epiſcopum Sinas decernit, 596. Ultrajectenſis Archiepiſcopi electionem irritam declarat, 597. fideles ab illius obſequio avertit, & ad debitam Sedi Apoſtolicæ obedientiam hortatur, 600. Parlamenti Pariſienſis ſententiam de Viatico Janſeniſtis obſtinatis adminiſtrando damnat, 623. egentibus populis largiter ſubvenit, 630. diſſidium cum Sardiniæ Rege componit, 633.

633. graviter infirmatur, 634. varia Galliarum & Hiſpaniarum Regi indulget, 635. gravius morbo premitur, 636. unice Deo ſuæque animæ vacat, 637. conſcientia recti tutiſſimus, 637. placidiſſime exſpirat, 638. præcipua ejusdem geſta in Pontificatu, 638. ubi ſepultus quieſcat, 647.

Cockius Theodorus Coddeo Ultrajectino Archiepiſcopo ſubrogatur, 738. fuga elabitur, 739.

Colbert de Croyſſy Carolus Joachimus Montpeſſulanus Epiſcopus juratus Appellantium Fautor ſuæ pertinaciæ immoritur, 245.

Columna Carolus Cardinalis, ejus obitus & elogium, 301.

Columna Princeps pro Sedis Apoſtolicæ feudo tributum pendet, 40. contentiones in hac ſolemnitate oriuntur, 41. Cardinalem Cienfuegos ad eam non invitat, & ideo ejus indignationem incurrit, 43.

Columna Proſper a Clemente XII. Cardinalis inauguratur, 296.

Comitia S. pro electione novi Pontificis poſt obitum Clementis XII. 647. ad ea Cardinalis Coſcia admitti petit, 648. varia ibi conduntur decreta, 654. Cardinales variis Legatorum orationibus honorantur, 655. ſuffragia in varios conferuntur, 655. ultra ſemeſtre protrahuntur, 660.

Con-

Concilium Embrodunenſe, ejus decreta, 289.

Concina P. Daniel Ord. PP. Præd. docet, diſpenſatos in abſtinentia carnium non eſſe diſpenſatos in jejunio quadrageſimali 403. propterea a laxioribus Theologis vexatur, 405. ejus ſententiæ Pontifices adſtipulantur, 407.

Conclave pro electione novi Pontificis, 647. Vid. *Comitia.*

Congregatio de Propaganda Miſſionarios in Sinas decernit 237. typographiam pro imprimendis libris ad utilitatem Miſſionariorum Romæ erigit, 237. Collegium conſtruit, 237.

Congregatio Inquiſit. Rom. varios libros proſcribit, 180.

Conſtitutio Unigenitus a Pariſienſi Univerſate rejectis appellationibus recipitur, 268. Leodii etiam ſolemniter acceptatur, 281. vid. *Univerſitas.*

Corius Monellinus a Clemente XII. Purpuratis accenſetur, 295.

Corradinius Cardinalis, plures eum in Papam expetunt, 656. ob grave ſenium hanc dignitatem ſibi deprecatur, 659.

Corſica, Galli immittuntur, 686. Corſi quasdam pacis conditiones inire jubentur, 587. repugnant, 588. quidam Gallos armati repellunt, 589. vi compeſcuntur, 591.

Corſinius Princeps circa præcedentiam cum Duce Gravina contendit, 42. hæc lis componitur in Corſinii favorem, 43.

Coſcia Nicolaus Cardinalis ad S. comitia admitti poſtulat, 648. ea de re ad Cardinalem Decanum perſcribit, 649. admittitur, 653. Conclave ingreditur, 654.

Cronenbergenſium gravamina Religionis contra Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum, 516. Boruſſi Regis opem implorant, 520.

Crudelius Doctor ſuſpectus de ſecta liberorum Murariorum Romæ ad carceres detruditur, 489.

Czartoryski Comes Theodorus Poſnanienſis Epiſcopus Inſtructionem Paſtoralem edit, 409. ejus decreta, 410.

D.

D'Auvergne de la Tour Eliſabetha Torigeyenſis Abbatiſſa moritur, 249.

D'Auvergne de la Tour Joannes Fridericus Canonicus Pariſienſis pauperum Pater pie obit, 248.

Döringsks Franciſcus Patrum Oratorii res in Inſula Strandiana procurat, 740. cultum Religionis Catholicæ extendere prohibetur, 744. a Sæularibus Dominis vexatur, 744. Patrum Oratorii jura propugnat, 747. comparere jubetur coram Proteſtantibus, 748. vindicias typis

pis edit, 749. adversariorum rationes refellit, 755.
Doxal, vid. *Moraz.*
Drion Deodatus in Stabulensem Principem & Abbatem eligitur, 112. circa jus consecrandi oritur contentio inter Episcopos Leodiensem & Colonienſem, 113. vel hunc vel illum eligendi libertatem a Papa obtinet, 113. eligit Colonienſem, *ibid.*
Duffet Joannes, Bellicensis Episcopus strenuus Constitutionis *Unigenitus* vindex pie decedit, 244.

E.

Elisabetha Franciæ Regis Filia Hispaniæ Principi nubit, 313.
Emanuel a S. Alberto Carmelit. Disc. Babyloniæ Episcopus moritur, 487.
Engelschall Carolus, ejus opera & decessus, 263.
Evora P. ad Lusitaniæ Regem Pontifici reconciliandum seligitur, 691. Episcopatu honoratur, 692.
Eusebius a S. Joanne Carmel. Disc. ejus opera & decessus, 261.

F.

Fabritius Franciscus ejus opera & obitus, 263.

Ferdinandus Bavariæ Dux magnanimus vivis eripitur, 249. heroica ejus gesta *ibid.*

Fevre la Carolus Franciscus Suessionensis Episcopus moritur, 248.

Fiori Augustinus Camaldulensis Abbas, ejus opera & decessus, 256.

Firao Josephus Cardinalis de eo in Papam eligendo agitur, 659. aliqua ei opponuntur, *ibid.*

Firmian L. B. Leopoldus Eleutherius Princeps & Archiepiscopus Salisburgensis novam Missionem in suis terris erigit, 321. varios Religiosos ad eas designat, 322.

Fleurius Cardinalis Parlamenti edictum contra Canonisationis Bullam supprimi petit, 15.

Franciscani in Cairo Templum restaurant, 125. propterea a Turcis vexantur, 126. a Gallico Consule proteguntur, 127. rursus Turcæ eorum Ecclesiam devastant, 127. ad novas Missiones in Diœcesi Salisburgensi obeundas vocantur, 372. sub quibus conditionibus, 373.

Franciscus magnus Etruriæ Dux liberos Murarios insectatur, 489.

Frick Joannes Georgius ejus opera & decessus, 616.

Fridericus Borussiæ Rex quosdam ritus abrogari jubet, 143. obsistunt quidam Prædicantes, 144.

Fridericus Eugenius Wirtenbergæ Dux ad Statum Clericalem adſpirat, 701. prima tonſura initiatur, 702. propterea Lutherani litem movent, 702.

Fridericus Gottorpienſis Dux Strandiam Inſulam devaſtatam Catholicis cedit, 731. Janſeniſtis Strandianis contra Catholicos favet, 758.

Fugger Comes ſuffraganeus Conſtantienſis a Duciſſa Wirtenbergenſi ad tonſuram ejus Filio conferendam, & confirmandam ejus Filiam evocatur, 702. 703.

G.

Gallicani Præſules pœnarum ſeveritatem in Appellantes intentant, 274. immunitati Regularium ſunt infenſi, 277. quorumdam perverſitas, 621. Præſules contra eos, qui Sacramenta indignis adminiſtrant, queruntur, 622. ad Papam recurrunt, 623.

Gallianus Cæleſtinus Præſul concordiam inter Papam & Neapolis Regem promovet, 37. propterea remuneratur, 40.

Gambaruccius Joannes Baptiſta Amaſenſis Archiepiſcopus moritur, 248.

Gebhardt Benedictus Ord. S. Bened. ejus deceſſus & opera, 260.

Genuenſes contra Corſos in opem vocant Gallos, 586.

Georgius II. Angliæ Rex Tencinum a Prætendente recommendatum Purpura donari iniquo fert animo, 286. Franciæ Regis responsum ad eundem, 287.
Gibertus Sorbonæ Syndicus contra abrogandas appellationes reclamat, 271. a Rege in exilium amandatur, 274.
Gotti Cardinalis ex Ord. FF. Præd. a pluribus Purpuratis in Papam expetitur, 656. quænam ei fuere objecta, 657. pauca ei desunt suffragia, 663.
Gottschling Caspar, ejus obitus & opera, 618.
Gravina Dux circa præcedentiam cum Principe Corsinio contendit, 42. quomodo hæc lis composita fuerit, 43.
Guadagnius Joanne Antonius Cardinalis ex Ord. Carmel. Disc. Vicarius Generalis Romæ in liberos Murarios severe inquirit, 489. caussam pro Beatificatione V. P. Angeli Carmelitæ urget.

H.

Halberstadienses Lutherani quosdam ad fidem Catholicam reversos infectantur, 124. cujusdam Præconis declamatio refellitur, 125.
Hallwachs Joannes ejus opera & obitus, 263.
Hanviate Joannes Maria Bolognensis Episcopus accerrimus Constitutionis *Unigenitus* vindex moritur, 244.

Henriquez Henricus Perusiæ Præfectus ad discutiendam San - Marinorum causam a Papa deputatur, 393. his populis libertatem restituit, 394. amotis pristina officia reddit, 395.
Herrenhutani, hujus sectæ Princeps est Comes Sinzendorffius, 498. Inspiratos sibi adjungere nititur, 500.
Hofman Joannes ejus opera & obitus, 617.
Hollandi, sub exauctorationis pœna militibus prohibent, ne vel Catholici fiant, vel cum Catholicis matrimonia ineant, 116. se immiscent Catholicorum rebus 738.
Hörde Baro Joannes Adolphus Bremensis Archiepiscopi Vicarius a Papa constitutus litem inter Strandiæ Parochos exortam dirimere studet, 736. cultum publicum invehit, 740.
Hosius Stanislaus Posnanienſis Episcopus, ejus Synodus & pretiosa mors, 246.

I.

Jansen Henricus rusticus, ejus errores & blasphemiæ, 503. multos habet sectatores, 504.
Jansenistæ Bullam Canonisationis S. Vincentii a Paulo acriter impugnant, 1. ab hoc suos errores damnatos ægerrime ferunt, 2. ejus vitam ab Abellio scriptam carpunt, 4. S. Vincentium malis artibus Canonisatum spargunt, 5. eis familia-

miliare est suorum Superiorum mandatis resistere & pacem perturbare, 18. Appellantibus obstinatis Sacramenta administrari postulant, 276. Episcopum id facere recusantem probris afficiunt, 276. in Montpessulanum & Senonensem Episcopos insurgunt, 282. & 283. Tencinum in Cardinalem nominari ægerrime ferunt, 285. eorum perversi mores, 621. eorum artes deteguntur, 629. Fœderatos Belgas sibi propitios habent, 750.

Jantsen Joannes, ejus opera & fata, 264.

Jejunium, an dispensati in abstinentia a carnibus etiam in jejunio vespertino dispensati censeantur, 400. affirmativam tenent laxiores, 401. negativam summi Pontifices, & sanioris doctrinæ Theologi, 401. 402. hanc quæstionem decidit Benedictus XIV. 406.

Ignatius a Jesu Carmel. Disc. Missionarius in Persida, libri ab eo editi, 242.

Illuminatorum Secta, vid. *Liberi*.

Index librorum prohibitorum a Lutherani cujusdam cavillis vindicatur, 181. 184. consuetudinem noxios libros proscribendi esse antiquissimam ostenditur, 186.

Inspiratorum secta, vid. *Liberi*. Herrenhutani sese inspiratos, a Deo jactitant, 497. eorum deliria, 498. eorum Calisa

lisa est Comes Sinzendorffius & Rockius 498. a suis male & indigne habetur, 501.

Interdictum, omnes Uschovenses Ecclesiæ in Posnania ob trucidatum Sacerdotem interdicto subiiciuntur, 107. etiam Ecclesiæ Acatholicorum, 110.

Joannes V. Lusitaniæ Rex concordiam cum Papa init, 142. plene eidem reconciliatur, 691.

Joannes Baptista Ettenheimensis Abbas circa forum criminale cum Armando Cardinale de Rohan Argentinensi Episcopo litem habet, 434. Viennæ moritur, *ibid.*

Jus reformandi, qualiter Principibus Catholicis competat, 720.

K.

Kroscka, ibidem Cæsarei a Turcis ingenti clade afficiuntur, 530.

Kryger Michael S. J. Scholarum Præfectus a quodam studioso glaude trajicitur, 107.

Kulicanus supremus Persicæ militiæ Præfectus Persiam recuperat, 487. Catholicis maxime favet, 488, fidei libertatem eis concedit, 488.

L.

Labbat Joannes Baptiſta Ord. S. Dom. ejus opera & obitus, 259.

Lambertinus Proſper Cardinalis Bononienſis Archiepiſcopus conclave ingreditur, 658. agitur de eo in Papam eligendo, ibid. nullius partes tenet, 659. in Papam ab Albanio Cardinale proponitur. 664. ad eum ceterorum concurrunt ſuffragia, 665. in Papam eligitur, 665. vid *Benedictus XIV.*

Laudanenſis Epiſcopus Appellantes cenſuris caſtigat, 274. ſuos fideles inſtruit circa modum cum Janſeniſtis agendi, 630.

Leo P. Carmelita multos hæreticos ad fidem veram reducit, 124.

Leodienſis Epiſcopus. Vide *Berghes.*

Lescinskyus Stanislaus Lotharingiæ Dux in ſuis terris novam Miſſionem erigit, 475.

Leſtainge San-Floriacenſis Epiſcopus moritur, 244.

Liberi Murarii in eos ſevere inquiritur, 489. non ſe, ſed Inſpiratos aut illuminatos inquiri fingunt, 504. & quare, 505. quam periculoſa ſit eorum ſecta, 505.

Libri varii a S. Congregatione Romanæ Inquiſitionis proſcribuntur, 180. quam antiqua ſit diſciplina noxios libros proſcribendi, 181.

Lila-

Lilabonne de Beatrix Abbatissa decedit, 248.

Lobcovitz Maria Princeps decedit, 608.

Lotto lusus, quid de eo statuerit Clemens XII. Pontifex, 642.

Ludovica Christina Saxo - Weissenfelsensis Dux moritur, 249.

Ludovicus XIII. Galliarum Rex totum suum Regnum B. V. Mariæ subiicit, 20.

Ludovicus XV. Franciæ Rex Parisiensis Parlamenti edictum contra Bullam Canonisationis S. Vincentii a Paulo supprimere rogatur, 15. illud supprimit, 16. reclamantes Senatores repellit, 17. B. Virginem in Regni Patronam eligi præcipit, 25. hanc solemnitatem ubique haberi jubet, 25. Filium hæredem suscipit, 25. ejus pietas a quodam Protestante subsannatur, 32. refellitur, 33. quorumdam Monasteriorum Visitatorem Apostolicum a Papa experit, 76. publicas preces indici jubet, 77. Universitatem Parisinam ob plurium pertinaciam honore in Rectoris electione solito privat, 268. Eandem ob sui subjectionem commendat, 273. Præfectum, qui Parochum, ut Appellanti Sacramenta administraret, adegit, acriter reprehendit, 275. jura Ecclesiæ contra Laicorum usurpationem vindicat, 275. Parlamenti

menti ausus reprimit, 280. ejus responsum ad Angliæ Regis querelas contra Prætendentis nominationem, 287. Tencinum ad Purpuram nominatum maximi habet, 288. Basileensi Episcopo a suis subditis Calviniſtis oppresso suppetias fert, 431. Genuensibus contra Corsos assistit, 586. Parlamenti usurpationem juris in Sacra damnat, 625. Jansenistis Sacramenta denegari prohibet, 630.

Ludovicus Hispaniæ Infans creatur Cardinalis, 78. titulo *Eminentissimi* non est contentus, 78. hæc lis sedatur, 79.

Lutherani, eorum controversiæ circa ritus, 143. 157. circa cantilenas, 150. & circa choreas, 166. contra PP. Capucinorum conventum reclamant, 171. contra Judices librorum proscriptorum insulse reclamant, 183. ipsimet libros suæ sectæ noxios damnant, 190. eorum cavillationes de Bibliis prohibitis refelluntur, 193.

Lypskius Joannes, eidem rubrum Biretum Poloniæ Rex imponit, 246.

M.

Maria Augusta Wirtenbergici Ducis Vidua Filium suum prima tonsura, & Filiam suam Sacramento confirmationis initiari

ri curat, 702. propterea a Lutheranis moleſtatur, 104 ſuam deſuper mentem declarat, 707. ſui Mariti honorem defendi curat, 711.

B. V. Marca a Ludovico XIII. & XV. in Franciæ Patronam eligitur, 20. 24. hæc pietas & B. Virginis cultus vindicatur contra cujusdam Proteſtantis cavillos, 32. 33. a Siculis in Regni Patronam unacum S. Franciſco de Paula eligitur, 593.

Maria Thereſia magna Etruriæ Duciſſa a Clemente XII. Roſa benedicta honoratur, 314. ob Parmam & Placentiam Pontifex de ea queritur, 690.

Martene Edmundus Benedictinus eruditione celeberrimus decedit, 608. ejus opera, 609.

Maſſilon Joannes Bapt. Claromontanus Epiſcopus moritur, 602.

Maſſu Franciſcus Benedictinus, ejus obitus & relicti libri ab eo typis editi. 613.

Maximilianus Joſeph Dux Bavariæ præmatura morte decedit, 249.

Mazarinus de la Porta Guido Auguſtus moritur, 249.

Medicæus Paulus Sebaſtianus, decedit, ejus opera contra Judaiſmum, 256.

Medici Pariſienſes ſe neminem curaturos minitantur, ſi ad revocandas appellationes adigerentur, 271. motus inde oriuntur, 272.

Meindart Joannes in Ultrajectenſem Archiepiſcopum eligitur, 597. ejus electio a Papa irritatur, 598.

Michaelis Henricus, ejus opera & deceſſus, 264.

Michaelis Joannes Præco Halberſtadienſis contra quosdam ad fidem reverſos declamat, 124. a Catholico Profeſſore refellitur, 125.

Milhuſanum Conventiculum Lutheranorum circa cantilenas, 150.

Miſſionarii in Indiis uberes Evangelii fructus proferunt, 437. 439.

Miſſio Apoſtolica a Salisburgenſi Archiepiſcopo & Principe erigitur, 321. alia in Lotharingia inſtituitur. 475.

Moraz Doxal ob præproperam Niſſæ deditionem capite plexus moritur, 249.

Moſinschius Livoniæ Epiſcopus moritur, 248.

Motſchman Juſtus ejus opera & deceſſus, 263.

Murarii vid. *Liberi.*

N.

Neapolis Regnum eſſe Sedis Apoſtolicæ feudum Carolus Borbonius Rex agnoſcit, 40. quo jure, 47.

Neercaſſelius Ultrajectenſis Epiſcopus Parachos in Inſula Strandia conſtituit, 732.

Neupergius Comes Guilielmus Reinhardus Cæsareus Bellidux inscio Imperatore ad castra Turcarum contendit, 536. Cæsaris mandata transgressus de dedendo Belgrado cum Turcis paciscitur, 539. pernicioſam cum illis pacem init, 540. Belgradi demolitionem ante Cælaris ratihabitionem paciscitur, 542. in ejus causſam inquiritur, 581. accusationes a se amoliri nititur, 582. captus abducitur, 582. quidam eum excusant, *ibid.*

Niceron Joannes Petrus Barnabita moritur, egregia ejusdem opera, 258.

Nivernensis Ducissa Maria Anna decedit, 249.

O.

Ockel Georgius, moritur, plura typis ab eo edita, 619.

Oettingen Comes de Wallerstein Antonius moritur, 249.

Oliverius Fabius Cardinalis, ejus obitus & elogium 81.

Onesimus S. ejus Corpus Romæ reperitur, 35. in Franciam cum solemnitate transportatur, 36. quisnam sit hic *Onesimus*, 36.

Oratorii Patres, Strandiæ Ecclesiam Parochi administrant, 730. litem habent cum P. Birckendorff, 733.

Ordo S. Januarii a Neapolis Rege inſtituitur, 69. ejus ſtatuta, 70. alium erigit ſub invocatione S. Caroli, 76.

Ophanorum Pueri Jeſu Communitas abrogatur, 76.

P.

Palæologus Commenus Orientis Patriarcha Viennæ moritur, 128.

Papilonus Philibertus ejus opera & obitus, 128.

Paris Nicolaus Joſephus Aurelianenſis Epiſcopus Clericus luſus profanos inhibet, 77.

Pariſienſes Parochi ſeſe Bullæ Canoniſationis opponunt, 10.

Pariſienſis Univerſitas vid. *Univerſitas.*

Parlamentum Pariſienſe Bullam Canoniſationis S. Vincentii a Paulo ſupprimit, 9. Advocati contra eam ſcriptum edunt, 11. Parlamenti edictum a Regio Senatu ſupprimitur, 15. contra Regis edictum reclamat, 16. non cedit, 18. adverſus Univerſitatis decretum de abolendis appellationibus ſeſe opponit, 273. Epiſcoporum epiſtolam ſupprimit, 274. vid. *Advocati.* contra Regis Eccleſiaſticam jurisdictionem uſurpare vetantis edictum reclamat, 280. Parlamenti ſententia Romæ damnatur, 623. ſuam ſententiam

tiam tuetur, 625. a Rege reprobatur, 625.

Paſſionejus Dominicus Viennenſis Nuntius a Papa Purpuratis accenſetur, 80.

Paulutius Camillus Viennenſis Nuntius Apoſtolicus Villanovam Franciæ Legatum de colluſione cum Turcis inſimulat, 698. propterea colliditur cum Mirepoiſio Gallico Oratore, 698. exardeſcit contentio, 699.

Pax pernicioſa cum Turcis, 542. præliminares illius articuli, 544. ipſius pacis articuli firmantur, 556.

Periera Joſephus Cardinalis, ejus geſta & obitus, 100.

Perſia, per Carmelitas diſcalceatos Religio Catholica ibi invehitur, 479.

Philippus Carolus Moguntinus Elector a Lutheranis Cronenburgenſibus moleſtatur, 516. quod Boruſſiæ Rex ſeſe ingerat, inique fert, 520. eorum querelas confutat, 518. 521. 525.

Philippus V. Hiſpaniarum Rex Miſſionarios ad Inſulas Philippinas ablegari jubet. 123.

Philippus Hiſpaniæ Infans Franciæ Regis Filiæ nubit, 313. ſuas nuptias Pontifici nuntiari curat, 313.

Placet regium etiam in Hollandia in uſum deducitur, 752.

Porzia Cardinalis Leander a pluribus in Papam expetitur, 657. libellus famoſus

ſus contra eum vulgatur, 658. ex faſtidio inde concepto moritur, 658.
Potocky Theodorus Poloniæ Primas & Gneſnenſis Archiepiſcopus, ejus vita, fata & obitus, 245. ſuccedit Joannes Lipskyus Cardinalis, 247.
Puzyna Stephanus, ejus opera & deceſſus, 255.

Q.

Quirinius Angelus Maria Cardinalis Bibliothecam Vaticanam locupletat, 316. Cardinales in conclavi ad promptam Pontificis electionem animat, 660.

R.

Ragotſius Joſephus Princeps Tranſylvaniæ, ejus Majores Cæſari rebelles, 129. ob ſeditionem a Papa anathemate percellitur, 130. ejus fata, 131.
Ratto Thomas Cordubenſis Epiſcopus obit.
Reinach Baro Sigiſmundus Baſileenſis Epiſcopus a Rebellibus ſubditis Calviniſtis vexatur, 428. Helvetiorum Gallorumque opem implorat, 429. fœdus init cum Galliarum Rege, 429. rebellium Anteſiguani ad officium rediguntur, 432.
Riccia Capuæ Princeps & Salernitanus Epiſcopus obit, 244. Succedit Roſſus Tarntinus Præſul, *ibid.*
Riclos Ludovicus, Benedictinus varia ſcripſit, ejus obitus, 260.

Ri-

Ritus, circa eos ingens contentio inter Prædicantes Lutheranos, 144. item circa hymnos, & cantilenas, 250. 157.

Roche la Joachimus Benedictinus, ejus opera & deceſſus, 260.

Rohanius Cardinalis appellationes contra Bullam *Unigenitus* nunquam a Rege eſſe recipiendas declarat, 270. cum Ettemheimenſi Abbate litem habet circa fori criminalis jurisdictionem, 434.

Rohan de Vantadour doctiſſimus Abbas in Univerſitatis Pariſinæ Rectorem eligitur 269. pro acceptanda Conſtitutione *Unigenitus* & revocandis appellationibus perorat, 271.

Rok Joannes Fridericus Illuminatorum princeps, 497. ejus deliria & contentio cum Comite Sinzendorffio, 500.

Roquelaure Gaſto Dux ex gravi ſenio decedit, 249.

Roſtockius Adamus Philadelphiæ Epiſcopus, ejus obitus & opera, 256.

Rue la Carolus doctiſſimus Benedictinus vivis eripitur, 611. erudita ejus opera, 612.

S.

Sacripantes Carolus Maria a Clemente XII. Romana Purpura decoratur, 296.

San-Galli Abbas Princeps ſua jura contra Epiſcopi Conſtantienſis viſitationem vindicat, 435.

San-Marina respublica, ibidem graves diſcordiæ inter Optimates & plebem, 386. pauci ſeſe Sedis Apoſtolicæ imperio ſubjicere moliuntur, 387. Alberonium Cardinalem in opem vocant, & hoſtiliter ab hoc Cardinale invaduntur, 484. ſe coacti ſubiiciunt, 390. Pontificis opem implorant, 393. priſtinæ libertati reſtituuntur, 395.

Saxo-Merſeburgenſes Duces Henricus, & Eliſabetha decedunt, 252.

Scach Nadir, vid. *Kulicam*.

Scavolinium oppidum, lis circa illud a Papa componitur, 315.

Schönborn Comes Fridericus Carolus Herbipolenſis Epiſcopus noluit, ut ad Cathedrale Capitulum, ſed ad ipſum ſolum appelletur, 433. inde levis controverſia oritur, 434. librum a quodam Monacho Ebracenſi editum proſcribit, 491.

Schratenbach Wolfgangus Hanibal Comes & Cardinalis, laudabilia ejus geſta & obitus, 86. Waradinenſem victoriam de Turcis ſummo Pontifici habita oratione denuntiat, 292.

Schmettavius Comes Cæſareus Bellidux Belgradum ad validam reſiſtentiam præmunit, 535.

Schrocet Georgius, ejus opera & deceſſus, 618.

Selig Chriſtianus moritur, quænam poſteris reliquerit, 619.

Serry Jacobus Hyacinthus Ord. F. F. Præd. celeberrimus Theologiæ Doctor moritur, 253. ejus fata & opera, 254.

Sinenſes, quare Catholici ibidem dire vexentur, 219. Miſſionariorum & Catholicorum conſtantia, 221. vexatio remiſſior fit, 223. a Mandarinis reſtauratur, 224. milites Sinenſes fidem Catholicam profiteri prohibentur, 225. Miſſionarii Imperatorem placant, 228. quidam Sinenſes juvenes ob fidei deſiderium Pariſios petunt, 231. Neapoli & Coloniæ de Seminariis erigendis agitur, 231. eo Epiſcopus mittitur, 596.

Sinzendorffius Comes Herrenhutenſium Pater, 497. Rockii inſignis Enthuſiaſtæ amicitiam ſibi conciliare nititur, 498. hunc filiæ ſuæ Patrinum eligit, 499. ab eo contemnitur, *ibid.* abjecte ſe eidem ſubmittit, 499. ſe ad ejus ac inſpiratorum communionem admitti ſupplicat, 500. ab eis indigniſſime habetur, 501. erga eos ſe liberalem exhibet, 501. cum illis colliditur, 502. graviter ab eis objurgatur, *ibid.*

Spinola Georgius Cardinalis, ejus obitus & geſta, 296.

Stabulenſis Abbas eligitur, 112. lis circa jus eundem conſecrandi, 113. Series Abbatum, 114
Stampa Cajetanus a Clemente XII. Purpura donatur, 285.
Stauffenberg Joannes Franciſcus Schenck Conſtantienſis Epiſcopus Monaſterium S. Galli viſitandi jus prætendit, 43. 40.
Strandia ſeptentrionalis Inſula Catholicis a Gottorpienſi Duce ceditur, 731. ibi diſſidium inter Parochos oritur, 732. ad quam Diœceſin pertineat, 733.
Strandia vid *Döringhs*.
Struve Gottlieb ejus opera & deceſſus, 262.
Succovius Comes Belgradi Gubernator illud ſtrenue propugnat, 534. de periculo expugnationis belli Præfectum admonet, 535.

T.

Tencin de Petrus Embrodunenſis Archiepiſcopus a Clemente XII. Purpuratorum Collegio adſcribitur, 285. cur autem tardius, 285. ejus inauguratio quibusdam permoleſta accidit, 286. a Galliarum Rege maximi habetur, 288. Synodum celebrat, ejus decreta, 289.
Theodorus de Neuhof perſonatus Corſicæ Rex Corſos a concordiæ pactis dehortatur, 588. capitur, 590. ſed liber dimittitur, *ibid* ejus Conjux cuſtodiæ datur, 591. de ejus fatis ſcripſit Joannes Frick, 616. *Tibe-*

Tibetana Missio, P. P. Capucini eo deferunt typographiam, 241. 437. quinam libri ibidem impressi, 241. relatio de ritibus hujus gentis, 242. PP. Capucini uberes fructus ibi proferunt, 436.

Tour & Taxis Anselmus Franciscus maximus Religiosorum Benefactor moritur, 608.

Tour & Taxis Sophia Christina Princeps fidem Catholicam amplectitur, 606. decedit, 607.

Tournemine Josephus ejus opera & decessus, 614.

Transenreuter Præco publice traha vehitur, 175. a suis vapulat, 176. sese defendit, 177.

Tunchinum, ibidem Missionarii crudeliter habentur, 232. martyria coronantur, 234.

Turcæ PP. Franciscanorum Ecclesiam destruunt, 125. novam profanant, 126. Albaniæ Patriarcham insequuntur, 128. prope Kroskam Cæsarem ingenti clade profligant, 530. Belgradum obsidere tentant, 533. undique cingunt, 535. repelluntur, 536. cum Neuburgio de dedendæ urbis conditionibus agunt, 536. Belgradi munimenta destrui petunt, 541. urbs eis traditur, 541. ante præfixum tempus Belgradi demolitia fit, 543. præliminans pacis articulos firmant, 544. pacis articulis subscribunt, 556.

Typo-

Typographia Romæ in Collegio de Propaganda erigitur, 237. eorum Præfecti, 238. libri ibidem ad commodum Missionum impressi, 241.

U.

Valentius Gonzaga Madritensis Nuntius a Papa Purpuratorum Collegio adscribitur, 80.

Valescius Virginius Benedictinus Cassini ejus lucubrationes & obitus, 613.

Vayssese de la Croze Maturinus obit, ejus libri typis editi, 619.

Veniæ Sebastianus Vicentinus Præsul moritur, 244.

Ventimillia Carolus Comes de Luc Parisiensis Archiepiscopus B. V. Mariam in Franciæ Patronam a Rege fuisse electam, promulgare jubetur, 23. hanc solemnitatem celebrari jubet, 28. quorumdam Monasteriorum Visitator Apostolicus nominatur, 76. publicas preces indicere a Rege jubetur, 77. Moniales de Calvaria suo jurisdictioni subiicit, 278.

Viani Ord. Servorum Apostolici Legati Mediobarbæ Theologus moritur, ejus opera, 612.

Villanova Marchio Ludovicus Franciæ Legatus pacis articulos cum Turcis firmat, 544. de collusione cum Turcis insimulatur, 698. a Gallico Oratore vindicatur, 699.

Ville-

Villebrunius Parochus Janſenianus Epiſcopi ſui decreto obſiſtit, 282. 627.

S. Vincentius a Paulo, ejus Canoniſationis Bullam Janſeniſtæ impugnant, 1.

Vincentius a S. Dominico Carmel. Disc. ejus opera & obitus, 260.

Ultrajectenſe Capitulum, controvertitur de jurisdictione hujus Archiepiſcopi, 737. ei a Papa alius ſubrogatur, 738. eligendi Archiepiſcopum prærogativa privatur, 739. ſua jurisdictione utitur, 740.

Univerſitas Pariſienſis, ob plurium pertinaciam conſueto Regis honore privatur, 266. Conſtitutionem *Unigenitus* ſolemniter recipit, & appellationes revocat, 268. novum Rectorem eligit, 269. quidam Doctores appellationibus pertinaciter inſiſtunt, 271. Univerſitas propter ſuam ſubjectionem ampliſſimis honoratur encomiis, 273.

Vobalamma Nobilis Virgo Ethnica plures ad fidem Catholicam convertit, 437.

Vocatio Præcones Lutherani anadeo ſint vocati, nunquam certi ſunt, 507. dubium hoc Erfordiæ oritur, 509. varium deſuper judicium Helmſtadienſium & Lipſienſium, 501.

Voiſins Gibberti Parlamenti Syndicus contra Bullam Canoniſationis S. Vincentii a Paulo perorat, 7.

W.

W.

Wallius Oliverius Cæsarei excomitus Imperator nominatur, 530. rem male ægisse creditur, 531. graves Cæsaris querelæ contra ipsum, 537. inscio Cæsare cum Turcis de pace agit, 538. militari imperio exuitur, arci inclusus, 582.

Wolff Joannes, ejus opera & obitus, 618.

Wonschiewiz Studiosus Polonus suum scholæ præfectum trajicit, 107.

Würtenbergici Duces, vid. *Fridericus Eugenius*, Ordines Provinciales contra Sacram functionem a Constantiensi suffraganeo exercitum protestantur, 704.

Z.

Zeltner Gustavus, ejus opera & decessus, 263.

Errata ſic corrige:

Pag.	25 quam	quem
	109 porumpens	prorumpens
	mandamur	mandamus
	165 ſubditis	ſubditos
	397 relinuere	relinquere
	436 Tiletano	Tibetano
	443 ſequeritis	ſequentis
	495 & præfati	e præfati
	532 emiſi	eniſi
	armementarii	armamentarii
	540 reſtricta	reſtrictam
	551 præfectu	præſcitu
	612 per auctoritatis	per magnæ
	624 illum	illud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th 76
5178